Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

44 et 9.194

POLYDORI VERGILII VRBINATIS DE RERVM INVENTORIBVS LIBRI OCTO.

*

Eiusdem in Dominicam precem Commentariolus.

APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNI,
1546.

IN POLYDORVM
SIMON GRYNAEVS.

Qui more & ritu argutæ apis
Campos Thespiadum peruolat,
Amicis pacem floribus
Cautè os impressus, insidet,
Succos miros, miras opes
Genere omni autorum conuehit,
Diuite mox alueario
Fauos & mella dulcia
Subinde præbet omnibus,
POLYDORI *non intelligo*
Merito quî non summo sibi
Nomen uenerandum uendicet.

FL 1077

POLYDORVS VERGILIVS VRBINAS LVDOVICO ODAXIO PATAVINO S. D.

VM equidem nescius Ludouice Odaxi, qua uenia digni accipiantur illi, qui longè à uero aberrantes, in fabulis duntaxat neruos prorsum omnes contenderint. In quorum sanè numero, cùm poëtæ tum ueteres philosophi maximè sunt. Sed illis quorum proprium est nugas sectari, ignoscendum est, his autem non item: quippe qui cùm ueritatis, quæ, sicut præclarè Pindarus ait, magnum est uirtutis principium, inuestigandæ gratia, talem scribendi materiam nacti essent, ut eam suapte natura sese illis sæpius offerentem, facilè comprehendere possent, adeò in obscuris uersati sunt tenebris, ut pro ueritate, magis magusq; fingendi fabulas materiem præbuerint. Etenim, ut de initijs rerum, de mundi fabrica taceam, cùm de Deo aut cœli motu dissererent, physica quadam ratione, multò nempe maiorem quàm foret, deorum multitudinem reddiderunt, qui induti specie humana fabulas poëtis suppeditarunt, hominum autem uitam superstitione omni referserunt, ueluti qui deinde uiros beneficijs excellentes in cœlum, fama ac uoluntate tollere consueuerint. Quæ tametsi summæ leuitatis plena sunt, dicuntur tamen, & stultissimè creduntur. Sed ipsi philosophi cùm sapientiæ laudem adepti essent, eò quòd pleno gressu ueritatem sequi uiderentur, nihil eos profectò, ut arbitror, tam deuios egit, quàm ueri Dei ignoratio: ex quo haud dubiè

tot fabularum deliationes manarunt, tunc potißimè cùm futilis esset hominum simplicitas: nam nostro tempore, quo quidem impendiò magis homines sapiunt, quis huiuscemodi deos colit, quorum accipimus cupiditates, ægritudines, iracundias, bella, uulnera, libidines? Quis harpyias fuisse, aut chimæram monstrum putat? Quæ ue anus tam excors inueniri potest, quæ illa quæ quondam credebantur apud inferos portenta extimescat? Quis tam hebetis ingenij est, ut metuat ne supra se cœlum labet? sicut Galli Adriæ uicini, Magno olim Alexandro percontanti, quidnam esset quod maximè pertimescerent, sese formidare id tantùm respondisse dicuntur. Vbi gentium mensa Solis est, quæ diuinitus epulas suppeditet? quam Aethiopes se quondam habere iactabant. Verißimè igitur M. Tullius inquit, diè opinionum commenta delere, naturæ iudicia confirmare, quoniam solum tempus ueritatis est parens. Quare hoc fabulis fidem habendi uitium, magis temporum, quàm hominum fuisse dixerim. At nobis, qui longè hercle feliciore ætate geniti sumus, propterea quòd uerum Deum quotidie intuemur, contemplamur, atque ueneramur, nullisq; amplius præstigijs dæmonum ducimur, ecquid turpius magis ue pudendum esse potest, quàm nugas terere, & fonte ueritatis omisso, fabularum riuulos sectari? cùm præsertim ita natura comparatum constet, ut nullus suauior animo cibus sit, quàm ueri cognitio. Ego itaq; opus de rerum inuentoribus orsus, quamuerißimè potui, omnia tradidi, quò nemo sua laude fraudaretur: quoniã inuenire primum præcipuumq; est, reiq; inuentæ dignitas adeò multos trahit in amorem sui, ut singuli, si fieri poßit, artis alicuius autores se dici uelint, quòd sine artibus, satis constet nullam omnino uitam esse potuisse. Ex quo diligentius multò officiũ feci, & ma-

ximè

ximè cùm de origine deorum, & eorum cultu, de rerum initijs, de hominis ortu prodidimus: quod neutiquam facilè fuit, quandò iam nugæ cuncta oppleuerant. Cæterùm sum ego itidē, fateor, in plerisq; locis id genus fabulas secutus, quibus etiam uerum specie aliqua uelatum subest: ob id tamen nihilominus ueritati hæsimus, quandò hoc ratio ipsa exigere uisa est. Et quanquam Saturno, Ioui, Neptuno, Mercurio, Dionysio, Apollini, Aesculapio, Cereri, Vulcano, & alijs quos deos uocāt, quædam assignauimus, ea ipsa tamen illis tanquam mortalibus, nō tanquam dijs, licet ipse quoq; deos nuncupauerim, attribuimus. Haud me fugit insuper, quosdam maleuolentissimos fore, qui industriam nostram fortasse temeritatem appellabunt, quia ego solus de rerum inuētoribus scribere ausus sum, quod nemo ante me, præter Plinium, particulatim tentarat, qui in 7. natural. histor. de hac re strictim admodum meminit, fabulas sic secutus, ut minus ueritatem inuestigarit. Verùm illud prorsus ignorabunt, id multò esse præclarius, quò difficilius extiterit. Ecquid enim laudis assecutus esset Cæsar, si facilè fuisset Britannis bellum inferre? Aut Annibal quantū gloriæ sibi comparasset, si peruias Alpes dum Italiam adiret, citra, ut dicitur, pluuerem sudoremq;, ac non magna suorum cæde, fecisset? Propter quod nos etiam hoc opus, etsi arduum, magno animo suscepimus, maturauimusq;: in quo si quid desiderabitur, nemini mirum sit, quando multa nō modò uetera, sed noua inuēta sunt, quorum, ut in extremo tertio operis libro perspicuè demonstrauimus, inuentores in densissimis omnino umbris latent. Non idcirco tamē inficior (haud enim tantum mihi assumo, cùm sint hodie plures longè me doctiores) quin possit quispiam de hac re, ueluti de prouerbijs, quorum libellū proximo anno Guidoni

principi Vrbini Duci inscripsimus, copiosius tradere. Verùm quicunq; hoc uel illud posthac ingredietur iter, quia nos primi stadium cucurrimus, is fortasse nostra uestigia sequi non grauabitur. Has autem, qualescunq; sunt, lucubrationes, in quibus multarum rerum origo continetur, nemini conuenientius dicari posse uel debere iudicaui, quàm tibi, qui ad unguem scriptorum omnium monimenta noris: nam, uti diuus Hierony. inquit, illi tertium Vergilij Aenei dos librum lucidius intuentur, qui à Troade per Leucadem, & Acroceraunia, ad Siciliam, & inde ad ostium Tyberinum nauigarint: qui insuper sic Guidoni Vrbini Duci nostro ab ineũte eius ætate, à diuo Federico, ut olim à Philippo Macedone magno Alexãdro Aristoteles, præceptor datus es: qui cùm te duce, utriusq; linguæ peritissimus euaserit, haud equidem immeritò præ omnibus ei charissimus es, apud quem, ut par est, summum dignitatis gradum tenes, à quo deniq; tanti sis, quanti certè fieri debes. Accipe igitur Ludouice Odaxi, hilaro uultu, hoc opus à Polydoro tuo Vergilio, idq; ea frontis seueritate perlegito, qua eiusmodi scripta legere consueuisti. Vale. Vrbini, Nonis Augusti,

Anno

M. CCCC. XCIX.

INDEX CAPITVM
IN LIBROS DE INVENTORIBVS RERVM.

CAPITA LIBRI PRIMI.

De prima deorum origine, & unde Deus dictus. CAP. I
De initijs rerum. CAP. II
De primo hominum ortu, & linguarum uarietatis origine, atq; inibi de prima gentium diuisione. CAP. III
De origine coniugij, & uario apud gentes usu, & qui in propatulo pecudum more coirent, ac quis liceret ante uirum, nouam inire nuptam, & inibi de diuortij initio, ac qui in matrimonio ueterum ritus. CAP. IIII
De religionis origine, & qui colendorum deorum primi autores fuerint, & Deo uero sacrificauerint. CAP. V
Quis primus literas inuenerit, uel in Latiũ attulerit, et de earum numero aucto, uarietate, uiq; sonoq;. CAP. VI
De origine grammaticæ, & quantum ualeat. CAP. VII
De poëticæ artis origine, atq; eius præstantia, ibiq; locus Ciceronis in Catone emendatus. CAP. VIII
De origine metri, & metrorum plura esse genera. CAPVT IX
De tragœdiæ atq; comœdiæ initijs. CAP. X
De origine satyræ, nouæq; comœdiæ. CAP. XI
Quis primus historiam condiderit, & de eius utilitate: aut solutam orationem inuenerit. CAP. XII
De origine rhetorices, & quibus rebus eius ratio contineatur. CAP. XIII
Quis primus musicam repererit, & quãtum ea ualeat ad tolerandos humanæ uitæ labores. CAP. XIIII

Qui primùm instrumenta musica diuersi generis inuenerint, & ea in Latium attulerint, ac quod sit organum, & de antiquissimo usu tibiarum in prælijs. CAP. XV

De origine philosophiæ, & de duobus eius principijs, & quis primus inuenerit ethicen, & dialecticen, ac dialogos introduxerit. CAP. XVI

Qui primi astrologiam adinuenerint, aut quorundam syderum cursus, & sphæram, uentorumq; rationem, atq; quot illi sint, & obseruationes syderum in uauigando. CAPVT XVII

Qui primi geometriam, & arithmeticam inuenerint. CAPVT XVIII

Quis primus repererit pondera, & mensuras, ac numeros: & de uario apud gentes numerandorum annorum modo. CAP. XIX

Quis primus medicinam inuenerit, et in quot ea diuisa sit partes, ac apud quos olim populos non fuerit medicorum usus. CAP. XX

De herbariæ & medicamẽtariæ atq; melleæ medicinæ inuentoribus, & quæ homines ab animalibus remedia didicerint. CAP. XXI

Quis primus magicam artem inuenerit, & à quibus celebrata, & quis modum effugandi dæmones, aut incantationes ediderit, quibus morbi sedarentur. CAP. XXII

De origine necromãtiæ, pyromantiæ, aëromantiæ, hydromantiæ, geomantiæ, & chiromantiæ. CAP. XXIII

De duobus diuinãdi generibus, & de origine aruspicinæ artis, & sortium Prænestinarum, & quis somniorum interpretationem docuerit. CAP. XXIIII

CAPITA SECVNDI LIBRI.

De iuris & legum origine, & qui primi mortalibus leges dede

dederint, & quæ causa à principio dandi fuerit.
CAPVT I
Qui regiam uel popularem ciuitatem principiò instituerint, tyrannidemq; exercuerint, & diadema uel seruitium inuenerint: & quis Areopagitarum magistratum constituerit, aut suffragia inuenerit. CAP. II
De triplici regiuinis genere Romanæ ciuitatis, & de origine insignium, regum, & ex qua arbore fierent magistratuum uirgæ, atq; quis primus censum instituerit, & de senatorio atq; equestri censu, uel carcerem ædificauerit, & ibidem quid esset lustrum conditum, ac de initio tributi imponendi. CAP. III
Qui primi constituerint annum, & quàm uarium: & inuenerint hunc annum quo utimur, uel menses, atq; eos diuiserint in Nonas, Idus, Calendas, ac quis excogitarit numerum aureum. CAP. IIII
Quis horas primus constituerit, aut horologia diuersi generis inuenerit. CAP. V
Quomodo ab initio alij aliter dies obseruarint, & noctes diuiserint. CAP. VI
Qui primi libros ediderint, & de prima bibliotheca, & à quo aut ubi usus imprimẽdarum literarum primùm inuentus. CAP. VII
De primo usu scribendi apud priscos, etiam per notas, & quando primùm sit inuenta charta, uel membrana.
CAPVT VIII
Quis primus memoriæ artem monstrauerit, aut qui eiusdem gloriam adepti sint. CAP. IX
A quo primùm militaris ars inuenta, & utrum illa literis præstet: item in exercitu ordines, tesseræ & uigiliæ, & de primo pugnandi modo. CAP. X

De primo armorum & æneorum tormentorum usu.
CAPVT XI
Quis primus equitandi artem, aut usum equos domãdi, uel eorum ungulas ferreis soleis muniendi, ac ornamenta inuenerit, & bigas atque quadrigas iunxerit, & uehiculum cum quatuor rotis repererit, & qui ex equo pugnare primùm instituerit. CAP. XII
Quis primus instituerit apud Græcos olympicum certamen, & alios id genus ludos, & pyrrhicam saltationẽ, atque palæstram, et à quibus inuentus ludus pilæ, aleæ, tesserarum, furunculorum, talorum, par impar, micare, ac quid sit tessera, uel talus. CAP. XIII
De quorundam ludorũ origine apud Latinos. CA. XIIII
Quis primus inuenerit inducias, et fœdera, et de uario eorundẽ faciendorũ ritu, ac quot essent genera. CAP. XV
A quo primùm mos triumphandi fluxerit, & quis primus apud Romanos triumphum, aut ouationem duxerit, ac cui triumphare aut ouare liceret, & de ritu ponendi trophæi. CAP. XVI
Qui primi coronas inuenerint, & de uarijs earum generibus, & à quibus ciues coronandi consuetudo manauerit, & de usu coronarum in conuiuijs: inibiq; locus Vergilij enodatus: ac unde mos, ut coronati supplicarent Deo, epularenturq; in funere faciendo, ac spectarent ludos. CAP. XVII
De antiquissimo usu unguẽtorum, & quando primùm ea cognita Romanis. CAP. XVIII
Qui primi inuenerint aurum, argentum, ferrum, plumbũ, æs, fabriliaq; instrumenta, & ignem primò, mox è silice aut lignis, & folles, atq; lucernæ usum. CAP. XIX
A quibus primùm numus aureus inuentus, aut quis argentum

tum & æs signauerit, atque speculum argenteum fecerit. CAP. XX

De origine annulorum, ac primo gemmarum usu, & cur digitus sinistræ manus minimo proximus, annulo coronari consueuerit. CAP. XXI

De origine uitri & electri, & quis primus inuenerit minium, & myrrhina in urbem asportauerit, & de crystallo. CAP. XXII

De origine simulacrorum, & qui primi statuas posuerint, & Græcos contrario Romanorum more, eas non uelare, & quædam memoratu digna de imagine Magni Alexandri. CAP. XXIII

De origine picturæ, & quis primus colores inuenerit, aut penicillo pinxerit. CAP. XXIIII

De primis plastices inuentoribus, & quis rotam figulariam repererit. CAP. XXV

CAPITA TERTII LIBRI.

A quibus primùm inuenta agricultura, & quot ea redundet bonis. CAP. I

Quis primus mortalibus fruges, & eas molendi, aut stercorandorum agrorum, uel pinsendi frumenti usum monstrauerit, & boues aratro iunxerit, aut ferramenta rustica inuenerit, uel cribra diuersi generis. CAP. II

Quis primus uites & alias arbores plantauerit, earumq; insitionem docuerit, & usum uini repererit, & uino aquam miscuerit, atq; de nouo uitandæ ebrietatis modo, & qui caupones primi, uel quis oleam aut usum olei et mel adinuenerit, uel ex hordeo potum fecerit, atque lac coagulauerit. CAP. III

A quibus quædam peregrinæ arbores in Italiam translatæ. CAP. IIII

Quis

Quis primus animalibus rebusq; alijs nomen imposuerit, & de primo immolandi instituto, ac carnium esu, usuq; uictus delicatioris, & more nominandi eum, cui in conuiuio poculum tradatur, ac de usu uenandi, piscandi: & quis apud Romanos primus auiaria ferarumq; uiuaria instituerit, aut quæ animalia legionum insignia fuerint. CAP.V

Quis primus inuenerit linum, retia, nendi texendiq; modum, uel artem fulloniam, & saponem, aut qui lanas infecerint, aut repererint lanificij uestiumq; ac pellium usum, fusos, aulæa, sutoriam artem, sericum, & quando eius copia per Europam fieri cœperit, ac bombycinam uestem, atque purpuram, ac quid ipsa sit purpura, & quanto in honore olim & pretio fuerit. CAPVT VI

De origine architecturæ. CAP.VII

Qui primi luteas, aut lateritias domos ædificauerint, & tegulas, & lapidicinas inuenerint, & de prima columnarum origine, & quando primùm marmorum usus Romæ in ædificijs. CAP.VIII

Qui primi condiderint oppidum, muros, turres, tabernacula, delubra, aut quis primus Deo omnipotenti templum posuerit, & qui puteos foderint. CAP.IX

De primis labyrinthorum pyramidumq; autoribus, & de Mausoleo sepulchro, ac de uario apud gentes olim sepeliendi usu, & unde apud Romanos mos cremandi cadauera, consecrandorumq; Imperatorum post mortem, atque de origine funebris orationis. CAP.X

Qui primi obeliscos fecerint, aut eos Romam inuexerint, & inibi locus Plinij emaculatus, & de notis obeliscorum, & quales essent Aegyptiorum literæ. CAP.XI

A quib

CAPITVM.

A quibus primum asylum constitutum fuerit, & quo nos pacto asylis utamur. CAP. XII

De origine theatri, & in eo recitandi comœdias tragœdiasq; modo, & qui primò Romæ theatrum, & amphitheatrum ac circum cõstruxerint, & quare amphitheatrum harena spargeretur, & inibi de frequẽti apud ueteres lauandi usu, & thermarum origine. CAP. XIII

Quis primus inuenerit fabricam materiariam, & in ea serram, asciam, perpendiculum, terebram, glutinam, normam, libellam, tornum, clauem, circinum, securim, dolia, & uasa uiminea. CAP. XIIII

Quis primus mari imperauerit, & ut primò nauigari cœptum sit, & qui inuenerint artem nauigandi, nauigia diuersi generis, remum, uela, anchoram, gubernaculũ, & pugnam naualem. CAP. XV

Qui primi mercaturam inuenerint, & de primis institoribus. CAP. XVI

Quis primus instituerit artem meretriciam, & bacchanalia sacra, ac qualis pœna adulterij, aut inuenerit tinctu ram capillorum, uel usum tondendi, & quando primùm tonsores Romæ. CAP. XVII

Multa cum uetera tum noua inuenta esse, quorum autores ignorentur. CAP. XVIII

CAPITA QVARTI LIBRI.

De principio Ecclesiæ Christianæq; religionis. CAP. I

De Christianæ reipub. origine, eiusq; miro à primo incremento, ac Apostolorum Petri & Pauli martyrio. CAPVT II

Quando primùm circuncisio instituta, & quàm graue uisum sit eius rei præscriptum. CAP. III

De primo baptismatis usu, & baptizandorum infantium

instituto, & de baptismo non iterando, ac modo baptizandi adultos, & quibus diebus. CAP. IIII

De sacerdotij eiusq; graduum apud Hebræos initijs, ac magno pontificis minorisq; sacerdotis consecrationis mysterio, & quibus uterque amiciretur indumentis sacris, & quantum temporis daretur Leuitis ad ministrandum. CAP. V

A quo noster primùm institutus fuerit sacerdotalis ordo, & duplex esse sacerdotium, & quid sit sacerdotis manuum impositio, ac quis episcopus, pontifex ue, atque quale eorum munus, & quondam presbyterum uel diaconum dictum episcopum. CAP. VI

De primo ritu sacrorum, quibus initiantur ij qui sacerdotes fiunt, & amiciendi usu, ac ibidem de sacerdotis officij initio. CAP. VII

Vnde mos natus, cur omnes initiati uerticem deradant, ac quàm illud facere olim probrosum fuerit, & ibi de Nazaræorum secta, & quando lege exceptum sit, quibus initiari non liceret, præsertim per bigamiam, & quomodo liceret, ac unde ipsa bigamia introducta sit. CAPVT VIII

Qui primi in urbe Roma & alibi presbyteris parochias, ac episcopis diœceses diuiserint, & de Cardinalium ordinis origine. CAP. IX

De origine honorum qui Romano pontifici habentur, & de eius autoritate in omnes ecclesias, atque quibus illius, & episcoporum ac Imperatorum occidentalium eligendorum ius à principio fuerit. CAP. X

Qui primi notarios in urbe Roma constituerint, qui res martyrum gestas scriberent, & ibidem de protonotariorum ac cubiculariorum origine. CAP. XI

Vnde

Vnde natum, cur sacerdotum ordo in uarios abiuerit munerum gradus, & de primo pallij usu, eiusq; forma, ac primordio collegij residentiariorum apud Anglos, & de antiquo iurandi modo, interdicendiq; contumacibus sacris. CAP.XII

Qui primi instituerint ut uirgines consecrarẽtur, & unde fluxerit mos uelandi caput, illudq; aperiendi uiris principibus atq; osculandi pontif. pedes & manus, itẽ osculo salutandi, ac ipsos pedes mutuò lauandi. CAP. XIII

Qui primi apud Romanos instituerint, sacerdotes flamines, Virgines uestales, pontificem maximum, saltos, feciales, patrem patratum, regem sacrificulum, augures, epulones, sodales Titios & aruales, ac singulorum officia, & quæ procurarẽt sacra, & de primo lectisternio, atq; librorum Sibyllinorum origine. CAP.XIIII

CAPITA QVINTI LIBRI.

Vnde nostris cõsuetudo sit, festis diebus exornare templa, ac in illis offerre cereas imagines, tabellasq; miraculorũ ponere: item conuiuari, cùm quis præsertim sacerdos primam celebrat Missam, quam uocamus. CAP.I

Vnde apud nostros mos sit, spargere pecuniam in populũ, dare epulum & strenam, ducere choreas, edere spectacula, exire Calendis Maij in agros, & currere Calend. Martijs per arua cum faculis accensis, & per dominica natalitia ministrum quempiam facere dominum, ac ante initium quadragesimæ induere personas. CAP.II

Vnde fluxerit mos ungendi sacerdotes & reges, item baptizatos, ac morbo periculosè laborantes. CAP.III

De initio connubij sacerdotalis apud Hebræos, & quando illud occidentalibus sacerdotibus interdictum fuerit.

Qua ratione ab initio inter mortales matrimonium fuerit cõtractum, & intra quos cognationis gradus, tam apud illos, quàm pòst apud nos: ac ibidem, an ulli unquam per leges licuerit plures simul habere uxores, & ius connubij filiorum esse in potestate parentum, atque unde mos sit ut puerperæ purgentur. CAP. V

De principio sacrarum ædium, atque ubi sit præcipuus orandi locus, ac de altarium & cœmeteriorum initio, & quando primùm crux cœperit haberi honori atque uenerationi. CAP. VI

De primo ac uetustißimo apud Hebræos sacrificandi ritu, ac festorum dierum obseruatione, dedicandiq; templa instituto, deq; ignis mysterio. CAP. VII

Cunctas ferè gentes quondam dæmonibus malis humanas immolasse hostias, & ibidem quid esset uer sacrum, & quando primùm eorum oracula obmutuerint, ac de primo usu aquæ, quam dicimus sanctam. CAP. VIII

Quis primus docuerit modum orandi, & cur in Orientem uersi oremus, ac unde mos concionandi, & de perfecto concionandi modo, atque quando eucharistia instituta, deq; primo eius usu. CAP. IX

Qui primùm post Christum, eo ritu sacrificare cœperint, quem ille docuisset: & qui deinceps modum rei diuinæ faciendæ, quam Missam uocant, auxerint, & de osculo pacis inter sacra, atque quando id fieri non liceat, ac de benedictione sacerdotis, post sacra. CAP. X

Vnde mos sit, ut post rem diuinam factam, diaconus pronuntiet, Ite missa est: & unde Missa & cærimoniæ dictæ, & de primo capessendæ eucharistiæ usu. CAPVT XI

Quare nonnulla tam Hebraica quàm Græca, uel Syriaca uerba,

uerba, in Missa usurpentur, & ibidem de eorum significatione. CAP. XII

CAPITA SEXTI LIBRI.

De pio pœnitendi initio, & de primo confitendi delicta instituto, & qualis sit publica confessio, ac ibidem de triplici purgatione priscorum. CAP. I

Qui primi instituerint horas canonicas, ac sanxerint ut psalmi à choro alternis canerentur, ac quàm parum frugifer sit cantus in domo Domini mollior atque delicatior, & ibidem de origine chori, atque qui diuorum uitas scripserint. CAP. II

De initio ieiunij, & primo eleemosynæ usu, ac ibidẽ quale uerum sit ieiunium, atque de ieiunij aduentus, quem uocant, & quadragesimæ primordio, & unde dicta sit, ac feriæ quartæ cinerum quatuorq; temporum instituto. CAP. III

Quando primùm sacræ uigiliæ in ieiunium fuerint mutatæ, & ibidem nocturna sacra apud ueteres semper fuisse damnata, atque de instituto ieiunij quartæ & sextæ dierum hebdomadæ. CAP. IIII

Qui primi mutauerint Solis & Saturni dierum nomina, in dominicum, & sabbatum, ac reliquos hebdomadæ dies in ferias distinxerint, & ibidem à quibus errantium syderum uocabula fuerint istis diebus primùm tributa.

CAPVT V

De modo Christianæ abstinentiæ in cibis capessendis, cùm ieiunatur: & unde sit usus apud nos consecrandi mensas, legendiq; sacra scripta, dum editur, atq; agendi gratias post sumptum cibum. CAP. VI

De origine rationis festorum dierum apud Romanos, & nostros, & cur constituti sint, & soli Deo esse sacrifi-

candum, ac de more natalem colendi diem, paſcha'que celebrandi, & paſchales candelas conſecrandi.

CAPVT VII

De *primo feſtorum dierum inſtituto, & utrum* Pentecoſte Apoſtolorum *temporibus fuerit dies feſtus, atque unde mos ſit adſcribendi bene meritos de Chriſtiana religione, diuorum catalogo.* CAP. VIII

Qui *primi inſtituerint, ut anniuerſaria iuſta mortuis fierent, etiam* IIII. *nonas* Nouembris, *& de legitimo tempore lugendi mortuos, deq; lugentium ueſtitu, eorundemq; corporis habitu, ac quando luctus minueretur, & quare* Francorum *reginæ, dum ſunt uiduæ, albis utantur ueſtibus.* CAP. IX

De *origine nouendialis ſeptendialisq; ſacrificij, & de more offerendi pro mortuis, eosq; non lugẽdi, ac de ſapienti* Thracum *inſtituto, & modo apud priſcos efferendi funeris ad ſepulchrum, atque de initio funebris pompæ, extruendorumq; ſepulchrorum forma, ac eorundem iuris religione.* CAP. X

De *primo uſu uouendi uota* Deo, *ac nudipedalia ſacra agendi, & qui primi inuenerint* Litanias, *& cur ſternuẽtibus bene precemur: oſcitantesq;, ac quiduis inchoantes ſeſe crucis ſigno uallent: & de origine ſupplicationum noſtrarum pompæ.* CAP. XI

De *origine uaſorum, indumentorumq; ſacerdotalium, ac de primo eorundem ſacrandorũ inſtituto, & unde uſus tintinabulorum, item uelorum, cortinarum, candelabrorum, & uexillorum.* CAP. XII

De *primo apud* Chriſtianos *imaginũ cultu, deq; modo eas uenerandi à patribus conſtituto, atque de prauo earundem abuſu ad quæſtum.* CAP. XIII

De

De decimarum, & primitiarum, ac primogenitorum redemptionis origine, & quis primus decreuerit, ut liceret sacerdotum collegijs fundos & prædia oblata recipere possidenda. CAP. XIIII

CAPITA LIBRI SEPTIMI.

De monasticæ uitæ principio. CAP. I

Quando primum ordo monasticus tribus uotis adstrictus fuerit, & quis primus ea uota introduxerit, uestitumq; religiosum, cum nouo uitæ modo, ac ordo ipse abiuerit in plures familias. CAP. II

De origine Hieronymianorũ, Canonicorum regularium, Augustinianorum, Cartusianorum, Carmelitanorum, Præmonstratensium, & Crucigerorum. CAP. III

De Prædicatorum, Franciscanorum, Trinitatis, Seruorum Deiparæ, Brigidensium, Iesuatorum, Nouorum Eremitarum, & Bonorum hominum origine. CAP. IIII

De origine sacrorum militum, ac de initio atque exitu sectæ Albatorum. CAP. V

De Niniuitarum initio, quorum secta uulgò Confraternitas dicitur: & unde mos, ut consocij inter orandum sese conuerberent. CAP. VI

De origine sectæ deæ Syriæ sacerdotum, Assyriorum, Antonianorum, atq; Cæretanorum. CAP. VII

De primordio Mahometanæ sectæ, atque eius legibus & institutis. CAP. VIII

CAPITA LIBRI OCTAVI.

Vnde natum, ut patres sanxerint diuorum reliquijs honorem habendum esse, ac qui primi stationes & iubilæum Romæ instituerint, & de primo ueniarum, quas indulgentias dicunt, usu, & unde uocentur à culpa & pœna. CAPVT I

INDEX CAPITVM.

De origine titulorum, quibus Romanus pontifex utitur, ac collegiorum & scribarum, & quando primùm literæ apostolicæ cœperint obsignari plumbo, & de primo annatarum usu. CAP. II

De Simoniacorum sectæ ortu. CAP. III

Quando primùm hæreses, atque schismata orta, ac in his, Lutherana secta, & quæ eorum autoribus sit pœna cõstituta. CAP. IIII

Quo primùm tempore pontificum concilia publicè haberi cœperint, atque quorum conuentuum decreta à patribus recepta sint. CAP. V

Qui ex alienis & externis, primi nostros Christianos insectati fuerint, & ibidem qui martyrij primùm palmam tulerint. CAP. VI

De Christianæ reipublicæ præstantia. CAP. VII

Et in calce, commentariolum in dominicam precem.

INDICIS CAPITVM

FINIS.

RERVM AC VERBORVM TOTO HOC OPERE CONTENTORVM INDEX.

A

ABagarus scripsit ad Christum, ut se sanatũ ueniret. pagina 423
Abies admirationis præcipuæ. 120
Abstentes qui, & quare dicantur. 286
Acolythi, seu Acoluthi. 252
Adulterij causa. 506
Adulterorum pœna. 218
Aegyptij unde dicantur. 14
Aegyptij primos homines apud se natos perhibent. pag. 8
Aegyptij Deorum genus apud se primum fuisse gloriantur. 4
Aegyptij primi omnium dijs aras, simulacra & delubra statuere. 23
Aegyptiorum literæ quales. 200
Aëromantia quid. 73
Aes quis primùm fabricarit. 140
Aeris inuentor. 139
Aethiopes à quo nominati. pag. 13
Aethiopes primi hominum creati. 9
Aethiopes nunquam ab externis regibus subacti. 23
Aethiopum in deos pietas & religio. 23
Agonalia festa. 395
Agriculturæ repertor. 158
Aleæ ludum quis primùm excogitarit. 122
Alexãdriæ in Aegypto conditor. 108
Albatorum ordo quomodo cœperit. 461
Altare primum quis fecerit. 331
Alui purgationis autor. 63
Amphiaraus augur. 76
Amphitheatrum quid. 205
Anchoræ inuentor. 213

Ancile è cœlo lapsum, regnante Numa. 296
Angariare quid. 365
Anglorũ in celebrandis nuptijs mos. 19
Anglicarum mulierum osculo salutandi consuetudo. 292
Annales quondam Romæ pro historijs habebantur. 42
Annatarum inuentio. 483
Animas defunctorum pietate suorum releuari. 407
Animalia occidere quis instituerit. 171
Animalia herbas ac remedia nonnulla hominibus commonstrarunt. 68
Animalibus quis primum nomina imposuerit. 171
Annus magnus. 97
Anni ratio quàm uaria fuerit apud priscos. 97
Annum qui primi constituerint. 96
Annos numerãdi uarij apud gentes modi. 61
Annulorum origo. 145
Annua sacra martyrũ. 401
Antennarum repertor. 213
Antiochenum concilium. 496
Antonius Eremita. 439
Antonianorum secta. 466
Apelles hæreticus. 490
Apostoli in cœna sacerdotes fiunt. 255
Apostoli à Christo initiati. 255
Apollo cur Pythius dictus. 120
Apollinis simulacrũ in Delo. 48
Apollinares ludi quando instituti. 301
Apollonia sese ultrò in flãmam conijcit. 511
Apophoreta unde dicta. 127
Aprorum in morbis remedium. 68
Aquæ consecratio. 342
Aquam in Eucharistia misceri uino quis docuerit. 353
Aquilo uentus unde nomen habeat. 58
Arabum regis filiæ historia memorabilis. 16
Arabum in ducendis uxoribus consuetudo. 16

Aræ

Aræ primitus ansæ dictæ. 172
Arachnes fabula. 177
Aramei à quo nomen sortiti. 13
Arbores in Italiam aliunde translatæ. 169
Arborum rami uirides, cur Calend. Maij ante domos ponantur. 308
Arcæ lapideæ Romæ inuentæ. 500
Archagathus medicus primus Romæ. 64
Architecturæ origo. 185
Arcuum inuentores. 113
Areopagitarum magistratus. 87
Argenti repertor. 139
Argēti primus signator. 142
Aristocratiam qui primi cōstituerint. 86
Aristocratia quando cœperit Romæ. 89
Arithmeticæ origo. 59
Arma qui primus fabricauerit. 112
Arrij hæresis. 491. & 497
Artem nauigandi quis repererit. 211
Aruales sacerdotes. 297
Aruspicinæ artis origo. 75 In quibus ea uersetur. ibidem, & sequ.
Asciæ repertor. 208
Assyrij à quo sint appellati. 13
Astrologiæ initiū unde sumptum, & qui eius inuentores. 54. & seq.
Asylum à quibus primò constitutum. 200
Asylis quo pacto Christiani utantur. 202
Athanasius cantores templo eiecit. 375
Athila Hunnorum rex. 513
Atlas cur cœlum humeris sustinere dicatur. 55
Atomi unde dicti. 7
Auguria cur dicta, & à quo primùm inuenta. 76
Augurum collegium summa religione cultū apud Romanos. 77
Augustiniani eremitani. 447
Auiaria qui primum instituerit. 176
Aulæa ornamenta ubi primùm excogitata. 178

Aureum diadema olim episcopis offerebatur. 263
Auri intexendi modus per quem ostensus. 179
Auri conflaturæ inuentor. 140
Aurũ ubi, & à quo primùm inuentum. 140
Aurum cur palleat. 139
Auspicia unde dicantur. 76
Annulus sacerdotibus olim datus quid significet. pagina 263
Azymorum dies qui fuerint 334

B

BAbylonij filias suas ad quæstum corpore faciundum adigebant. 216
Babyloniorum ægrotos curandi ritus. 65
Bacchanalia sacra. 217. & 298
Baculus cur olim episcopis datus. 263
Balsamum in sola Iudæa nasci. 313
Baptismus infantiũ ab Apostolis introductus. 244
Baptizati à Ioanne denuò baptizabantur. 243
Baptismatis primus usus. 241
Barbam aut comam sacerdotibus nutrire uetitum fuit. 265
Basilides Cerdo hæreticus. 490
Belus rex ut Deus cultus. 22
Bellicarum machinarum autores. 114
Benedictinorum descriptio. 442
Bernardus Castilionensis. 444
Bigas qui primum iunxerint. 117
Biretri autor latet. 222
Biremem quis primùm fecerit. 212
Bombardæ inuentor. 114 & 221
Bombardæ usus Venetis primum indicatus. 114
Vnde nomen habeãt. 115
Bõbardæ repertoris nomen cur occultetur. 115
Bombyces apud Seres. 182
Bonæ Deæ sacra. 297
Boreas unde nomen adeptus. 58

Bono

Bonorum hominum ordinis origo. 456
Boues ad aratrum quis primum iunxerit. 161
Breuiatores à quo creati. 482
Breuium scriptorũ collegij autor. 483
Brigidensium monacharum initium. 455
Bucolici carminis inuentor. 37
Bullarum inuentio. 482
Vnde dicta. 483

C

CAdauerum ablutio, & unctio. 405
Cadmus in Græciam primus literas attulit. 26
Cælestinorũ ordinis origo. 445
Cæretanorum sectæ initium. 466
Calatrauensium militum religio. 460
Calchas augur. 76
Calices ab initio quales. 418
Camalduensiũ religio quando orta. 442
Campanæ inuentor ignoratur. 220
Canonicorum uestitus. 448
Canonici regulares. 447
Capita cur aperiamus magistratibus. 289
Carcerem primum quis ædificarit. 95
Cardinalium origo. 268
Carmelitanorũ ordinis origo. 450
Carmentalia sacra. 395
Carnes sub Saturno non comestæ. 173
Carthusianorum origo. 449
Castitatem coactam quæ mala sequantur. 321
Catechumeni unde dicti. 247
Cauea, pars media theatri. 204
Cauponam qui primi aperuerint. 165
Cecrops primus Atticæ rex, & Mosis æqualis. 24
Cecrops iuxta fabulas, matrimonij autor. 15
Celocus nauis inuentor. 213
Cẽsum quis primus instituerit. 93
Censum agere, quid. 94

Centaurorum fabula unde orta. 117
Cephas uocabuli interpretatio. 365
Cerimoniæ unde appellatæ. 360
Cerealia à quo instituta. 298
Cerui à Phalãgio percussi, cancros edendo sibi medentur. 68
Chalcedonense concilium. 497
Chananæis à quo nomen inditum. 14
Chartæ, quibus scribendo utimur, unde fiant. 109
Chartarum uaria genera. ibid.
Chelidoniam hirundines docuere. 68
Choreas ducendi mos. 308
Chorus unde appelletur. 376
Chiromantia quid. 74
Chirothecæ cur olim episcopis datæ. 263
Chirurgiæ inuentor. 64
Christianæ abstinentiæ in cibis capessendis forma. 389
Christianæ Reipubli. origo & incrementum. 234
Christianorum XVII. millia diebus XXX. supplicijs affecta. 377
Christianos, eorumq; ædes ungendi consuetudo. 312
Christiani cur dies festos cõstituerint. 397
Christi sacerdotum quale. 312
Chrismatis materia. 313
Chrysippi de Deo opinio. 3
Cinerum consecratio. 383
Circe magiæ perita. 71
Circerorum autor. 213
Circini autor. 208
Circuncisionis forma & origo. 239. & 240
Cisterciẽsium monachorum familia. 444
Citharæ repertor. 49
Ciues Rom. in quinq; classes diuisi. 93
Ciuitatum nomina quando immutata. 13
Claræ uirginis cõgregatio. 453
Classes ciuium Rom. quinque, & quanti unaquæq; sit æstimata. 93. & seq.

Classe

Classe quis primũ depugnauerit. 213
Clauum pangẽdi mos apud Romanos. 61. & seq.
Clauium inuentor. 208
Cleopatra quomodo cũ Antonio extremis coronæ floribus uenenatis luserit. 136
Cleopatra centies centenis sestertijs cœnata. 174
Cluniacensium ordo. 442
Clysteris usum unde didicerint medici. 69
Cœnobiorum conditor primus. 439
Co insula Aesculapio dicata. 64
Collegij breuium scriptorũ autor. 483
Collegia sacerdotum instituta. 282
Collegia uirginum unde exorta. 289
Colores quis inuenerit. 154
Comœdia unde dicta. 38
Comœdiæ principium. 37
Comœdiæ nouæ autores. 39
Comœdias atque tragœdias agendi modus. 204
Compatres in baptismo testes. 245
Conceptiuæ feriæ. 395
Concilium Nicenum. 496 Romanum. ibid. Antiochenum. ibid. Chalcedonium. 497 Constantianum. 498 Constantinopolitanũ. 497 Byzantium. ibid. Ephesinum. ibidem
Concilia quando publicè haberi cœperint. 495
Concionandi perfectus modus. 347
Concumbendum quando sit. 219
Confessio secretior. 370
Confessio annuaria à quo cõstituta. 372
Confessionis publicæ initiũ. 370
Confirmationis initiũ. 246. & 314
Confraternitatis sectæ primordium. 462
Congiaria dona. 302
Corbona quid. 366
Coronæ unde olim fieri consueuerint. 134
Coronarum uarietas. 135
Coronarum repertores. 134
Corinthus hæreticus. 489

Con

Consualia festa. 395
Consules Romæ primi, & unde dicti. 89
Cribrorum excogitatores. 162
Crux honori esse quãdo cœperit. 331
Crucis signo se munire, unde ortum. 414
Crucigeri monachi quando cœperint. 451
Crystallus lapis à quo inuẽtus. 148
Cubiculariorum institutio. 280
Cultus Dei qui maximus. 337
Curruum repertor. 117
Cymbæ excogitatio. 213
Cyprianus martyrio coronatus. 511
Cyrenaicus atheos. 3

D

DAemones effugãdi modum quis primus docuerit. 72
Decemuiri quando primum Romæ creati. 90
Decimarum causa. 427
Decimis opes nõ parari debent. 433
Declamator quis. 44
Dedicatio templorum. 335
Delubra quis primum ædificarit. 188
Democratia quãdo Romam irrepsit. 91
Denarius diurnus. 95
Denicales feriæ. 396
Dentis euulsionẽ quis excogitarit. 63
Deo immolãdi pecora mos. 172
Deorum origo. 1
Deos colendi ritus unde effluxerit. 22.23.& 24
Deus iuxta Epicurum mortalia non curat. 3
Diaconi. 251
Diadema, regium insigne, à quo primum inuentum. 85
Diagoras Athenis cur expulsus. 300
Dialecticæ autor. 54
Dialogos quis introduxit. ibid.
Dictator quis primus Romæ creatus. 90
Dictamus herba, extrahendis

dis sagittis conducit. 68
Didymus Grammaticorum princeps. 32
Digamus olim ad officiū sacerdotis non admittebatur. 266
Diœceses episcopis distributi. 267
Diuinandi duo genera. 74
Diuortium quando licitum. 19
Diuortij autor quis. 18. & seq.
Diuortij libellus. 18
Diuortij inter Iudæos & Romanos discrimen. 19
Doliorum excogitator. 209
Domos luteas qui primi ædificarint. 185
Dorothea martyrio coronatur. 511
Drachma. 95

E

ECclesiæ principiū. 226
Elamitæ unde dicti. 13
Eleemosynæ usus quādo cœperit. 379
Eleemosyna cui danda. ibi.
Electrum ubi primùm inuentum. 148
Encænia Iudæorum. 335
Eucharistia quando instituta. 353
Enos primus nomen domini inuocauit. 25
Epicuri impia de Deo opinio. 3
Episcopi uocabulum. 258
Episcoporū creatio quibus olim commissa. 277
Epulum dandi consuetudo. 307
Epulones à quibus creati. 297
Equitandi artē quis primum compererit. 116
Eremus à quo primùm habitari cœpta. 436
Eremitanorum ordinis principium. 456
Erichthonius unde dictus. 117
Essæi unde dicti, & eorum instituta ac mores. 437
Esseni absq; coniugibus uitam degebant. 17
Ethnicus quid significet. 365
Ethnicorū sacra tribus purgationibus constabant. 372

Ethic

Ethicæ inuẽtor, et quid eius proprium. 54
Eutyches damnatur. 497
Excommunicationis inuentio. 285
Excõmunicãdi usus à Druidibus Gallorum sapientibus usurpatus. 286
Exequiæ unde appellatæ. 409
Exhomologesis quid. 371
Exorcisatores Salomon instituit. 252

F

FAbricæ materiariæ inuentio. 208
Fabulam quis primus recitandam dederit. 203
Fastorum dierum origo. 397
Feciales sacerdotes. 296
Feriæ statiuæ. 395 Cõceptiuæ. ibi. Imperatiuæ. ibid.
Feriæ unde nuncupatæ. 389
Ferramẽta rustica quis compererit. 161
Ferrum qui primi fabricarint. 140
Festi dies apud Christianos cur constituti. 397
Festorum dierũ apud Rom. origo. 395
Festis diebus conuiuia præbendi amicis consuetudo. ibid.
Festa agonalia. 395 Carmentalia. ibidem Consualia. ibid.
Festi nouendialis origo. 396
Fistulæ inuentor quis. 48
Flamines sacerdotes à quo instituti. 293
Flamines unde dicti. 293
Flori crudelitas in Iudæos. 411
Flora Dea quomodo & à quibus culta. 297
Fœderis iciendi uarij modi. 130
Fœderum olim tria genera. 129
Fœderum repertores. 129
Franciscani à quo orti. 452
Fullonicæ artis repertor. 178
Funebres ludi à quo inuenti. 122
Funebris orationis autor. 197
Funebris põpæ descriptio. 410
Fundarũ usum quis primum

mon

monstrarit. 114
Fusos in lanificio quis repererit. 178
Frumenti inuentio. 159

G

GAlli olim mutuum dabant pecunias, apud inferos sibi reddēdas. 305
Gazophylacium quid. 306
Gemmæ quo tempore cœperint esse pretiosæ. 146
Genitalia uirginū fascijs olim succincta. 20
Genios singulis binos attribuit antiquitas. 2
Geomantia quid. 74
Geometriæ autores qui. 59
In quibus uersetur. 60
Glutini repertor. 208
Gothicæ gentes unde appellatæ. 14
Græci in conuiuio cum mulieribus non accūbebant. 174
Grammatici olim omnium scriptorum censores. 32
Grandimōtensis monachorum ordo. 443
Gymnici ludi. 122

H

HAereses quando primū ortæ. 488
Hæresis & schisma quomodo inter se discrepent. 490
Hæreticus quis dicatur. 488
Hæreticorum pœna. 493
Harmonias uocum quis inuenerit. 45
Harpagonarum autor. 213
Hasta cur quondam nubentis capiti imposita. 20
Hebionis hæresis. 489
Hebræi unde dicti. 227
Herbæ & remedia nōnulla ab animalibus homini indicata. 68
Herbarum mira uirtus. 66
Herbariæ medicinæ inuentor. ibid.
Herbariæ rei scriptores primi. 69
Hercules Nymphæ amore captus. 183
Heroicum metrum unde nominatum. 36
Hieronymi uita. 446
Hieronymiani monachi. 446

Hip

Hippagines naues quis repererit. 213
Hippocrates medicinā omnino perditam in lucem reuocauit. 64
Hippopotamus ut morbidū corpus exoneret. 68
Historiæ primus scriptor. 40
Historiæ componendæ regula. 42
Histrionibus unde nomē inditum. 203
Homo Dei simulacrum. 10
Homines ex qua materia creati. 9
Hominum prima origo. 8
Hominum natura syderibus subiecta. 54
Honorum qui Rom. pontifici habentur origo. 274
Horas canonicas quis inuenerit. 373
Horologij autor incognitus. 220
Hos anna quomodo Latinè reddatur. 365
Humiliatorum ordo in Germania. 444
Hydromantia quid. 74

I

IAnus primus Latinorum rex cur gemina facie fingatur. 98
Ieiunium in quatuor anni tempora diuisum. 384
Ieiunium XLVI. dierum. 310
Ieiunij initium. 378
Ieiunij solennis ratio. 389
Ieiunij quartæ et sextæ dierum hebdomade iuuētio. 388
Ieiunio unde nomen inditū. 380
Iesus quonam pacto unctus. 312
Iesuatorum sectæ initium. 455
Ignatius ad bestias dānatus. 510
Ignes crebros Calend. Martij faciendi consuetudo. 309
Ignis mysterium. 336
Ignis inuentor. 140
Ignispicij repertor. 75
Imagines cereas offerendi ritus. 304
Imperare bene, difficile. 84

Imperatoris eligendi potestas archiepiscopis facta. 278
Imperatores creandi potestas penes pontificem Romanum fuit. ibid.
Imperatorum consecrandorũ mos Romæ qualis fuerit. 196
Imperatiuæ feriæ. 395
Impositio manuum. 256
In Auibus tria quondam diuinandi genera. 76
Incãtationes quibus ægritudines mitigari solẽt, quis ediderit. 72
Indulgẽtiæ quando celebres esse, & à quo tradi cœperint. 478
Inducíarum excogitatores. 128
Infantes à supplicio uiuere incipiunt. 45
Inguinibus tumescẽtibus homines quando perierint. 413
Institores. 215
Iochobel Mosis mater. 71
Iouis nutritor Melissus. 22
Isis Deus Aegyptiorum. 4
Isthmij ludi à quo nominati & inuenti. 120
Iubilei anni autor. 477
Iubilei origo apud Hebræos. 479
Iudæi à Iuda appellati. 227
Iudæorum luctus. 403
Iurandi modus per Euangelium. 285 Per Iouem. ibi.
Iurãdi mos apud Hebræos. ibid.
Iusiurãdum quod maximum fuerit. ibidem
Iuris ac legum origo. 79. & sequen.
Iuris diuisio. 79
Ius creandi Rom. pontificis quando mutatum. 275
Iusiurãdi Romæ olim apud factiosos confirmãdi mos. 131
Iustinæ monachæ congregatio. 445

L

Labyrinthorũ primi autores. 190
Lacedæmonij cur ab Asia contemplanda ciues suos prohibuerunt. 505
Lacedæmoniorũ regum series

ries. 85
Lanarum primi infectores. 178
Lanificij usus à quo primũ ostensus. ibid.
Lapidicinas quis primùm ostenderit. 186
Lauatio pedum ante diem festum paschæ. 292
Lauandi usus ueteribus frequens. 207
Lauãdi manus consuetudo. 356
Lauri arboris dotes quædã præcipuæ. 170
Lectisterniorum initium. 301
Lectorum ordo à quibus initium cœperit. 252
Legis definitio. 79
Leges mortalibus alij alijs primùm dederunt. 80. & seq.
Legum ac iuris origo. 80. & seq.
Lembi inuentio. 213
Leporaria à quo condita. 176
Linguarum uarietatis exordium. 11
Lini inuentio. 177
Lintres Germani excogitarunt. 213
Litaniæ uulgò præcessiones. 412
Litaniarum institutio ac forma. 414
Literarum usus ad quid conducat, & à quo primùm inuentæ. 25. & seq.
Luciferi natura à quo inuestigata. 57
Ludiones. 203
Ludi funebres. 122
Ludorũ genera apud Græcos. 118
Lugẽdi ratio apud Iudæos. 403
Lugendi mos apud Romanos. ibid.
Lugentium uestitus. 404
Lunæ cursum ac defectũ qui primus monstrarit. 56
Lustricus dies. 245
Lustrum conditum. 94
Lutherus declaratur hæreticus. 492
Lydi à quo nuncupati. 13
Lydios, Dorios, & Phrygios modulos quis inuenerit. 48
Lydorum filiæ uulgato corpore

pore quæstum facientes, dotem sibi compararunt. 17
Lyrici poëtæ unde dicti. 48

M

Macedonius, Eudoxus, & Macarius Antiochenus dãnantur. 497. & seq.
Macrobius notatur. 92
Magiæ sex species. 73
Magicæ artis origo. 69
Magistratibus cur capita aperiamus. 289
Magnus Alex. quibus rebus immortalitatem intelligebat. 219
Mahometanæ sectæ primordium, leges, ac instituta. 467
Malcolmi Scotorum principis optimi factum. 17
Mali & antennæ autor. 213
Manumissionis formula. 87
Mari quis primùm imperauerit. 211
Marmoris fodiendi causa. 186
Marcion Stoicus hæreticus. 490
Martyribus cur annua sacra instituta. 401
Martyrij palmam qui primùm tulerint. 499
Materiariæ fabricæ excogitatio. 208
Matrimonium à sacerdote non consecratum pro incesto haberi. 325
Matrimonium ab initio quatione contrahi solitum sit. 321
Matrimonium occidentalibus sacerdotibus interdictum. 320
Matrimonij fœdus Christiani sanctius colunt quàm olim Hebræi. 17
Matrimonij ius in potestate parentum esse debet. 325
Matrimonij origo. 15
Matrimonij qui fuerint ueterum ritus. 19
Matrimonij usus uarius. 15
Matrimonij sacerdotalis origo apud Hebræos. 315
Matrimonio contrahendo qui cognationis gradus prohibiti. 323

Matrimonia cum cõsanguineis contracta. 16
Matrimus. 19
Maximus circus. 207
Medicus Romæ primus qs. 64
Medici urbe & Italia pulsi. 64
Medicinæ medicamentariæ repertor. 66
Medicinæ autores dij. 62
Eiusdem diuisio. 64
Medicamina omnia mali succi esse, stomachumq; lædere. 67
Megalenses ludi. 299
Mellea medicina à quo inuenta. 68
Mellis colligẽdi usus cui tribuatur. 168
Melissus Cretensium rex sacrorũ pompas primus introduxit. 24
Membranæ à quo repertæ. 109
Membranæ unde nomen habeant. ibidem
Memoria qui olim claruerint. 110
Memoriæ artis inuentio. ibidem
Menander Samaritanus hæreticus. 488
Mendicantium ordo. 448
Mendicantium autor quis. 451
Mensæ instructæ consecratio. 394
Mensuras quis inuenerit. 60
Mercaturæ initium. 214
Mercurius literarum in Aegypto autor. 25
Meretriciam artem Venus instituit. 216
Metri autor. 35
Militaris artis primi inuentores. 111
Milites diui Iacobi. 460
Militum sacrorum origo. 457
Minerual munus. 298
Minij inuentio. 148
Minimorum secta à quo instituta. 461
Missa uox Hebraica. 360
Missa finita, cur pronuntietur, Ite missa est. 358
Missæ sacrificium qui adauxerint. 355
Mißilia dona spargebãtur. 302
Mitra bicornis. 263

Mol

Molendini inuẽtor incognitus. 222
Monachos quis omniũ primum nouis legibus obligarit. 440
Monasticæ uitæ principiũ. 436
Monasticus ordo quãdo tribus uotis obstrictus fuerit. 440
Montanus hæreticus. 490
Montesiæ militum sectæ initium. 460
Montoliuetenses monachi quando cœperint. 443
Mopsus augur. 76
Mortui ad tubam ferebantur. 409
Mortuorũ anniuersaria iusta à quo instituta. 405
Mortuorum animas pietate suorum reuelari. 407
Mortuis iusta facienda quis primus omnium curauerit. 403
Mortuos non lugẽdos. 408
Mossolami Iudæi factum. 76
Mulieres in honorem Deorum stupratæ. 339
Mulieribus uelato capite tẽplum olim nõ licebat ingredi. 288
Mulieribus Romanis cur olim uini usus interdictus. 292
Mundus secundum philosophos ingenitus. 8
Mures in Thebaidis agro nasci. 9
Muros quis primus fecerit. 188
Murex piscis, qui & conchylium dicitur. 184
Musica ueluti uirorũ effœminatrix olim prohibita. 46
Musica instrumenta quis in Latium primus attulerit. 51
Musicæ instrumenta qui inuenerint. 47
Musicam quis primus repererit. 44

N

NAtalis dies. 396
Natalis dies sacrorum quid. 306
Natalitijs dominicis, ex domesticis regem creare, unde ortum. 309

Nauis inuentor quis fuerit. 211
Nauis onerariæ autor. 213
Nauis lõgæ fabricatio. 212
Nauigandi ars cui accepto ferenda. 211
Nazaræorum secta. 265
Necromantia quid. 73
Nefasti dies. 397
Nemeæi ludi unde dicti. 121
Neomenia quid. 334
Nemroth Babylonis tyrannus. 86
Nendi artem quis docuerit. 177
Nero Petrum atq; Paulum morte affecit. 500
Nero Romam incendit. 501
Nestorius hæreticus damnatur. 497
Nicenum concilium. 496. & 497
Nicolaianorũ hæresis. 488
Nili incrementum, atque ex eo præsagia. 59
Niniuitarum initium. 462
Ninus Assyriorum rex, primus Asiæ imperio potitus est. 85
Nocturna sacra semper damnata. 387
Nomadum, parentes senio confectos mactandi mos. 504
Normæ excogitatio. 208
Notarij Romæ qui res martyrum scriberẽt quando constituti. 178
Notarios Apostolici ærarij quis crearit. 482
Nouatiani hæresis. 491
Damnatur. 496
Nouendialis festi origo. 396
Nouendialis sacrificij pro demortuis initium. 406
Nudipedalia sacra apud Iudæos instituta. 411
Numæ Pompilij pietas. 293
Numa Pompilius nouæ religionis autor Romanis. 24
Numerorum repertor. 61
Numismata census. 95
Nummum aureum & argẽteum, quis primùm ad usum percusserit. 142
Nundinæ paganorum. 396

O

OBeliscus quid. 198
Obeliscus ubi primùm erect

erectus. ibidem
Obelisci uarijs notis insculpti. 200
Obseruantium ordinis principium. 454
Oleæ Minerua inuentrix. 166
Officiorum diuisio inter reliquos initiatos. 282
Olympici certaminis inuentores. 118
Olympici certaminis quale præmium. 119
Oppidum primus omniũ Cecrops condidit. 187
Orantes cur capita aperire debeant. 289
Orandi modum quis primus docuerit. 342
Orandi modus per calculos. 344
Orandi uera ratio. 343
Oratoris et Rhetoris discrimen. 44
Orationis solutæ primus cõditor. 41
Orchestra. 204
Orgia sacra. 24
Orpheus Orgia sacra primus in Græciam introduxit. ibid.
Oscilla ex cera fictilia. 305
Oscitatio unde proueniat. 414
Osculo salutandi mos. 291
Osiris Deus Aegyptiorum. 4
Ostenta quæ dicantur. 75
Ostiarij. 252
Ouandi causa. 132

P

PAlamedes literarũ numerum auxit. 26
Pallium quid significet. 281
Pallij quo utebãtur olim episcopi. descriptio. ibid.
Panis consecratio. 450
Panos & Syringæ fabula. 48
Papa pedes deosculandos porrigere unde didicerit. 289
Papa unde diuitias acquisierit. 434
Paradisus quid. 365
Parẽtatio annua quid. 406
Parochiæ quando presbyteris diuisæ. 267
Parochi magistratus apud Rom. 268

Patres patrati. 296
Patrimi qui. 19
Paulus & Petrus capite ob truncantur. 237
Paulus Samosatenus in concilio damnatur. 496
Pauli Samosateni hæresis. 490
Pecora Deo immolãdi mos. 172
Pecunia unde appellata. 143
Pellibus caprinis & ouillis olim scriptitatum. 109
Persecutores Christiani sanguinis referuntur. 499
Perpendiculi excogitator. 208
Personas induendi mos ante quadragesimam. 310
Personas induere apud Anglos, capitale. 310
Pœna eorum qui humanis hostijs non litassent. 339
Pœnitentia uera. 368
Pœnitentium ordinis initiũ. 453
Petasum episcopi ferre quãdo cœperint. 272
Petrus Apostolus in sacerdotio prærogatiuam habuit. 257
Phæron cur cæcus factus, & quomodo uisum receperit. 198
Philosophiæ origo. 52
Duo eius principia. 53
Diuisio. 53
Philosophorum innumerabiles de Dijs sentẽtiæ unde ortæ. 2
Phylacterium quid significet. 365
Physica in quibus uersetur. 54
Pistores Romæ quando esse cœperint. 160
Picturæ inuentor. 153
Piscandi usum quis tradiderit. 176
Plastices, id est, figulinæ artis repertor. 155
Platonis de Deo sententia. 6
Platonis lex de imaginibus faciendis. 427
Planetæ à quo diebus assignati. 389
Plebei ludi repertor. 302
Plumbum quis primùm ostẽderit. 139
Poëticæ facultatis origo. 34
Poëtæ numine afflati. 33

Poê

Poëticæ artis præstantia. 33
Pondera quis repererit. 60
Pōtifex maximus à quo primum creatus. 295
Pontificum electio ad solos Cardinales hodie reducta. 276
Populorum nomina quando immutata. 13
Popularis ciuitas à quo primum instituta. 85
Potum ex hordeo quis primus confecerit. 166
Polygamia Hebræorum defenditur. 322
Prædicatorum ordinis primordium. 452
Præmonstratēses monachi. 451
Præcentorum autor. 252
Presbyteri unde dicti. 255
Presbyter nisi triginta annos habens fieri non potest. 266
Presbyterorum ordo quando cœperit. 255
Presbyterorum secularium uota castitatis perpetuò seruandæ. 441
Psalmos alternis canere, quis instituerit. 374
Psallentium in templis reprehensio. 375
Psammetichi de primo hominum ortu mirabilis cognitio. 9
Primitiarum autor ostenditur. 430
Primogenita cur Deus sibi offerri præceperit. 432
Festi dies unde nominati. 397
Proselytus quis. 365
Proscenium. 204
Protagoræ de diuinitate dubitatio. 3
Protonotarij apostolici. 279
Puerperarum purgatio. 327
Pugna unde dicta. 112
Pugnare ex equo quis primùm docuerit. 118
Punicæ fœminæ dotem uulgato corpore quærebant. 505
Purgationes tres in Ethnicorum sacris. 372
Purpura quid. 183
Purpura insigne Rom. magistratuum. 184
Puteorum inuentio. 189
Pyramides ædificandi causa. 192

Pyramidum autores. 191
Pyrrhicæ saltationis inchoator. 121
Pyromantia quid. 73
Pythagoras Deum quomodo definierit. 3
Pythij ludi à quo constituti. 120

Q

Quadragesima unde dicta. 382
Quadrigarum repertor. 117
Quadriremis autor. 212
Quinquatria sacra. 298

R

Rates qui inuenerit. 211
Rex sacrificulus. 297
Reges ungendi mos. 311
Reges cur rarò bene imperent. 84
Reges cur quondam ut dij culti. 22
Regum Romanorum insignia. 92
Reipublicæ administratio trifariam diuisa. 84
Religiosi qui. 23
Reliquiæ sanctorum quando primùm honorari cœperint. 474
Religionis origo. 22. & sequentibus.
Remi inuentor. 213
Rerum origo docetur. 6
Residentiarij qui uocentur. 283
Rhetoricæ artis antiquissimi scriptores. 43
Rhetorices origo traditur. 42
Rhetoricæ uis atque facultas. 43
Romana respubli. sub quo magistratu creuerit ac decreuerit. 89
Romani an generatim Latinè locuti fuerint. 12
Romani decimas atque primitias dederunt. 432
Romani neptes uxores ducebant. 323
Coronati ludos spectabant. 137
Romanorum lugendi ratio. 403
Romanorum in uictu tenuitas.

tas. 391
Romanæ ciuitatis triplex regimen. 89
Romanum concilium. 496
Rom. pontifex omnium caput constituitur. 276
Romulus aruales sodales instituit, seq; duodecimum fratrem appellauit. 297
Romoaldus Rauennas monachus. 442
Rotam figulariam quis inuenerit. 155

S

SAbaoth, uocis Hebraicæ interpretatio. 365
Sabæi unde dicti. 14
Sabellius hæreticus. 490
Sacerdotis consecratio. 247
Sacerdoti iurare non licuit. 293
Sacerdotes & reges ungendi mos. 311
Sacerdotes cur olim uerticem radere soliti. 263
Sacerdotum collegarũ apud Anglos diuortium. 282
Sacerdotum dcæ Syriæ ordo. 464
Sacerdotum Aegyptiorum uestitus. 262
Sacerdotibus barbam aut comam nutrire non permissum. 265
Sacerdotibus cœlibatus indicitur. 318
Sacerdotium Christi quale. 312
Sacerdotij apud Hebræos initium. 247
Sacerdotalis ministerij ætas. 267
Sacerdotalium indumentorum usus. 418
Sacrificij septẽdialis pro demortuis origo. 407
Sacrificia humanarũ hostiarum. 336
Sacrificandi ritus olim qualis. 172
Sacrificandi usus uetustissimus. 333
Sacrorum primus ritus qualis. 260
Sagittæ à quo inuentæ. 113
Salem eiusq; usum quis demonstrarit. 176
Salis mysterium. 336
Sambucæ musici instrumenti repertor. 50
Sanguinem mittere in mortis, unde homines didicerint.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rint. 68
Sarmaticis Virginibus non prius nubere concedebatur, quàm hostem peremissent. 50
Saturnus Deorum parens. 4
Satyræ initium, & unde dictæ. 38
Scapharum inuentio. 213
Scandalizare quid. 365
Scena cur inuenta. 203
Scenopegia Iudæorum. 335
Schismatum primus autor. 490
Scribẽdi usum per notas quis repererit. 109
Scythæ probro dant, hominem non occidisse. 504
Seculares ludi à quo inuenti. 299
Seculares ludi unde nomen habeant. 301
Secundæ mensæ à quo inuentæ. 174
Securis inuentor. 209
Sepulchri non delendi lex. 410
Sepulchrorum extruendorum forma. 410
Serici usus. 181
Serpens æneus in deserto. pag. 421
Serram quis inuenerit. 208
Serui cur dicti. 87
Serui manumittendi formula. 87
Seruorum Deiparæ ordinis primordium. 454
Seruitium à quibus inuentum. 86
Sibylla unde appellata. 301
Siclus. 95
Simon magus omnis hæresis caput. 486
Simoniacorum sectæ principium. 486
Simulachrum Magni Alexandri. 153
Simulachra cur inuẽta sint. 149
Simulachra fingendi usus à quo profectus. 149
Simulachrorũ cultus apud Christianos. 420
Socrates iam senex lyra institui uolebat. 47
Socrates cur dãnatus. 500
Solitaurilia sacra. 298
Solistima tripudia. 76
Solis & lunæ defectus, qui primùm deprehenderint. pag. 56

Som

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Somniorũ interpretationem quis primò docuerit. 77
Sophronia in morte Lucretiam imitata. 511
Sortium Prænestinorũ origo. 77
Sphæræ repertor. 57
Sponsa cur domus coniugalis postes adipe suillo iunxerit. 21
Sponsæ cum conuiuis ex more coẽuntes. 16
Spondeus pes carminis unde dictus. 376
Spondeus, pes pontificum. 376
Staffa nouũ inuentum. 221
Stationes sacras q̃ primùm instituerint. 476
Statiuæ feriæ. 395
Statua mulieris, quæ sanguinis profluuio laborans, à Christo curata est. 422
Statuas qui primi erexerint 152
Statuas in templis erigendi consuetudo. 424
Sternuentibus cur bene precemur. 413
Stercorandi usum quis primùm ostenderit. 160
Strenam dandi mos. 307
Suffragiorum origo. 88
Supplicationes à quo excogitatæ. 412
Sutoriæ artis inuentio. 179
Syderum obseruationes in nauigando qui adinuenerint. 59
Symbolum, quid significet. 365
Syria dea. 464 *Eius sacerdotes.* ibidem

T

TAlaßij nomen cur in nuptijs inuocatum. 20
Taurus æneus Phalaridi factus. 221
Taurij, siue Taurilia, ludi. 302
Tectas naues quis inuenerit. 213
Tegularum inuentor. 186
Templum Deo omnipotenti, quis primus ædificarit. 189
Templorum origo. 328
Terebri inuentio. 208
Terminalia sacra quis instituerit. 298
Tesserarum ludi repertor. 322

Test

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Testudinis autor. 114
Teutonicorũ religionis initium. 459
Texendi artis inuẽtrix. 177
Theatri origo. 202
Thermarum origo. 207
Theseus Pinnius, Polydori Vergilij auunculus. 83
Tibiarum autores. 43
Tigranis dictum. 119
Tincturæ capillorum inuentio. 219
Tintinabula mulionum collis cur suspendantur. 46
Tintinabulorum usus. 419
Mysterium. 419
Titij sodales. 297
Titulorum quibus Papa utitur, origo. 480
Torni inuestigator. 208
Tondendi usus à quo proditus. 219
Tormentorum inuentor. 95 & 114
Tragœdiæ initium unde. 37
Tributum à quo primò indictum. 93
Trinitatis ordinis monachorum ortus. 454
Triremis inuentio. 212
Triũphi Christianis ex gentibus reportati. 508
Triũphandi mos à quo fluxerit. 131
Troiæ excidium. 70
Trophæa cur Græci erexerint. 133
Tubæ inuentor. 51
Turrium primus constructor. 188

V

VAlentiniani hæresis. 490
Vallisumbrenses monachi. 443
Vehiculorum autor. 117
Velandi capitis consuetudo. 288
Velitum usus quando cœperit. 113
Velum quadragesimale. 420
Venarum pulsus quis in musices pedes discreuit. 49
Venabulorum inuentores. 113
Venandi usum quis docuerit. 176
Venus quos ex adulterio filios procreauit. 215
Veneris syderis natura per quem inuestigata. 57

Vent

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Ventorum ratio à quo exploratā. 57 Earundem numerus. 57. & sequ.
Verticem radere olim probrosum. 264
Vestalium uirginum origo. 294
Vestes acu facere quis docuerit. 179
Vestium usus cui ascribatur. 179
Vestimētorum singulorum autores. 179
Ver unde sacrum dictum. 338
Vinalia sacra cur instituta. 298
Vino aquam misceri quis instituerit. 165
Vincula & compedes, quis excogitarit. 96
Virgæ magistratuum Romanorum unde fieri consueuerint. 92
Virgines sponsæ à regibus uitiatæ. 17
Virginum consecrandarum institutio. 287
Viscerationes. 302
Vites uiniq; usum quis inuenerit. 163
Vitri origo. 147
Vnctionis sacerdotum atq; regum mysterium. 311
Votorum usus. 410
Vngendi mos periculosè ægrotantes. 314
Vxores quibusdam populis communes. 15
Vxores publica auctione emptæ. 16

X

XEnocrates plures deos statuit. 3

Z

ZEphyrus uentus unde dictus. 58

FINIS.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

POLYDORI VERGILII VRBINATIS DE INVENTORIBVS RERVM LIBER I.

DE PRIMA DEORVM ORIgine, & unde Deus dictus. CAP. I.

CVM terrestres olim dæmones, hoc est, aërij siue inferni spiritus, quos sacri autores huius mundi principes appellant, per simulachra mortalibus hominibus dicata, diuinationes exercerent, & maleficis artibus sese modò bonos dæmones, modò deos cœlestes, ac nunc heroum animas, nunc alios atq; alios confingerẽt, tantum errorum humanis pectoribus effuderunt, ut breui tempore bonæ partis hominum mentes à cultu ueri Dei prorsum auerterint. Nec per tibi mirum uideatur malos dæmones suscipere personam deorum, quandoquidem ipse satanas, uelut Paulus apostolus cap. XI. epistolæ posterioris ad Corinthios ait, transfiguratur in angelum lucis, hoc est, Dei, qui lux est. Quare apostoli, ut est apud Matthæum Euangelistam cap. XIIII. cùm in naui essent aduersa tempestate in alto iactata, & IESVS super mare ambulans ad eos iret, turbati sunt arbitrantes spectrum esse, & licet sit illis ipsis locutus, Petrus tamen uisum uidere se animo ducẽs, haud prius CHRISTVM esse credidit, quàm experimento cognouit, qui eius iussu super aquam itidem ambulauit, adeò fallacias dæmonum usitato more factas timebant. Ad rem redeo. Et quia spiri-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tus erant tenues, sibi geniorum nomen assumebant, quòd genios singulis binos attribuit antiquitas, qui dæmones quoq; uocãtur, nec hominibus modò, uerumetiam locis & ædibus, quorum alter nobis perniciem moliretur, alter prodesse studeret. De hoc bono custode non est quod ambigatur, quandò teste Matth. cap. XVIII. Christus docet nos in angelorum tutela esse, dicẽs: Dico enim uobis, quòd angeli eorum in cœlis semper uident faciem patris mei. Hunc locũ diuus Hieronymus ita explanat: Magna dignitas animarum, ut unaquæq; habeat ab ortu in custodiam sui, angelum delegatum. Item hi dæmones ostiatim domos occupabant, facileq; insinuabant se corporibus hominum, & occultè in uisceribus operti, ualetudinẽ corrumpebant, morbos citabant, animos somnijs terrebant, ac his malis cogebant mortales ad sua decurrere auxilia, petereq; supplicitè responsa, quibus semper ambiguos, dedita opera addebant exitus, ne suam patefacerent ignorantiam. Sed hæc nocendi tela postremò illis adempta fuere, prout fusius explicabitur cùm de nostræ Christianæ religionis principio, & institutis disseretur. Per hæc igitur maleficia dij putabantur, ita ut alij alios, sicut inferius docebimus, & deos nuncuparent, & summa religione colerent. Sic opinio de multitudine deorum, cùm à simulacris ad inuisibiles spiritus cogitatio raperet, uti uera, usq; eò creuit, ut maior propè cœlitum populus, quàm mortalium haberi cœperit. Vnde pòst innumerabiles philosophorũ de dijs undiq; sententiæ confluxerũt, qui sese abiectis omnibus publicis atq; priuatis actionibus, quærendæ ac inuestigandæ ueritatis gratia, ad doctrinæ studiũ contulerũt. Thales enim Milesius, qui primus, teste M. Tullio, in primo de natura deorum uolumine, de talibus rebus quæsiuit, aquam esse dixit

à qua

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

à qua nati sint omnia, Deum autem esse mentem, quæ ex aqua cuncta formauerit. Pythagoras definiuit Deum esse animum per naturam rerum omnem intentum & cõmeantem, ex quo omnia quæ nascerentur animalia, uitam capere. Cleanthes & Anaximenes aërem Deum statuerunt. Vergilius in secundo Georgicorum:

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther,
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno commistus corpore fœtus.

Anaxagoras Deum esse censuit infinitam mentem, quæ per seipsam moueretur. Antisthenes dixit multos esse quidem deos populares, unum tamen naturalem summæ totius artificem. Chrysippus naturalem uim diuina ratione præditam, interdum diuinam necessitatem Deum uocat. At Zeno diuinã naturalemq; legem Xenocrates uerò octo deos esse putauit. Quidam autem deos esse, aut sibi minimè constare dixerunt, aut prorsus sustulerunt: nam Protagoras sese negauit omnino de dijs quid liqueret, scire, id est, an aliqua esset diuinitas nec'ne, propter quod Athenienses eum suis finibus exterminarunt. Diagoras uerò Atheos, item Cyrenaicus Theodorus, nullum esse omnino Deum existimarunt. Epicurus Deum quidem esse dixit, sed nihil cuiquam tribuentem, nihil gratificantem, nihil curantem. Lucretius,

Non bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.

Item Vergilius in Damone,

Nec curare deum credis mortalia quenquam?

Quare non temere Cicero in extremo 1. libro de Natura deorum ait: Si talis est Deus, ut nulla gratia, nulla hominũ charitate teneatur, ualeat &c. Quo fit, ut nihil ab Epicuro absurdius dici possit: si is enim talis est, ut ait, non utiq;

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Deus appellandus est, sed immane monstrum: quapropter ex animis hominum radicitus religionem extraxit. Anaximandri autem, sicut testis est M. Tullius, opinio est, natiuos esse deos longis interuallis orientes occidentesq;. De huiusmodi igitur deorum origine, eatenus nobis edisserendum est, quoad ad ipsam ueritatem ueniamus. Aegyptij apud se deorum genus primùm extitisse gloriantur, utpote qui, sicut infra ostendemus, primi omnium, teste Diodoro Siculo, libro suarum historiarum primo, geniti, duos esse deos, & eos æternos arbitrati sunt, Solem, & Lunam: & illum quidem Osirim, hanc Isim, certa nominis ratione appellarunt. Verùm Lactantius in primo diuinarum Institutiuolumine, Saturnũ omnium deorum parentẽ uocat, quòd, autore Ennio in sacra historia, ex Ope Iouem, Iunonem, Neptunum, Plutonem, & Glaucam filios suscepisset, qui cùm de mortalibus plurimùm essent bene meriti, dij habiti sunt. Sed multi deniq; sunt deorum ortus, cùm singuli populi, ut Perseus Zenonis auditor ait, eos à quibus magna utilitas ad uitæ cultũ esset inuenta, uel gentis & urbis conditores, uel fœminas, castitate insignes, seu uiros fortissimos, etsi mortali genitos, in numero deorum habuerint, ut Aegyptij Isim, Mauri Iubam, Afri Neptunũ, Macedones Gabyrum, Persæ Mithram, Rhodij & Massagetæ Solem, Pœni Vranium, Latini Faunum, Sabini Sabum, Romani Quirinum, Athenæ Mineruam, Samos Iunonem, Paphos Venerem, Delphos Apollinẽ, Lemnos Vulcanum, Naxos Liberum, Cretenses Iouem, Armenij Anaitidem, Babylonij & Assyrij Belum, Berecyntes Rheam, & alij alios deniq; ex hominibus, & quod dictu post homines natos ualdè pudendum ac importunissimum est, ex animalibus deos fecerint, sibiq; constituerint. Hinc Græci, teste Herodoto in pri

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

in primo, non temerè sentiebant deos ex hominibus esse ortos. Quare esset admodum difficile, deorum originem definire, cùm dij ipsi præsertim uanissimi, nullumq; eorum genus non mortale fuerit, quãdoquidem illi fugas, mortes, & uulnera perpessi sunt. Quantò igitur rectius est, cò oculos & orationem tendere, ubi ueri Dei sedes est, quem pura, integra, incorrupta & mente & uoce uenerari debemus. Quanquam de deo loqui, & uera dicere, ut sapientes aiunt, periculosum est, id quoniam oculi intueri nequeũt, cùm siquidem accessu lucis & fulgore aspectus mortalis, qui nobis diuino munere tributus est, prorsus amittitur, neq; animo, neq; ulla mentis acie concipi potest, ut probè admodum Simonides poëta sapientissimus docuit: nanque cùm ab eo, autore M. Tullio, tyrannus Hiero quæsisset, quid aut qualis esset deus, deliberandi causa sibi unum diẽ postulauit: cùm idem ex eo postridie quæreret, biduum petiuit: cùm sæpius duplicaret numerum dierum, admirans q; Hiero quæreret, cur ita faceret, Quia quantò, inquit, diutius considero, tantò mihi res uidetur obscurior. Id quod si fecissent philosophi, qui more Andabatarum in tenebris uersantes, tot deliramenta commẽtati sunt, profectò deum creatorem suum tam impijs sententijs non offendissent. Satius enim propè est uera ignorare, quàm falsa docere. Semper itaque deus est unus, qui, teste Macrobio, uices temporum nesciens, in uno semper quod adest, consistit æuo, & rerum omnium principium nominatur, qui apud Esaiam ait: Ego sum Deus, ante me non fuit alius, & post me non erit: cuius, ut Cicero lib. Tusculanarum 1. inquit, nulla est origo, dicente Mose, In principio creauit Deus cœlum & terram. Et diuus Hieron. epistola 4. ad Damasum scribẽs, ait: Vna est Dei sola natura, quæ uera est, ad id enim quod

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

subsistit, non habet aliunde, sed suum est. Deinde & subdit: Deus solus qui æternus est, hoc est, qui exordium non habet, essentiæ uerè nomen tenet &c. De quo Vergilius, tametsi longè fait à ueritate, natura tamen ducente, ita lib. sexto Aeneidos cecinisse uidetur,

Principio cœlum ac terras camposq; liquentes,
Lucentemq; globum lunæ, titaniaq; astra
Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Et Ouid. in 1. Metamorphoseos,

Ille opifex rerũ mundi melioris origo. Atq; reliqua.

Et Plato quoq;, qui omnium sapiẽtissimus iudicatur, unum Deum nominat, & ab eo hũc mundum esse factum confirmat: quem licet nobis, ut poëtis, inuocãdi mos non sit, hoc tamen de primis rerum inuentoribus opus orsis prosperos successus præstet, omnibus oramus precibus, quandò Deum dictum putant, quòd omnia dat commoda hominibus: licet alij nominatum Deum uelint, quòd ei nihil desit, uel ἀπὸ τοῦ θεῶ, quod est uideo, speculor: aut ἀπὸ τοῦ δέδοικα, timeo. Vtrunq; diuus Ambros. probat scribens: Deus dicitur, quòd spectet omnia, & timeatur à cunctis.

De Initiis rerum. CAP. II.

ETsi nostri operis exordium esse uidebatur, ut primùm de rerum initijs disserere, deinde uerò, ut deorum originem traderem, qui ab ijsdem principijs, ut ostendimus, ortum habent, ueri tamen Dei religio me mouit, fecitq;, ut ab eo qui ante omnia est, hoc opus inchoare maluerim. Hoc igitur loco aliquanto rationabilius philosophorum de rerum primordijs sentẽtias, donec ad ueritatem me sensum insinuauero, percurremus. Thales itaq; Milesius unus ex septem sapientibus, aquam, sicut suprà demonstrauimus,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mus, dixit esse initium rerum, deumq; esse eam mentē, quæ ex aqua cuncta gigneret. Contrà Hippasus Metapōtinus, & Heraclitus Ephesius, qui propter obscuritatem scriptu ræ, teste diuo Hieronymo contra Iouinianum, à Græcis σκοτεινὸς, id est, tenebricosus est appellatus, omnia igne procreari censuerunt. Empedocles uerò ex quatuor elementis. Hinc Lucretius,

Ex imbri, terra, atq; anima nascuntur, & igne.

Anaximenes principiū aëra opinatur. Metrodorus Chius sempiternum esse uniuersum dicit. Epicurus autem qui ex Democriti fontibus suos hortos irrigauit, ponit duo principia, corpus et inane. omne enim quod est, aut cōtinet, aut continetur, corpus uult esse atomos, id est, quasdā minutissimas partes, quæ τομὰς, id est, sectionē non recipiāt. Vnde atomi dictæ sunt, quas infusis per fenestrā solaribus radijs, uidemus. Inane uerò dicit spatium, in quo sunt atomi. Ex his principijs quatuor, ignē, aërem, aquā, terram uult creari, & ex illis cætera. Ex quo Maro in Sileno ait,

Nanq; canebat, uti magnum per inane coacta
Semina terrarumq;, animæq;, marisq; fuissent,
Et liquidi simul ignis, ut his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreuerit orbis.

De philosophorum sententijs hæc dicta sint: ea nunc quæ sacris continentur literis, prodamus, ne rationis aut ueritatis expertes esse uideamur. Deus igitur ab initio, uti Moses testatur, & ex eo Iosephus in primo antiquitatum Iudaicarum plenissimè edocet, ex nihilo cuncta fecit. Ioannes quoque Euangelista: Omnia per ipsum facta sunt. Id quod Lactantius Firmianus lib. Diuinarum institu. 2. perspicuè demonstrat, scribens: Nemo quærat ex quibus ista materijs, tam magna, tam mirifica opera Deus fecerit,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

omnia enim fecit ex nihilo. Et alibi: Deus autem facit ex eo quod non est. Et in lib. de ira Dei: Vnus est igitur, inquit, princeps & origo rerum Deus. Et diuus Hieron. Quis dubitat Deum omnium creatorem? Idem Plato in Timæo sensit & docuit. Atque tale rerum denique omnium uerum principium fuit, unde geniti homines multa, quæ ad usum uitæ pertinent, deinde adinuenerunt, de quibus cùm ego scripturus sim, operæpretium me fecisse duco, primùm rerum originem prodidisse, ut intelligeretur, unde materia orta esset, ex qua homines, qui ex eo quod est faciunt, aliquid effinxerint.

De primo hominum ortu, & linguarum uarietatis origine, atque ibidem de prima gentium diuisione. CAP. III.

PRima hominũ origo, ut testis est Diodorus, apud præstantissimos uiros, qui de natura rerum tradiderunt, duplex fertur: quidã enim ingenitum mundum & incorruptibilem, & genus hominum sine ullo ortus principio, ab æterno fuisse opinati sunt. Cuius sententiæ, teste Censorino, fuerunt Pythagoras Samius, Archytas Tarẽtinus, Plato Atheniensis, Xenocrates, Aristoteles Stagirites, multiq; alij Peripatetici idem senserunt, dicentes, omnium quæ in sempiterno isto mundo fuerũt, & futura sunt, principium fuisse nullum, sed orbem esse quendã generantium nascentiumq;, in quo uniuscuiusq; geniti initium simul & finis esse uideatur. Quidã uerò mundum genitum & corruptibilem arbitrati sunt, & homines ortus initium tẽpore esse consecutos. Quapropter Aegyptij apud se à principio, primos homines genitos esse ferunt, cum propter soli felicitatem, aërisq; temperiem, tum propter Nilum, qui multa ob limi ubertatem generet, & suapte natura nutriat. nam

eodem

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

eodem Diodoro *autore, in Thebaidis agro mures gignuntur, qua ex re multum stupēt homines, cùm priorem quorundam partem pectore tenus animatam moueri in limo uideant, posteriore nondum inchoata, sed informi. Verùm Psammeticho regnum adepto cùm inceßisset cupiditas dignoscendi, qui reuera primi hominum extitissent, ex eo tēpore didicerunt Phrygas primos fuisse, se uerò secundos. Psammetichus enim, ueluti libro secundo testatur Herodotus, cùm haud aliter deprehendere posset, duos pueros recens natos inter pecora educandos pastori tradidit, iubens neminem coram eis uocem edere, ne alicuius sermonem perdiscerent, ut qualis esset prima uox, quæ erumperet, intelligeretur. Pueri itaque biennio pòst passa ianua, intus enim à capris nutriebantur, ambo porrectis pastori manibus βεκὸς, id est, Becus clamitarunt, quo quidem uerbo Phryges constet panem appellare. Tali igitur modo, Phrygas primos omnium natos compertum est. Cæterùm magna diu inter Aegyptios & Scythas, autore Iustino libro secundo, de generis antiquitate contentio fuit, in quo certamine superatis Aegyptijs, Scythæ antiquiores uisi sunt. Aethiopes itidem ferunt primos hominum omnium creatos esse, & eius rei coniecturam faciunt, quòd non aliunde homines in eam regionem accesserint, sed in ipsa geniti meritò indigetes omnium consensu appellentur, de quibus* Diodorus *libro quarto ita disserit: Et equidem simile ueri est, eos qui sub meridiem habitant, primos è terra fuisse homines genitos: nam solis calore terram, quæ humida est, arefaciente, atq; omnibus uitam dante, decens fuit locum soli propinquiorem primò naturam animantium tulisse. Hinc Anaximander Milesius ex aqua terraq; calefactis homines exortos esse tradit. Empedocles ferè idem*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

confirmat: ait enim, membra singula ex terra quasi prægnante, passim edita, deinde coisse, & effecisse solidi hominis materiam, igni simul & humori permistam. Democritus Abderites ex aqua limoq; primùm homines creatos esse dicit. Zeno autem Citiæus principium humano generi ex nouo mundo constitutum putauit, primosq; homines ex solo adminiculo diuini ignis, id est, Dei prouidentia genitos. Poëtæ uerò fingunt homines primùm aut Promethei molli luto esse formatos, aut Deucalionis Pyrrhæq; ex duris lapidibus natos. Vergilius,

—Quo tempore primùm
Deucalion uacuum lapides iactauit in orbem,
Vnde homines nati durum genus.

Verùm ne huiusmodi ineptias referendo, probare uideamur, eaque sacris continentur literis, ac longè ueriora sunt, aperiamus. Primus hominum ortus apud Iudæos fuit. Deus enim diuûm pater atque hominum rex, ut Poëta ait, perfecto mundo, autore Iosepho in primo antiquitatũ uolumine, ut etiam in ueteri est instrumento, Adam primum omnium ex limo hominem fecit, dicente etiam Ouidio,

Natus homo est, siue hunc diuino semine fecit
Ille opifex rerum, &c.

& diuo Hieronymo Epistola 49. Fabricatur homo de limo. Et alibi: Deus nos ad imaginẽ sui tales condidit. Quare Lactantius in 6. sciẽter hominem Dei simulacrũ appellat, Item de opificio Dei: Vas est, inquit, quodammodo fictile, quo animus, id est, homo ipse uerus continetur, & quidem non à Prometheo fictum, ut poëtæ loquuntur, sed à summo illo rerũ conditore & artifice Deo. Et Cicero hoc idẽ tradidit, quamuis expers cœlestium literarum, in primo de legibus sic scribens: Hoc animal prouidũ, sagax, multiplex, acutum,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

acutum, memor, plenum rationis & cõsilij, quem uocamus hominem, præclara quadam conditione generatum esse à summo Deo: solus enim est ex tot animantium generibus atq; naturis, particeps rationis et cogitationis, cùm cætera sint omnia expertia. Adam itaque primus à Deo creatus, postquã illius mandatũ fregit, uti diuo Hieronymo placet, ducta in matrimoniũ Eua, totius futuri generis autor fuit. Idẽ Hieronymus: Duos homines ab exordio fecit Deus, ex quibus totius humani generis sylua descendit. Ita deinceps homines tanquã omnis rei expertes, nulloq; subsidio fulti, duram agebant uitam, sed paulatim, quemadmodũ Vergilius ait, uarias meditando extuderũt artes: nam multarum rerũ notitia percepta, necessitate compulsi, breui tempore cæteras uitæ hominum commoditates adinuenerunt. Tunc igitur uariæ uenere artes, quandò, sicut idem poëta canit,

–Labor omnia uincit
Improbus, & duris urgens in rebus egestas.

Cæterùm cùm Deus, ut docuimus, hominem fecerit, illiq; in ore linguam inclusérit, quæ sola animi interpres, uocem motibus uarijs in uerba distinguit, non immeritò quispiam mirabitur, unde tanta homini sermonis uarietas innata sit, ut quot orbis regiones sunt, tot hominum linguæ sint: cuius rei originem non prætereundam putaui. Cùm enim Nemroth filius Cham, filij Noë, post diluuium homines à Dei timore aquarum uim formidantes auocare conaretur, spem suam in propria uirtute ponendam ratus, turrim, uelut alibi appositè dicemus, altissimam ædificandam suadebat, quam aquæ superare nõ possent. Iis itaq; iam incœpto opere ita insanientibus, Deus linguam diuisit, ut per multas absonasq; uoces, intelligẽtia inter se carerent. Hæc igitur tot linguarum, quibus etiam nunc homines utuntur, uarietatis

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rietatis origo est: autor Iosephus in primo antiquitatum. At hic non abs re uidetur esse, ut aliquid dicatur de antiqua inter doctos controuersia, quærentes utrum Romani *generatim* Latinè *loquuti sint, an duplicem habuerint linguam, quemadmodum nos & Græci ac aliæ gentes ad hodiernum diem habemus, qui alteram uulgarem & uernaculam, alteram* Latinam *&* Atticam *appellamus. Et ne in re meo iudicio perspicua laboremus, eam ex* Cicerone *teste locupletissimo, planam faciemus: is enim in lib.* III. *de* Oratore, *ait, certam fuisse* Romani *generis urbisq; propriam uocem, idq; probat exemplo* Læliæ *mulieris, quæ ita loqueretur, ut qui eam audiret, sibi* Plautũ *aut* Neuium *audire uideretur. Sed ut ne quispiam putaret,* Læliam *alteram linguam didicisse, id est,* Latinam, *alteram domi ab ineunte ætate patrio sermone imbibisse, paulò inferius inquit:* Nemo *enim unquam est oratorẽ, quòd* Latinè *loqueretur, admiratus: si aliter, irridebant. Item de perfecto oratore: In uersu quidem theatra tota exclamant, si fuerit una syllaba aut breuior aut longior. Et lib.* I. *Tuscu. Frequens enim consessus theatri, in quo sunt mulierculæ & pueri, mouetur audiens tam grande carmen: hæc ille. Ex quo satis patet unam linguam, et eam quidem* Latinam, *omnibus communẽ fuisse quandò pueri & mulierculæ* Latinè *sciebant. Verùm ille erat literarum peritus, qui uerborum delectum habere, ac eum recto aurium iudicio ponderare sciuisset, id quod sine literis fieri non poterat: nam omnes* Romanos Latinè *locutos, non item literas scisse, ex eiusdem quoq; testimonio liquet, qui in* Bruto T. Pomponium Atticam *ita loquentem facit:* Vides *elocutionem emendatam* Latinam, *cuius penes quos laus adhuc fuit, non fuit rationis aut scientiæ, sed quasi bonæ consuetudinis. Et subijcit:*

T. Fla

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

T. Flaminium qui cum Q. Metello Consul fuit, pueri uidimus, existimabatur bene Latinè, sed literas nesciebat. Est igitur quisquam, qui, si ista consideraverit à principe Latinitatis dicta, possit suspicari perinde Romanis non unam fuisse linguam ac nobis est? Nanque ut apud Romanos illi minus purè & ornatè loquebantur, qui extra urbem uixissent, ita apud Latinos, partim barbaries à feris populis qui Italiam aliquando occuparant, profecta, partim uetustas sermonem domesticũ iampridem infuscauerat. Ad prima redeo. Idem Iosephus inde quoque factum prodit, ut post eiusmodi linguarũ discrimen, ex Noë pronepotibus, & ex ijs, qui ab illis orti sunt, inter se quamprimum diuisi, alij alias terrarum oras uelut in colonias profecti occuparint: atque ita secutum, ut non solum gentes populiq;, quorum conditores fuissent, ab eorum sint nominibus appellati, sed pleræq; etiam urbes inde nominatæ. Cæterum Græci postea barbaram uocem abhorrentes, aut illa ex integro, ut idem ait, immutarunt, aut magna ex parte inuersa, ut à prisca uoce multum discreparint, effecerunt. Probat tamen adhuc quædam durare, quæ ueteri opinioni consentiant, id est, in Phœnicia, Tyrum, Tharsum in Cilicia, Cappadoces, Paphlagonas, Pamphylios, Phryges, Palæstinos, Cilices, Sabæos, Syros, & ad meridiẽ Aegyptios, Libes & Mauros. Adijcit etiam Medos, Armenios, & Iberas, quæ sanè nomina sint ab ipsarum gentium conditoribus, qui ijdem & Hebræi fuerunt, & ab Noë prognati. Eusebius etiam docet idem, ita Chronicorum libro scribens: Filij Noë, Sem, Cham & Iaphet. Filij Sem Elam, unde Elamitæ: Assur, unde Assyrij: Arphaxad, unde Arabi: Lud, unde Lydi: Aram, unde Syrij. Aramei autem Syriacè dicuntur filij Aram: Filij Cham, Chus, unde Aethiopes:

Mest

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Mestre, unde Aegyptij: Furfur, unde Aethiopum gens: Chanaam, Chananei. Filij autem Chus, Saba, unde Sabæi dicti: Euilat, gens Euilea. Filius Iaphet Gomer, filius Gomer Asconez, unde gentes Gothicæ. Hæc ille. Sicut item æquum est credere, ab illis alias nationes profectas, quæ deinde orbem ipsum multitudine oppleuerint.

De origine coniugii, & uario apud gentes usu, & qui in propatulo pecudũ more coirent, ac quis liceret ante uirum, nouam inire nuptam, & ibidem de diuortii initio, ac qui in matrimonio ueterum ritus. CAP. IIII.

DEus simulatq; mundo cæterisq; rebus summam manum imposuerat, ut Moses tradit, postremò hominem finxit, propter quem haud dubiè ipsum mundum, sicut M. Tullius in II. de natura Deorum probè docet, cunctaq; animalia fecerat. Vtrunq; etiam testatur Ouidius in primo Metamorphoseos dicens:

Sanctius his animal mentisq; capacius altæ
Deerat adhuc, & quod dominari in cætera posset,
Natus homo est.

Et Cicero in primo libro de Legib. ait: Nunc quoniam hominem, quod principium reliquarum rerum esse uoluit, generauit, & ornauit Deus. Et Iosephus: Deus hominem omnium dominum fecit. Plinius quoq; Principium iure tribuetur homini, cuius causa uidetur cuncta alia genuisse natura. Etenim, uti eleganter idem Cicero inquit: Quis cœlum suspicit, nisi homo? quis solem, quis astra, quis opera Dei miratur, nisi homo? terrenorum item commodorum in quo est dominatus, nisi in homine? nam nos terrã colimus, ex ea fructum capimus, nos nauigamus mare, nos pisces, nos uolatilia, nos quadrupedes in potestate habemus. Cuncta igitur propter hominem Deus fecit, cùm usui hominum omnia

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

omnia cesserint. Proinde ad propagandum humanum genus, ut una nõ interiret ætate, necessum erat & fœminam formare, & eam deinde uiro, ne more ferarum degerent, sacris quibusdam cõnubij uinculis adiungere. Quare Deus (quæ finxerint fabulæ, postea subijciam) Adam, autore Iosepho in primo antiquitatum, quem primum fecerat hominem, antequam, sicut quidam uolunt, peccaret, confestim Euam ad ipsius hominis exemplar confictam, matrimonio copulauit, ut duo inter se permisti sexus propagare sobolem possent, & omnem terram multitudine opplere. Diuus autem Hieronymus in epistola ad Eustochium, de uirginitate seruanda, id à Deo factum tradit, postquam Adam & Eua eius mandatum sunt transgressi, sic scribens: Eua in paradiso uirgo fuit, post pelliceas tunicas initiũ sumpsit nuptiarum. Item in libro contra Iouinianum: Ac, inquit, de Adam quidem & Eua illud dicendum, quòd in paradiso ante offensam uirgines fuerint, post peccatum & extra paradisum statim nuptiæ. Atq; hæc uera coniugij origo. Cæterùm antiquitas, autore Trogo tradidit Cecropem Athenienſium regem ante Deucalionis tempora matrimonium constituisse, propter quòd hunc bifrontem prodidere. Verumenimuerò haud unum omnes matrimonij fœdus faciebant, nec uno modo seruabant: porrò Numidæ, Mauri, Aegyptij, Indi, Hebræi, Persæ, Garamantes, Parthi, Taxili, Nasamones, & Thraces, atq; omnes penè barbari singuli pro opibus, quisque quamplurimas uxores, alij denas, alij plures habebant. Scythæ, Agathyrsi, Scoti Britanniæ populi, Attici, promiscuas uxores & liberos ex Platonis republica, communes habere, & more pecudum lasciuè coire. Massagetæ singuli singulas ducebant uxores, sed communiter utebantur, uti apud Britannos etiam, teste Cæsare, fieri

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

re, fieri consueuit. Apud Arabes, qui Felicem incolunt Arabiam, cõsuetudo erat, ut una omnibus consanguineis uxor esset: ex ijs enim, teste Strabone, lib. 16. Geographiæ, qui primus ingrediebatur, posito pro foribus baculo (nam baculum ex more quisque gerebat) cum ea coibat, ipsa tamen cum natu grandiore noctes agebat. Quapropter omnes omnium erant fratres. Adulter apud eos capite damnabatur, qui ex eo deprehendebatur, quòd alius generis esset. Hoc memoria dignum aliquando accidit. Erat enim cuiusdam regis filia mira quidem pulchritudine, cui quindecim erant fratres, qui eius omnes æquè amore flagrabant, propterea alius sub alium continenter ad eam ingrediebatur. Illa autem assiduo coitu iam defessa, rem huiusmodi commentata est: fecit enim surculos, non utique fratrum surculis absimiles, ac statim ut quispiam exibat, surculum aliquem similem ante ianuam ponebat, quo fratres, qui deinceps sequebantur, surculum pro foribus fixum cernentes, eorumq; aliquem intus esse arbitrantes, ab ingressu arcerentur. Verùm cùm aliquando omnes in foro essent, unus ad fores accessit, & cùm baculum uidisset, suspicatus adulterum intus esse (sciebat enim se omnes fratres in foro reliquisse) currens ad patrem, sororem stupri accusauit, sed cognita re, eam falsò criminari conuictus est. Babylonij & Assyrij uxores ex publica auctione emebant, quod hodie apud Arabes ac Saracenos seruatur. Cantabri uxoribus dotes dabant. Alij cum sanguine coniunctis coibant, præsertim cum matribus, & sororibus, quas etiam in matrimonium ducebant, ut Anthropophagi, Medi, Magi, & Aethiopum quidam, atque Arabes. Apud Nasamones & Augylas Libyæ populos moris erat, cùm quis primum duxisset uxorem, ut sponsa prima

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſa prima nocte cum ſingulis conuiuis coiret, Veneris gratia, pòſt perpetuò caſtitatem ſeruaret, Adyrmachidæ, Pœnorum populi, qui ad Aegyptum pertinent, teſte Herodoto lib. 4. ſoliti erant uirgines nupturas regi exhibere, qui quam uellet primus uitiaret. Fuit idem mos apud Scotos, ut nouam nuptam dominus loci ante uirum comprimeret. Quod nempe inſtitutum poſt homines Chriſtianos natos turpiſſimũ, Malcolmus tertius eorum rex princeps optimus ſuſtulit, circiter annum ſalutis humanæ M X C. conſtituitq; ut nubentes pudicitiæ redimẽdæ cauſa, locorum dominis numũ aureũ penderent, id quod hodie etiam ſeruatur. Lydorum filiæ eatenus uulgato corpore quæſtum faciebant, quoad ſibi dotem comparaſſent, deinde nubebãt. Alij demum ſine coniugibus degere, ut quidã Thraces, qui Ctiſtæ, id eſt, creatores uocantur: & Eſſeni, tertium apud Iudæos philoſophorum genus. Ex his autem in propatulo pecudum more concumbebãt, Indi, Maſſagetæ, Naſamones, & Anthropophagi. Sanè hinc uidere licet, quàm turpiter iſti omnes libidini fræna laxarent. Sed quid mirũ eſt gentes huiuſmodi quæ lumine carebant, hoc eſt, Deum ignorabant, libidine flagrantes in omne nefas ruiſſe? nulloq; diſcrimine, omne facinus factu, dictu'ue pudendum, ac fœdum edidiſſe? Nos igitur multò profectò ijs feliciores ſumus, quibus ipſe Deus, teſte Hieronymo, cõtra Iouinianum, & ad Euſtochium de uirginitate ſeruanda, illud magnum matrimonij fœdus conſtituit, quod nunc homines Chriſtiana religione imbuti, una duntaxat uxore contenti longè mehercle ſanctius ſeruant, atque uenerantur, quàm olim Hebræi, qui tametſi primi à Deo id acceperunt, uxorum tamen multitudine (plures enim, ut diximus, habebant) fœdè turpificabant. Id tamen qua

b *ratione*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ratione apud illos factum aliquando fuerit, docebimus in quinto huius operis uolumine, cùm de re Christiana agetur: ibidemq; declarabitur, quotus olim ac nũc propinquitatis gradus sit nubentibus interdictus. Sed domum reuertamur. Romanorum *quoque inuiolatum prorsus matrimonium fuisset, si diuortium non habuisset. quod licet in causa esset, quamobrem matronæ constantius pudicitiam tuerentur, id tamen non tam facilè religio sancta concedit. Primus enim Spurius Caruilius,* Dionysio Halicarnasseo *libro secundo, & Plutarcho in uita* Romuli, *autoribus, anno urbis conditæ* D. X X III. M. Pomponio II. C. Papyrio C O S S. *cum uxore sterilitatis causa diuortiũ fecit. Hinc sanè cognoscere licet, iam inde ab initio apud* Romanos *fœdus matrimonij sanctissimum fuisse, quando tandiu inuiolatum permansit, & Sp. Caruilius, qui quanquam coram Censoribus iuratus se matrimonium liberorum tantùm causa colere, illud uiolarat, postea ob id facinus semper à populo malè audiuit. Quod ex* Mosis *decretis tralatitium esse constat, qui primus diuortij autor fuit, ut extat in* Deuter. *cap.* 24. Moses *enim uidẽs, autore* Hieron. Iudæorum *alios auaritia, alios molestia domestica, alios libidine cõmotos, suas uxores iniuria, & aliquando morte afficere, quò sibi integrum foret nouas ducere uxores aut ditiores, pulchriores, iuniores'ue, ut domesticæ quieti cõsuleret, facultatem illis dedit diuortij faciẽdi cum prioribus uxoribus: sed uoluit, ut uir daret uxori ita reiectæ libellum diuortij, in quo, teste* Iosepho *lib.* Iudaicæ *antiq.* 4. *in hanc fermè sententiam inscriptum esset,* Promitto me non repetiturũ te: *quò sic mulier posset cuiuis rursum nubere. Nec de ea re aliter est lege sancitũ, ne fieret contra illud, quod* Deus *copulauit, homo non separet. Ac ita*

permissu

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

permissu Mosis, non iussu, diuortium primum apud Iudæos factũ constat. Testatur utrũq; Christus apud Matth. cap. 19. Quod Deus copulauit, homo nõ separet. & subijcit, Moses ad duritiam cordis uestri, permisit uobis repudiare uxores uestras. Cæterum ab initio nõ fuit sic. Ad duritiam dixit, quòd sæuitiam exercuerint in uxores, quas nimis ferum ac durum sit, non diligere. Istuc exin diuortium minimè respuendum Christus sanxit, si stupri tantum causa factum esset. Atq; hæc de diuortij Iudæorum Romanorumq; primordio dicere habui. Sed differebant tamen, quòd apud Hebræos non erat mutuum diuortij ius, sed soli marito fas erat ab uxore discedere: contrà apud Romanos utriq; licebat id facere. Sed agè iam dicamus, qui in matrimonio fuerint ueterum ritus, quiq; adhuc durent. Apud Romanos, teste Festo, patrimi & matrimi pueri tres, id est, qui patrem & matrem haberent, nubentem ducebant, unus qui facem ex alba spina præferret (nam noctu, ut ait Plutarchus in problematis, nubebant) duo qui sponsam tenerent: & ea fax uel Cereris honore præferebatur, ut quemadmodum Ceres mortales alit, quæ terræ mater, ac cunctarum frugum creatrix habetur, ita noua nupta materfamiliâs pòst facta, filios nutriret. Quod cum alibi hodie, tum præcipuè in Anglia seruatur, ut duo pueri uelut paranymphi, id est, auspices, qui olim pro nuptijs celebrandis auspicia capiebant, nubentem ad templum, ubi ei & marito sacerdos benedicat, & inde domum duo uiri deducant, & tertius loco facis, uasculum aureum uel argenteum præferat. Spicea item corona sponsa redimita caput, præsertim ruri, ducitur, uel manu gerit ipsam coronam: seu dum ingreditur domum, boni omnis causa, super eius caput iacitur tri-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ticum, quasi inde consecutura sit fœcunditas. Interim autem Talaßij nomen sæpe inuocabatur, uelut uirginitatis assertoris, quòd ei in raptu Sabinarũ, uirgo obtigisset: aut quòd matres familiàs sic operum & lanificij admonerentur, per Talaßij uocem, qui dicitur calathus ad id aptus. Inde factum quoq; est, autore Plutarcho & Plinio, ut sponsæ colũ lana comptã cum fuso secũ ferrent, quod in Venetia regione Italiæ adhuc durat. Dabantur præterea ante uiri cõgressum, ignis & aqua attingẽda, quòd ijs elementis purgatio fieret, sicut alio loco dicetur, per hoc significando castã ac purã futurã. Item sponsæ introductæ potio factitia porrigebatur degustanda. Ouid. in Fastis:

Nec pigeat tritum niueo cum lacte papauer
Sumere, & expreßis mella liquata fauis.
Cùm primùm cupido Venus est deducta marito,
Hoc bibat, ex illo tempore nupta fuit.

Pro his omnibus nunc Romæ mel tantum degustandum tradunt. Sic sponsa apud Anglos, postquam benedixerit sacerdos, in templo, incipit bibere, spõso & reliquis astantibus idem mox facientibus. Tum supra caput hastam de gladiatoris corpore eductam ponebant, tanquam promptum uiolati tori supplicium, uel quòd matronæ Iunonis Curetis in tutela sint, quæ ita appellabatur à ferenda hasta, quæ Sabinorum lingua curis dicitur: uel quòd nuptiali iure nubens uiri imperio subijciatur, quia hasta armorum & imperij summa est. Germani hunc morem nunc retinent cum primis. Fuerat insuper tam Græcis quàm Romanis uirginibus consuetudo fascia genitalia succingere, usq; ad diem matrimonij. Quod Homerus in Odyssea, de Tyro uirgine à Neptuno compressa testatur. Et Catullus: Quòd zonã soluit diu ligatam. Noua præterea nupta cin niligio

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

niligio præcingebatur, id uir in lecto soluebat, factũ ex lana ouis, ut cum illa in domũ sublata, sic uir uictus cinctusq; esset. Itẽ Romæ, autore Festo, nubentes solebant asses tris ferre, atq; unũ quẽ in manu tenerẽt, tanquã uirũ ementes, marito dare: alterũ quẽ in pede haberẽt, in foco lariũ familiariũ ponere, quod hodie nonnullis in Italiæ locis seruatur: tertiũ in sacciperio (ita Non. Marc. appellat hoc marsupij genus) in cõpito uicinali resonare certo tẽpore solere. Sed lõgè alia erat coëmptio, quæ fiebat cùm cõueniret in manũ, quam Boëtius super topicis Ciceronis, refert his cerimonijs consueuisse peragi: sese enim in coëmendo inuicem interrogabant: uir ita, an sibi mulier mater familiâs esse uellet, illa respõdebat uelle. Itẽ mulier interrogabat, an uir sibi pater familiâs esse uellet, ille respondebat uelle. Ita mulier uiri conueniebat in manũ. Quo facto, inter se iũctis dextris, osculabãtur, ac postremò uir sponsæ digitũ annulo aureo ornabat, quasi eam sibi deuinciens tali insigni pignore. Vtrunq; testatur Tertullianus libro de Virginibus uelandis, & in Apologetico, cap. 6. De hac coëmptione rei uxoriæ meminit Vergilius in illo uersiculo:

Teq; sibi generum Tethys emat omnibus undis.

Sponsa rursus domus coniugalis postes ungebat adipe suillo, quòd sic ab ea mala depulsum iri ducerent. Vnde ab ungendo uxor dicta, quasi unxor. Item non permittebatur transcendere limen, sed transportabatur, perinde quasi coacta pudicitiam amitteret. Ac non parum multa superstitionis plena alia alibi seruabantur, quæ ociosum omnino duximus commemorare.

De religionis origine, & qui colendorum deorum primi autores fuerint, & Deo uero sacrificauerint.

CAP. V.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

NOn dubium est, quin homines qui antea agrestem uitam sine ullo rectore uiuebāt, primos suos reges laudibus ac nouis honoribus usq; cò ad cœlum ferre cœperint, ut etiam dæmonum præstigijs adducti, ueluti docuimus deos appellarent, siue ob miraculum uirtutis, siue, ut solet, ad adulationem præsentis fortunæ, siue ob beneficia in se collata. Ita cùm ipsi reges chari essent, magnum sui posteris desiderium relinquebant. Ex quo homines eorum simulacra fingebant, ut ex imaginum contemplatione uoluptatem caperent: inde & honores illis habere tanquam dijs cœperunt, uirtutis præsertim acuendæ causa: nam libentius Reipublicæ periculum optimus quisq; adibat, sciens uirorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratum iri. Hac igitur ratione, ut diuus docet Cyprianus in libello de Idolis, paulatim uana religio esse cœpit, cùm primi parentes eo ritu suos liberos, & illi suos, ac deinde omnes posteros imbuerent. Quare Iouis temporibus, autore Lactantio, lib. 2. cap. 11. primò templa constitui, & noui deorum cultus esse cœperunt, uel paulò antè: quippe fieri potest, sicut idem ait, ut uel antè, uel adhuc puero Ioue, Melissus Iouis nutritor, à quo, ut infrà dicemus, colendorum deorum ritus effluxit, colere instituerit alumni sui matrem, & auiam Tellurem, & patrem Saturnum. Sed ut ad unguem origo constet, faciamus initium huius rei fuisse tempore Beli patris Nini, qui anno ab orbe cōdito circiter ter millesimo CLXXX. apud Assyrios primus regnauit. Hunc Belum sibi Deum nominatū Babylonij & Assyrij colebant. Idcirco errant, qui deorum cultus ab exordio rerum fuisse contendunt. Veri autem Dei religio non equidem aliunde manauit, nisi ab ipso Deo: etenim Deus, teste Lactantio in libro

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

libro de ira Dei, *religionis causa nos fecit, ut sibi nos statim geniti, iustos & debitos honores haberemus, ipsum solum uenerarematur, ipsum sequeremur, in ipso denique acquiesceremus, uti est in* Deuteronomij *cap.6. ita iubente* Domino: *Deum tuum adorabis, & illum solum coles. Ex quo, hoc uinculo pietatis obstricti & religati Deo sumus, unde, ut eidem placet, religio nomen accepit. At* Cicero *in secundo de* Natura deorum, *à relegendo fluxisse opinatur, scribens: Qui autem omnia quæ ad cultum deorũ pertinerent, diligenter tractarent, & tanquam relegerent, hi dicti sunt religiosi, ex relegendo, &c. Sed ad deorum cultores reuertamur, de quibus magna apud autores est quæstio: nam primi omnium* Aegyptij, *autore* Herodoto *lib. 2. & Strabone libro* Geographiæ *17. dijs & aras, & simulacra, & delubra statuere, sacrificiaq; curarunt, ritusq; eos deinde peregrinis commonstrarunt. Quidam uerò uolunt* Mercurium *primum instituisse, quibus sacris dij colerentur. At alij* Mennam *regem, autor* Diodorus *lib. 1. Sed idem in quarto,* Aethiopes *primos* Deos *coluisse autumat, ita scribens: Asserunt autem deorum apud eos cultum primitus adinuentum, sacra insuper, pompas, celebritates, aliaq; quibus dijs honores impenduntur, ab eis fuisse reperta. Qua ex re ipsorum in deos pietate religioneq; inter omnes uulgata, uidentur* Aethiopum *sacra dijs admodum grata esse. Huius rei testimonium afferunt antiquissimi ac ferè celeberrimi apud* Græcos *poëtarum, qui in sua* Iliade, Iouem *reliquosq; unà deos introducit in* Aethiopiam, *tum ad sacra quæ eis de more fierent, tum ad odorum suauitatem commigrantes.* Aethiopes *etiam dicuntur suæ erga deos pietatis præmium tulisse, quòd nunquam ab externis regibus subacti sint,*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſemper enim liberi permanſerunt. Verùm Lactantius lib. Inſtitut. primo, tradit Meliſſum Cretenſiũ regẽ primũ diis ſacrificaſſe, ac ritus nouos ſacrorũq; põpas introduxiſſe. Huius Amalthea et Meliſſa filiæ fuerunt, quæ Iouẽ puerũ caprino lacte ac melle nutrierant. Quam ob rem poëtæ tradiderunt aduolaſſe apes, atq; os pueri melle compleſſe. Alij præterea alia id genus ſacra apud gentes adinuenerunt, ueluti Faunus in Latio, qui, eodem Lactãtio autore, Saturno auo ſacra cõſtituit. Quidã ſcribũt ante Faunum imperaſſe Ianũ, ac deorũ cultũ demõſtraſſe. Apud Romanos Numa Pompilius nouæ religionis autor fuit, ſicut Orpheus ſacra Liberi patris primus in Græciam introduxit, quæ Orgia uocabantur, quo nomine, teſte Seruio ſuper 4. Aeneid. olim apud Græcos omnia ſacra dicebãtur quẽadmodũ apud Latinos cerimoniæ. Itẽ initiãdi morẽ atq; alia myſteria intulit, Diodorus et Lactãt. autores. At Euſebius non planè hoc ſentit in 10. de Euãgelica præparatione ſic ſcribens: Primus enim omnium ex Phœnicia, Cadmus Agenoris filius myſteria & ſolennitates deorum Græciæ tradidit, ſimulacrorum cõſecrationes etiã et hymnos, deinde ex Thracia Orpheus. Herodotus uerò lib. 2. Græcos omnino religionem deorum partim ab Aegyptijs, partim à Pelaſgis accepiſſe affirmat, & Athenienſes ante omnes, quando in Græcia Dodonæum oraculum omnium uetuſtiſſimum conditum erat. Sed apud Græcos, ſicut idem ait, Heſiodus & Homerus deorũ opifices in primis extiterũt. Cum Herodoto conſentit Euſebius, qui in præfatione in Chronicõ ſuũ ita dicit: Cecrops Diphyes primus omniũ Iouem appellauit, ſimulacra reperit, aram ſtatuit, uictimas immolauit, nequaquã iſtiuſmodi rebus in Græcia uſquam uiſis. Siquidẽ Cecrops primus Atticæ rex fuit, & æqualis

Moſis.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Mosis. Item Orgia Thracibus, teste eodē Eusebio, Actio adinuenit. Ac talis fuit apud gentes religionis origo. Deo autem omnipotenti, quem nos Christiani colimus, cuius nutu omnia gerūtur, Cain & Abel Adam filij, autore Iosepho in primo Antiquitatū, primi sacrificarūt. Enos uerò primus, ut testatur Hieronymus cōtra Iouinianū, & Eusebius, inuocauit nomen domini, & sic deinceps eorū posteri nullis sacris initiati sacrificium fecere, quoad deus sacerdotiū cōstituit, quod primo, teste Iosepho in 3. antiquitatum, Aaron Mosis fratri detulit. Ex quo solenne apud Hebræos fuit, ut nemo diuinum pontificatum gereret, nisi Aaron genere ortus foret: ijs enim sacerdotibus tantum rem diuinam facere licebat, sicuti nunc apud nos, sacerdotes illi duntaxat illud idem facitant, qui per episcopos sacris initiantur. Sed de ueræ religionis ac sacerdotij initio, in quarto operis huius uolumine diffusius tradetur.

Quis primus literas inuenerit, uel in Latium attulerit, & de earum numero auctoritate, uirtute, atque sono.

CAPVT VI.

QVoniam solo literarum usu memoriæ fulcitur æternitas, ab omniq; obliuionis iniuria res memoria dignæ uindicantur, de his ante omnia esse tractandum ducimus, cùm earum inuentio planè demonstret ualde admirabilem fuisse uim iuxtà ingenij atq; memoriæ in eo homine qui primus sonos uocis, qui infiniti uidebātur, paucis eiusmodi literarum notis terminauerit. Mercurium itaq; literas in Aegypto omnium primum reperisse testatur Diodorus libro primo. Cicero lib. de nat. deorum tertio, hunc quintum Mercurium fuisse tradit, qui literas Aegyptijs dederit. At idem Diodorus paulò inferius (de primo

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

enim earum inuentore, magnũ apud idoneos autores certamen esse uideo) Aegyptijs literarum inuentionem attribuere uidetur, ita inquiens: Asserũt Aegyptij, literas, astrorum cursus, geometriam, artesq; plurimas ab se fuisse inuentas. Nonnulli has in Aegypto inuenisse quendam nomine Menona affirmant. Sed apud eos, quod non est silentio prætereũdum, animalium effigies loco literarũ erant, quippe quæ sensus mentis, sicut docebimus cum de obeliscis meminerimus, repræsentabant. Plinius autem lib. naturalis histo. 7. circa finem, ait se literas semper arbitratum esse Assyrias fuisse. Cadmum uerò à Phœnicia primum in Græciam attulisse sexdecim numero, A B C D E G I L M N O P R S T V. quibus Troiano bello Palamedem adiecisse quatuor hac figura, Θ Ξ Φ Υ. Totidẽ post eum, Simonidem Melicum, Υ Z H Ω. quarum uis in nostris recognoscitur. Aristoteles decẽ & octo priscas fuisse commemorat, A B Γ Δ E Z I K Λ M N O Π P Σ T Υ Φ. & duas ab Epicharmo, non à Palamede additas, hoc est, Θ & P, uel Υ, ut Hermolaus prodit. Quidam uerò aut non Cadmum literas in Græciam, sed Phœnices, qui cum eo uenerant: aut omnino non primò Cadmum, sed multis pòst seculis aduexisse contendunt. nam Herodotus Halicarnasseus historiarum pater, ut aiunt Græci, lib. quinto, de Phœnicibus ita loquitur: Phœnices isti qui cum Cadmo aduenerunt, quorum Zephyrei fuere, dum hanc regionem incolunt, cum alias multas doctrinas in Græciam introduxere, tum uerò literas, quæ apud Græcos, ut mihi uidetur, antea non fuerant, et primæ illæ quidem extiterunt, è quibus omnes Phœnices utuntur. Affirmat itidem Diodorus libro sexto, dicens: Nam qui dicunt Phœnices à Musis perceptas literas tradidisse postmodũ Græcis, hi sunt

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

hi sunt qui cum Cadmo in Europam nauigarunt. Ex quo à Græcis literæ Phœnisseæ appellatæ sunt. Hinc Luca.

Phœnices primi, fāmæ si credimus, ausi
Mansuram rudibus uocem signare figuris.

At omnino Cadmum non primum ad Græcos literas portasse, sed longo pòst tempore, Diodorus perspicuè demonstrat, qui ait: cùm Actinus Solis filius in Aegyptum transiens astrologiam Aegyptios docuisset, demum Græcia diluuio oppressa, plurimos homines periisse, literarumq; monimenta deleta fuisse: & eam ob causam, post multa secula, existimatum esse Cadmum Agenoris filium primùm literas in Græciam adduxisse, atq; idco Græcos quadam communi ignorantia ductos, literarum inuentionem illi acceptam retulisse. Cæterùm Iosephus in primo antiquitatis contra Appionem, Græcos omnino ante Homeri ætatem literis caruisse affirmat, inquiens: Postea multa quæstio atq; contentio facta est, utrum literis usi sint: & magis ueritas obtinuit, eò quòd usus recentium literarum illis fuisset incognitus: constat autem, quoniam apud Græcos nulla inuenitur absolutè conscriptio poëmate Homeri uetustior, & hunc etiam post bella Troiana fuisse manifestum est. Atqui Cicero in Bruto secus tradit, aiens: Nec dubitari debet, quin fuerint ante Homorum poëtæ, quod ex eis carminibus intelligi potest, quæ apud illum & in Phæacum, et in Procorum epulis canuntur. Item Eusebius in 10. de euang. præp. ostendit scripsisse apud Græcos ante Homerum, Linum, Philamonem, Thamyram, Amphionē, Orpheū, Musæum, Demodotū, Epimenidem, Aristæū, & plerosq; alios. Aly, teste Diodoro in 4. asserūt Aethiopes literas primum reperisse, ab ijsq; Aegyptios eorū colonos exin illas accepisse,

& ab

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

& ab his deinde reliquos. Verùm Eupolemus, ut Eusebius opinatur, proculdubio ueram literarum originem reddit, affirmans Mosen, qui, teste eodem Eusebio de temporibus, & in 10. de præparat. euang. longè ante Cadmũ fuit, literas Iudæis primùm tradidisse, & à Iudæis Phœnices accepisse, Græcos uerò postremos à Phœnicib. Idem etiam Eusebius lib. 8. & 10. pulcherrimè probat. Cui opinioni cõgruit illud, quod ex Plinio antè retulimus apud Syros literas repertas esse, quãdò Syri ipsi quoq; teste Eusebio, Hebræi sunt, atq; adeò Iudæa Syria est, ita Plin. lib. 5. dicente: Syria quondam terrarum maxima, & pluribus distincta nominibus: nanq; Palæstina uocabatur quà cõtingit Arabas, et Iudæa, et Cœle, dein Phœnice, &c. Sed reperimus ante diluuium Noë, apud eos omnino usum fuisse literarum: Iosephus enim in 1. Antiq. tradit liberos Seth Adam filij, in duabus columnis, uti cùm de astrologia tractabitur subtilius dicemus, disciplinam rerum cœlestium à se primò inuentam conscripsisse. Quo apparet iam tum literas fuisse, quas fieri potuit ui aquarum deletas Mosen dein adinuenisse: quamuis ex his columnis alteram, id est, lapideam, Iosephus usque ad ætatem suam in Syria durasse affirmet. Quapropter rectius mea quidem sententia, Philo primam literarum inuentionem Abraham assignat, qui Mose antiquior est, nisi hoc sit potius filijs Seth attribuendũ, qui ipsum Abraham multis annis præcesserant. Hebræorum autem literæ, ut idem Eusebius ait, numero uigintiduæ sunt, quot idem nostræ Latinæ, quæ, si diuo Hieronymo credimus, nouæ sunt, & ab Esdra inuentæ. Ille enim in præfatione in libros Regum ita scribit: Certumq; est Esdram scribam legisq; doctorem post captam Hierosolymam, & instaurationem templi, sub

Zoro

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Zorobabel alias literas reperisse, quibus nunc utimur, cùm ad illud usq; tempus, ijdem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint &c. Græcas uerò ueteres literas fuisse easdem penè, quæ nunc Latinæ sunt, indicio est Delphica tabula ænea, quæ Romæ in palatio Mineruæ dicata, in bibliotheca conspiciebatur, Plinij, ut ipse testatur, temporibus. In Latium eas, teste Plinio & Solino, intulere Pelasgi. Quidam uolunt Nicostratam Euandri Arcadis matrem Latinis primùm dedisse. Dionysius in primo ait ipsos Arcades primos attulisse in Italiam, qui post Pelasgos uenerant. Liuius Euandrum autorem uocat, libro ab urbe cond. primo ita scribens: Euander tum ea profugus ex Peloponneso autoritate magis quàm imperio regebat loca, uenerabilis uir miraculo literarum, rei nouæ inter rudes artium homines. Sentit idem Cornel. Tacitus, qui tradit Aborigines ab Euandro Arcade didicisse literas. Quod autē Plinius in septimo, Epigenis autoritate probare conatur æternum literarū esse usum, qui, ueluti ex Iosephi testimonio probauimus, omnino antiquissimus est, non id planè sentit Herodotus, qui, ut suprà demonstratum est, nullas literas ante Phœnices, in Græcia fuisse autumat: neq; Eupolemus, aut Eusebius, qui Mosi primā literarū inuentionem, sicut ostendimus, assignant: neq; demum Diodorus, qui in primo inquit: Qui primi fuerint in orbe reges, nequaquam compertū habemus, cùm nulli historici eos tradant: fieri quippe non potest literas æquè ac primos reges uetustas extitisse. Hæc ille. Sero etiam in Latium uenere, quod testatur Liuius ita scribens in fronte libri 6. ab urbe condita: Tum quòd paruæ & raræ per eadem tempora literæ fuere, una custodia fidelis memoriæ rerum gestarum. Quapropter idem libro nono ait, Romanos

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

manos deinde pueros non modò Græcis, sed Hetruscis quoq; literis erudiri solitos. Ex quo scire licet Hetruscos etiã suas olim habuisse literas, quas, ut nostra deniq; cætera omnia, ita tempus consumpsit, ut nunc ne nota quidem illarum cognita extet. Has autẽ literas Cornelius Tacitus libro augustæ historiæ II. autor est Demaratũ Corinthiũ Hetruscos primum docuisse Phrygibus quoq; proprias fuisse literas, testatur Cicero de nat. deorum sic scribens: Alter Hercules traditur Nilo natus Aegyptius, quem aiunt Phrygias literas conscripsisse. Atqui cùm Græci ita suarum literarum numerum paulatim auxissent, sicut suprà demonstrauimus, Latini quoque idem studentes, postea literas sex ad suas priscas sexdecim addiderunt, F K Q X Y Z & H, hæc tamen non est litera, sed tantum aspirationis nota. F digammon ab Aeolibus acceperũt, quod, teste Prisciano, apud antiquissimos Latinorum eandem uim atq; apud ipsos Aeoles habuit: eum enim propè sonum quem nunc habet F, significabat P, cum aspiratione, quo nos in uerbis Græcis utimur, ut Orpheus. Deinde Claudius Cæsar, prout Tacitus prodit, F loco V consonantis recipiendum constituit, ut fulgus, pro uulgus, fixit, pro uixit. Quintilianus: Nec inutiliter, inquit, Claudius Aeolicam illam ad hos usus F literam adiecerat. Ita Germanum uulgus latinè loquendo etiamnum pronunciat. Postremò in Latinis uocibus pro P et H, poni F cœptum est, ut fama, facio. K etiam litera à Græcis accepta, in nullis uerbis apud nos boni autores utendum putant. Q adiecta est, quòd pinguiorem sonum edere uisa est, quam c. X de Græcis quæsiuimus, qua tamen carere potuimus, ut ait Quintil. nã pro ea, C & S, uel G et S utebamur, ut apecs & gregs, pro apex, & grex. Y & Z ex Græco similiter

fonte

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

fonte manarunt,& id quidem, ut istarum literarum usus in Græcis foret duntaxat uerbis.

De origine Grammaticæ,& quantum ualeat.

CAPVT VII.

CONsentaneum uidetur, ut prodita literarum origine, antequam ad alia explicanda aggrediar, de Grammatices origine disseram, utpote quæ pluris est, quàm omnium liberalium artium scientia, quia reliquarum unicum est fundamentũ,nomenq; à literis accepit:nam γράμμα Græcè,litera dicitur.Grammatica ipsa apud nos,teste Fabio,literatura nuncupatur, et grammatici literatores, aut literati:quamuis nonnulli,autore Trãquillo de grammatica,literatores uocẽt mediocriter doctos, sicut Græci grammatistas.Est autem grammatica ars,quæ in emẽdatè loquendo scribendoq; consistit, ut literæ suas custodiant uoces, & uelut depositum reddant legentibus. & autore Quintiliano libro primo, in duas partes diuiditur, in rectè loquẽdi scientiã,& poëtarum enarrationẽ. Cicero de oratore,In grãmaticis poëtarũ pertractatio,historiarum cognitio,uerborũ interpretatio,& pronunciandi quidam sonus. Eius autem initiũ,ut testis est Suetonius in libro de grammatica, tale fermè fuit, quale habuit Rhetorice: ex obseruatione enim eorum quæ in loquendo apta aut inepta erant, homines ea ipsa ad imitandum uitandumq; notantes,hanc artẽ fecerunt,ueluti oratoriã:nam grãmatici pariter ac oratoris scientia est,quomodo loqui deceat, ut ex Cicerone colligere licet,cũ lib.3.de Oratore ait: Atq; ut Latinè loquamur,non solùm uidendum est,ut et uerba efferamus ea,quæ nemo iure reprehendat,& ea sic & casibus,& temporibus,& genere & numero conseruemus, ut ne quid perturbatum,ac discrepans,aut præposterum sit,sed

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

sit, sed etiam uocis sonus est ipse moderandus. Ista omnia grãmatica sola docet. Hanc autem, ut Laërtius lib. 10. ait, Hermippus autor est Epicurum primùm docuisse, cuius nim Plato primus speculatus est. Romæ uerò, autore Suetonio, olim ne in usu quidem, nedum in ullo honore fuit: inde in urbem eius studium intulit Crates Malotes missus ad Senatum ab Attalo rege, inter secundum & tertium bellum Punicum, sub ipsam Ennij mortem. Cæterùm hæc omnium artium præclarissima est præbet enim iter ad cæteras capessendas Fabius: Nec ad ullius rei summam, nisi præcedentibus initijs, perueniri potest. Et alibi: Quò minus, inquit, sunt ferendi, qui hanc artem ut tenuem ac ieiunam cauillantur, quæ nisi oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris, corruet, necessaria pueris, iucunda senibus, dulcis secretorum comes, & quæ uel sola omni studiorum genere plus habet operis, quàm ostentationis. Hæc ille. Illud præterea quamobrem magnifieri debeat, facilè docet: quia ex huiusmodi artis negligentia, in poëtis, oratoribus, historicis, in arte medicinæ, in iure ciuili, cæterisq; disciplinis quotidie sexcenti errores existunt, ineptissimæq; interpretationes, id quod non accideret, si grammaticam primùm discerent, qui alioquãdo essent sese ad scribẽdũ daturi, illi'ue non ignorarẽt grãmatici partes esse, ut cunctas ferè calleat artes, quãdò apud antiquos soli grammatici omnium scriptorũ cẽsores et iudices fuere, qui idcirco critici ἀπὸ τῆς κρίνω appellati sunt. Igitur cùm quis pingue quiddam Latinè sonare incipit, non debet ad opus aliquod scribẽdum aggredi prius, quàm grammaticam didicerit. In hac autem olim præcelluerunt, Didymus, quem Macrobius omnibus grammaticis præponit: Antonius Enipho, cuius scholam M.

Tullius

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Tullius post forensia negotia frequentabat: Nigidius Figulus, M. ille Varro omniũ doctissimus: M. Valerius Probus, Palæmon ille arrogantissimus, multiq; deinde alij. Apud Græcos Aristarchus, Aristoteles, Theodotes.

De poëticæ artis origine, & eius præstantia, ibiq; locus Ciceronis in Catone emendatus. CAP. VIII.

POëtica ars multis mehercle de causis, reliquas antecedit disciplinas, uel quia homines nullam penè artem assequi possunt, nisi in illam diu incubuerint, uel quòd sciẽtias ferè, ut Strabo in primo geographiæ aduersus Eratosthenem pulchrè demonstrat, in se continet omnes: uel denuo quòd ex omnibus artibus, quæ ab humani ingenij excellentia proficiscuntur, sola poëtica diuino furore percipitur. Nam Poetæ furore afflati res omni admiratione & stupore dignas canunt, sine quo, teste Cicerone in primo de diuinatione, Democritus negabat magnos esse poëtas, quippe qui, ut idem quoq; Democritus & Plato aiebant, non arte, sed natura constant, tuncq; ueri uates sunt, cùm insaniunt. Horatius in poëtica arte:

Ingenium misera quia fortunatius arte
Credit, & excludit sanos Helicone poëtas
Democritus. Et alibi:
Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quæsitum est.

Non fiunt igitur poëtæ, sed nascuntur. Vnde in Bucolicis Vergilius:

Pastores hedera crescentem ornate poëtam.

Quare Ouidius in III. de arte amandi dicit:

Est Deus in nobis, sunt & commercia cœli.

Et Maro diuinum uocat poëtam:

Tale tuum carmen nobis diuine poëta, &c.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

cùm uatem esse, Dei munus sit. Sed Cicero pro Archia poëta, multò luculentissimè illud quo fiat pacto, docet, dicens: Atqui sic à summis hominibus, eruditissimisq; accepimus, cæterarum rerum studia & doctrina, & præceptis, & arte constare, poëtam natura ipsa ualere, & mentis uiribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari: quare suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poëtas, quòd quasi Deorum aliquo dono atq; munere commendati nobis esse uideantur. Origo autem huius artis admodum uetusta est, & teste Eusebio in 11. de præparat. Euangel. apud antiquissimos Hebræorum, qui multò ante Græcorum poëtas fuere, primùm floruit. Nam Moses magnus Hebræorum imperator, cùm ex Aegypto eos in patriam reduceret, statim atque mare rubrum diuinitus cedentibus aquis, transgressus est, diuino numine afflatus, autore Iosepho in 11. de antiquitatib. Iudæorum, hexametrum carmen, quo Deo gratias ageret, edidit. Deinde Dauid ille diuinus Dei uates uario metro hymnos composuit. Idem Iosephus lib. 7. antiquitatum: Expeditus itaque Dauid à prælijs, & periculis, cùm pace iam altissima frueretur, cantica in Deum hymnosq; uario metro composuit, alios quidem trimetros, alios quidem quinquemetros. hæc ille. Diuus quoque Hieronymus in præfatione in Chronicon Eusebij, longè scienter id demonstrat, scribens: Denique quid psalterio canorius? quòd in morem nostri Flacci & Græci Pindari, nunc iambo currit, nunc alcaico personat, nunc sapphico tumet, nunc semipede ingreditur. Quid Deuteronomij & Esaiæ cantico pulchrius? Quid Solomone grauius? Quid perfectius Iob? quæ omnia hexametris & pentametris uersibus apud suos composita decurrunt. Non immeritò igitur huius artis initium Hebræis acceptum referre debemus,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bemus, ueluti reliquarum propémodum disciplinarum. Oracula quoque aliorum uatum uersibus ædita sunt, quod Horatius in poëtica dicens:

-Dictæ per carmina sortes.

Verùm Orpheus, autore Porphyrione, primùm poëticam illustrauit, deinde Homerus & Hesiodus. Nos autē serius illam accepimus: nam Liuius Andronicus, ut M. Tullius in primo Tusculanarum, & Fabius Quintilianus in x. prodiderunt, fabulam primus dedit, Appio Claudio Cæci filio, M. Tuditano COSS. anno ante natum Ennium, qui fuit annus ab urbe condita quingentesimus tertiusdecimus. Cæterùm ex ratione temporis inita à Liuio, ac testimonio eiusdem Ciceronis in Catone, cùm Liuij Andronici meminit, satis constat M. Sempronij Tuditani id temporis collegam fuisse C. Claudiū Centonem, licet exemplaria in Catone perperam habeant pro Centone Cethego, non Ap. Claudium. Ac sic ratio temporis, cuius rei causa hoc loco Consulum mentio facta est, cōueniet, si ita legas: sin minus, non item. Antea enim, uelut idem Cicero ait, nullus honos erat poëticæ artis: quinetiam usqueadeo probro habebatur ut si quis, quemadmodum Gellius ex Catone, libro Noctium Atticarum XI. cap. II. testatur, eam rem studeret, grassator uocaretur.

De origine metri, & metrorum plura esse genera.

CAP. IX.

QVanquam nonnullis fortasse haud iniuria accusandus uidebor, quòd antea de poëticæ artis initijs scripserim, quàm metri originem traderem, ex quo illa cōstat, nec eò tamen quispiam mihi succenseat: rei enim dignitas in causa fuit, cur id fecerim, non ualde indecens ratus de metro statim tractare. Metri itaque origo a Deo optimo ma-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ximo est, qui hunc terrarum orbem & omnia ab eo contẽta, certa ratione quasi metro disposuit: harmoniam enim, uti Pythagoras *docuit, in cœlestibus terrenisq; rebus nemo hercle esse dubitat. Nam quo pacto mundus consisteret, nisi certa ratione & numeris præfinitis ageretur? Omnia quoque instrumenta quibus utimur, mensura quadam, id est, metro fiunt. Quòd si hoc in cæteris rebus accidit, quantò magis in oratione, quæ cunctas complectitur?* Diodorus *etiam, tametsi fabulas sequitur, cùm de Musarũ officio libro* VI. *loquitur, metri inuentionem* Ioui, *hoc est,* Deo *immortali assignat:* Musis, *inquit, à patre concessa est literarum inuentio, & carminum, quæ poësis appellatur, ratio. Atq; metrum à* Deo *initium habuit, quo apud mortales, eius uates, quos commemorauimus, diuini spiritus pleni primùm usi sunt. Sed metrorum plura sunt genera, quæ autore* Seruio, *uel à rebus quæ describuntur, nomina accepere, ut heroicum, quòd hexametrum, licet* Moses, *uti dictum est, primus usurpauerit, tamen quia* Homerus, *& cæteri qui deinceps secuti sunt, heroum res gestas hoc carmine scriptitarunt, heroicum nominatum est, quo etiam ante* Homeri *ætatem,* Apollinis Pythij *oracula reddi consueuerant: propter quòd, ut opinor,* Plin. *in* VII. *ait: Versum heroicum* Pythio *oraculo debemus. Ipsa insuper oracula soluta etiam oratione, teste* Strabone *libro nono geographiæ, referebantur, id quod affirmat* Cicero *in secundo de diuinatione, dicens: Præterea* Pyrrhi *temporibus iam* Apollo *uersus facere desierat. Vel ab inuentoribus, ut asclepiadæum: uel à pedibus, ut iambicum, quod* Archilochus *primus inuenit.* Horatius *in poëtica:*

Archilochum proprio rabies armauit iambo.

Vel à numero pedum, ut hexametrum & pentametrum,

quæ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quæ & elegiaca dicuntur, quorum repertor, ut aiunt, ignoratur. Horatius:

Quis tamen exiguos elegos immiserit autor,
Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

Bucolicum carmen, autore Diodoro *in* v. Daphnis Mercurij *filius excogitauit: & sic alij alia metra adinuenerunt, quæ nos impræsentia studio breuitatis omittimus, metri tantùm originem prodidisse contenti.*

De tragœdiæ atq; comediæ initiis. CAP. X.

INitium *tragœdiæ & comœdiæ, teste* Donato, *à rebus diuinis est factum, quibus antiqui pro fructibus uota soluentes operam dabant: nam olim incensis altaribus, & admoto hirco, id genus carminis quod sacer chorus reddebat* Libero patri, *tragœdia dicebatur: autoribus enim tragicis hircus præmium cantus proponebatur.* Horat.

Carmine qui tragico uilem certabat ob hircum.

qui Libero patri *immolabatur: quia, ut ait* Varro, *noxium est uitibus animal.* Vnde *tragœdia* ἀπὸ τοῦ τράγου, *hoc est, ab hirco nominata est: uel, ut quibusdam placet, quòd hirco donabatur eius carminis poëta: uel quòd uter ex hircina pelle uini plenus pro præmio erat: uel à fæce, quia ante usum personarum ab* Aeschylo *repertum, mum peruncti ora olei fæcibus fabulas agebant.* Horatius *in poëtica:*

Ignotum tragicæ genus inuentisse camœnæ
Dicitur, & plaustris uexisse poemata Thespis,
Quæ canerent, agerentq; peruncti fæcibus ora.
Post hunc personæ, pallæq; repertor honestæ
Aeschylus.

Tragœdias, autore Fabio *in* x. *primus in lucem protulit* Aeschylus, *sed longè clarius illustrarunt* Sophocles *atque* Euripides. *Apud nos, autore* Donato, Liuius Andronicus

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tragœdiam primus inuenit, in qua floruit Accius, Pacuuius, Ouidius, & Seneca. At uerò nondum coactis in urbem Athenienſibus, cùm, ut teſtatur Varro, iuuentus Attica circum uicos, uillis, pagos, & compita, feſtum carmen ſolenniter quæſtus gratia cantaret, orta eſt comœdia, ἀπὸ τȣ̃ κωμάζειν, quod eſt laſciuè agere, uel κώμȣ, hoc eſt, à comeſſatione, ſeu κώμης, qui uicus eſt, & ᾠδή, cantus: quam tamen apud Græcos, uti Donatus ſentit, dubium eſt quis inuenerit primus, apud quos, ſicut infrà dicemus, duplex erat, antiqua & noua. Præcipui autem eius autores fuerunt Ariſtophanes, Eupolis, & Cratinus. Apud Latinos eam primus omnium, ut Liuius ab urbe condita, & Donatus teſtantur, reperit Liuius Andronicus. In tragœdia autem heroës, Duces, Reges introducuntur, & eſt ſermo grandiloquus. Ouidius:

Omne genus ſcripti grauitate tragœdia uincit.

In comœdia uerò amores ferè & uirginum raptus. Triſtitia tragœdiæ pecularis eſt: propter quod Euripides, petentè Archelao rege ut de ſe tragœdiam ſcriberet, abnuit, & precatus eſt, ne accideret Archelao aliquid tragœdia dignum, quoniam ſemper infelices exitus habet, contrà comœdia felices.

De origine Satyræ, nouæque Comœdiæ.

CAP. XI.

SAtyrarum genera duo eſſe manifeſtum eſt, alterum antiquius tam à Græcis quàm à Latinis uſurpatum, quod ſola carminum uarietate conſtabat, comœdiæ penè par, niſi plus habuiſſet laſciuiæ. Huius ſatyræ ſcriptores fuerunt Demetrius ex Tharſo, poëta ſatyricus, ut autor eſt Laërtius, & Menippus ſeruus, ſicut Apuleius & Gellius oſtendunt, cuius libros M. Varro in ſatyris imitatus, eas Latinè

Menip

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Menippeas appellauit. Alterum satyrarum genus recentius maledicum, & ad carpenda hominum uitia compositum, quod soli Latini excogitauerunt, teste Fabio Quintiliano, satyra quidem tota nostra est, quæ, autore Donato, hinc exordium sumpsit. Nam cùm in ueteri comœdia per priscos poëtas non penitus ficta argumenta, sed res gestæ à ciuibus palàm, tum eorum crebro qui gessissent nomine decantarentur: quòd tunc nequaquam moribus hominum obfuit, cùm pro se quisque caueret, culpa aut domestico probro ne spectaculo cæteris esset, & inde ipsi poëtæ abuti licentius stylo, & passim ex libidine lædere cœpissent plures bonos, id propter, ne quispiam hominum uitia amplius nominatim carperet, lege sanxerunt. Ex huius igitur hoc pacto ueteris comœdiæ interitu, Satyra, quam nostri condiderunt, initium habuit. Tunc autem poëtæ nouam comœdiam inuenerunt, quæ generatim ad omnes homines, qui mediocribus agunt fortunis, pertineret, & minus amaritudinis, & eadem opera multum de lectationis spectatoribus afferret: cuius Menander & Philemon autores fuere, qui omnem prioris comœdiæ acerbitatem mitigarunt. Ab illis nostri poëtæ Latini, Cæcilius, Nævius, Licinius, Plautus, Terentius, atque alij antiquissimi Comici modum componendæ comœdiæ iucundæ pariter ac gratæ sumpserunt. Verùm ij, si Quintiliano credimus, uix leuem Græcorum umbram consecuti sunt, quòd sermò Romanus non uideatur posse recipere illam dicendi uenerem, solis Atticis in hoc genere linguæ concessam. Satyra uerò à satyris, ut Donato placet, qui illoti semper & petulantes dij sunt, nomen traxit: uel à satyra ci i genere, quod, autore Festo, ex uariis rebus conditum erat. In hac Satyra, teste Quintiliano in x. primus insignem

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

laudem adeptus est Lucillius: *sed eiusdem iudicio, purus magis ac tersior fuit* Horatius. Persius *iuxtà, quamuis uno libro, multum gloriæ promeruit. Sed in primis* Iuuenalis *lepidus fuit, de quo* Quintilianum, *cùm in* x. *dixit,* Sunt *clari hodie quoque, & qui olim nominabuntur, intellexisse ferunt.*

Qui primus historiam condiderit, & de eius utilitate, aut solutam orationem inuenerit. CAP. XII.

Historia, *quæ tantò cæteris scriptis antecellit, quantò plura exempla rerum complectitur diuturnitas temporis, quàm hominis ætas, ad uitæ institutionem utilissima censenda est, quòd, ut* Cicero *de* Oratore *præclarè ait, sola sit testis temporum, lux ueritatis, uita memoriæ, & magistra uitæ: multarum enim rerum exemplis priuatos uiros imperio dignos reddit,* Imperatores *ob immortalem gloriam, ad præclara facinora impellit, milites propter laudem, quæ eos qui uitam egregiè profuderint, comitatur, promptiores efficit ad pericula pro patria adeunda, improbos infamiæ metu à uitijs deterret.* Hanc, *ut* Plinius *libro* VII. *ait,* Cadmus Milesius *omnium primus condidit: sed* Iosephus *in primo antiquit. uolumine rectius omnino sentiens, eum apud* Græcos *duntaxat primùm historias scripsisse tradit: nam* Græci *cùm, ut idem inquit, heri & nudiustertius fuerint, uerisimilius est, antiquissimos* Hebræorum *qui sacros libros scripserant (*Cadmus *enim* Milesius, *ut apud* Eusebium *colligimus, in* x. *de præparatione* Euangel. *longè post* Mosen *fuit) historias primò condidisse: uel* Aegyptiorum *aut* Babyloniorum *sacerdotes, sicut ipse* Iosephus *in primo contra* Appionem *sentire uidetur, aiens:* Quoniam *uerò apud* Aegyptios *&* Babylonios, *ex longissimis olim temporibus, circa con-*

scrip

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſcriptiones diligentia fuit, quãdo ſacerdotibus erat iniunctum, et circa eas ipſi philoſophabantur. Et deinde infert: De noſtris uerò progenitoribus, quia eandem quam prædicti habuerunt in conſcriptionibus diligentiam, deſino dicere, etiam potiorem, pontificibus & prophetis hoc imperantes. Ex quo Euſebius ueriſſimè, ut mea fert opinio, hoc potius Moſi aſsignare uidetur, in II. de præparat. euãgel. dicens: Vnde ſapientiſsimus ille Moſes, qui primus cuiuſq; hominis uetuſtiſsimi uitas Hebræorum conſcripſit, ci uilem atq; in actione poſitum uiuendi modum narratione hiſtorica docuit. Verùm nec illud profectò probabile uidetur, quod idem Plin. in 7. & Apuleius in Floridis tradit, Pherecydem Syrum primùm ſolutam orationem condere inſtituiſſe, tempore Cyri regis: nanq; quis non uidet hoc potius eſſe illis tribuẽdum, qui primi hiſtorias ſcripſerint? quæ, uti luce clarius eſt, ſoluta oratione conſcribuntur: quando etiam Pherecydes, ut de Aegyptiorum & Babyloniorum ſacerdotibus fileam, qui & ipſi longè ante Græcos hiſtorias ſcripticarunt, multò poſterior Moſe fuit, quem ex teſtimonio Euſebij, primùm omnium hiſtoriam condidiſſe diximus. Pherecydes enim Syrus, autore Euſebio de præparat. euangel. uolumine 10. circiter primæ Olympiadis tempora floruit. A Moſe autem, quemadmodum ex eodem collegimus, ad Ioathan Iudæorum principem, cuius temporibus Olympiades cœperunt, interfuerunt anni D C C. *& circiter* L X X X V I I I. *At Strabo in primo geogr. non ſolum Pherecydi, ſed Cadmo ac Hecatæo pariter aſsignat, qui & ipſi Moſe, uti liquidò conſtat, poſteriores fuerunt. Ex philoſophis autem, Lãertio Diogene autore, hiſtorias primus compoſuit Xenophon, de quo Quitilianus cùm de hiſtoricis loquitur, ait: Xeno-*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

phon non excidit mihi, sed inter philosophos reddĕdus est. In ea apud Græcos floruit Thucydides, Herodotus, Theopompus. Apud nos T. Liuius, Crispus Sallustius, & plerique alij. A principio Romani, ueluti Fabius testatur, pro historijs, annales pontificum habebant, in quo res gestæ per annum referebantur. De historiæ initio hæc dicere habui, nunc de componendæ regula aliquid subijciendum duximus. Prima est lex historico data, teste Cicerone de Oratore, ne quid falsi dicere audeat: deinde, ne quid ueri nõ audeat, ne qua suspicio gratiæ sit in scribendo, ne qua simultatis. Ipsa autem historiæ ædificatio posita est in rebus & uerbis: rerum enim ratio tam temporis ordinem quàm locorum descriptionem poscit, item hominum mores, uitas, consilia, causas, dicta, facta, casus, & exitus. Verborum uerò ratio orationis genus desiderat lene, fusum, ac pura illustriq; breuitate ornatum.

De origine rhetorices, & quibus rebus eius ratio contineatur. CAP. XIII.

NOn dubiũ est, quin geniti protinus homines ab ipsa rerum natura, hoc est, à Deo, à quo primùm creati sunt, sermonem acceperint: qui mox, ut Fabius ait, sicut in medicina, cùm uiderent alia salubria, alia insalubria, ex obseruatione, eorum effecerunt artem: ita cùm in dicendo alia utilia, alia inutilia deprehenderent, rhetoricen constituerunt, cuius, ut Diodor. in primo, & poëtæ uolunt, Mercurius autor fuit. Flaccus Horat. in carmine:

Mercuri facunde nepos Atlantis
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formasti, &c.

Quamuis in sexto idem Diodor. sibi repugnare uideatur, dicens: Vnde interpretis nomen assumpsit, non quòd nominum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

minum aut orationis, ut quidam tradunt, fuerit inuentor, sed quia diligentius quam cæteri mandata referebat. nisi intelligatur, ut sui moris est, alibi fabulas, alibi ueritatem esse secutus. Verùm Aristoteles primum Empedoclem artis inuentorem fuisse ait. Et Quintilianus idem ferè sentit in tertio, sic scribens: Nam primus post eos, quos poëtæ tradiderunt, mouisse aliqua circa rhetoricen, Empedocles dicitur. Hanc autore Suetonio de claris oratoribus, constat nonnunquam Romæ prohibitam esse exercerì: sed cùm paulatim deinde ipsa utilis & honesta apparuisset, adeò multi eam præsidij causa & gloriæ expetiuere, ut nõnulli ex infima fortuna, in ordinem senatorium atque ad summos honores aspirarint. Artis autem huius scriptores antiquissimi fuerunt Corax & Thysias Siculi, quos Gorgias Leontinus eiusdem insulæ insecutus est. Sed inter cæteros, apud Græcos longè princeps fuit ille Demosthenes, sicut apud nos M. Tullius Cicero lux doctrinarum fulgentissima, ac Romanæ eloquentiæ fons uberrimus. De initio rhetorices hactenus, sed & eius usus atque facultas dicatur. Ea, autore Cicerone de Oratore, in quinque diuiditur partes: ut orator debeat primùm reperire quæ dicat, deinde inuenta ordine dispensare, tum ea deniq; ornare oratione, pòst memoriæ mandare, & ad extremum cùm dignitate æquè ut uenustate agere, & agendo illud, teste Quintiliano, præstare, ut delectet, doceat, moueat. Bonus enim orator delectat audientium animos, cùm aptè dicit: nam quòd decet, ferè prodest, atque delectat. Deinde docet, cum exponit negotium, quod in controuersiam uenit, & quales sint personæ, inter quas illud sit. Postremò mouet, cùm iudicum affectus excitat ad fauendum miserendumue, aut tristes soluit, digna risu tempestiuè interponendo,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nendo, si id opus esse perspicit. Atque ijs rebus & uerbis omnis fermè rhetorices ratio continetur. Quòd autē Græci oratores causarum ῥήτορας, id est, rhetores uocant, nos tamen ita distinguimus, ut orator sit, qui causas agit: rhetor, qui rhetoricen profitetur: declamator uerò, qui siue alios docēdi, siue se exercendi gratia, fictam causam orat.

Quis primus musicam repererit, & quantū ea ualeat ad tolerandos humanæ uitæ labores. CAP. XIIII.

MVsicen antiquissimam esse, poëtæ clarissimi testimonio sunt: nam Orpheus & Linus ambo dijs geniti, musici insignes fuerunt, cùm alter eorum rudes atq; agrestes hominum animos demulceret, cantusq; suauitate non feras modò, sed saxa etiam, ut fabulæ tradunt, syluasq; duceret. Horat. in poëtica arte:

Syluestres homines sacer interpresq; deorum
Cædibus & uictu fœdo deterruit Orpheus,
Dictus ob hoc lenire tigres, rapidosq; leones.

Vergilius in Ecloga quarta:

Non me carminibus uincet, nec Thracius Orpheus,
Nec Linus, huic mater quamuis, atq; huic pater adsit,
Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo.

Apud quoque eosdem autores, inter regalia conuiuia, laudes deorum atque heroum ad citharam canuntur, ut Iopas ille Vergilianus canit errantem lunam, solisq; labores. Musices autem repertor, teste Plinio lib. 7. Amphion ex Antiopa, Iouis filius fuisse dicitur, propter quòd poëta in Bucolicis ait:

Canto, quæ solitus, si quando armenta uocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho.

Ipse quoq; saxa mouisse fertur. Flaccus Horat. in poëtica:

Dictus & Amphion Thebanæ conditor urbis

Saxa

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Saxa mouere sono testudinis.

Et Statius in primo Thebaidos:

Penitusq; sequar, quo carmine muris
Iusserit Amphion tyrios accedere montes.

Sed Græci, teste Eusebio, de præparat. euangel. lib. 2. musicæ harmoniæ inuentionem Dionysio attribuunt. Ipse uerò in 10. eiusdem operis Zethum & Amphionem fratres, qui Cadmi temporibus fuerunt, musicæ repertores uocat. At Solinus huius artis studium ex Creta manasse sentit, inquiens: Studium musicum inde cœptum, cùm Idæi Dactyli modulos crepitu ac tinnitu æris deprehensos, in uersificum ordinem transtulissent. Polybius tamen in 4. hoc Arcadum maioribus assignat, quippe qui huius rei semper studiosi fuerint. Vocum harmonias Mercurium adinuenisse, Diodorus est autor in primo. ἁρμονίας Græci uocant, quàm nos dissimilium concordiam appellamus. Verùm Amphionem & cæteros posthac huius rei autores fuisse ratio poscit, cùm Iubal hebræum Lamech filium, qui multis ætatibus præcesserat omnes illos qui musicæ inuentores produntur, Iosephus in primo antiquitatum dicat musicam studiosè colluisse, & psalterio citharaq; cecinisse. Hæc hactenus. Sed artis origo nihilominus in dubio uersari uidetur: igitur expedit, ut quæstio eiusmodi tandem aliquando plana fiat. Itaque natura iam inde à principio mortalibus musicam uelut muneri dedisse uidetur, quando id ad tolerandos humanæ uitæ labores plurimum ualet. Siquidem homo statim natus cùm in cunabulis uagire incipit, continuò nutriculæ cantitantis uoce sopitus dormitat: quippe infantes statim plorant, quòd crurum brachiorumq; rectè producendorum causa, fascijs colligantur, ac ita à supplicio miseram uitam uiuere incipiunt. Deinde in omnib

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

omnibus fermè operibus modulatio aliqua rudis hominum defatigationem semper consolatur. Vergilius:

Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.

Sic remiges incitantur, sic arator, auriga, mulio, longo inter laborem uiamq; sibilo reficitur. Quid, quòd non modò ij, uerumetiam eorum sarcinaria iumenta eo cantu simul labore leuantur? Nam aßiduo usu compertum est mulos ualdè delectari tintinabulorum sonitu: quapropter muliones multijugia tintinabula ad illorum colla suspendere solent, quò facilius sarcinarum labores perferant. Eandem uim in cætera similiter animalia musicam habere inter omnes constat: ita equi in bello tubarum clangore arrecti, stare loco nesciunt, ac iamiam in certamen ruere ardent: ita leones stridore ferri maximè irritantur. Sed quæso, unde ille auium concentus, quo omnis ager suo tempore resonat? ecquis docuit luscinam uarios canendi modos? hæc enim auicula sonum ædit perfecta musicæ scientia modulatum, qui nunc continuò spiritu trahitur in longum, nunc uariatur inflexo, nunc distinguitur concisio, copulatur intorto, promittitur, reuocatur, infuscatur, ex inopinato: interdum & secum ipsa murmurat: plenus, grauis, acutus, creber, extentus: & breuiter, audire licet omnia tam paruulis in faucibus concini, quæ tot exquisitis tibiarum tormentis, ut ait Plinius, ars hominum excogitauit. Huius harmoniæ natura magistra est, quæ uel ab initio alias animãtes, quibus ad sonum quempiam uox apta est, musicam docuit, quemadmodum ostendimus. Atque hæc uera artis origo. Cæterùm musicam, quàm Aegyptij, ut Diodorus testis est, tanquam uirorum effœminatricem prohibebant iuuenes perdiscere, & Ephorus, autore Polybio, in procemio suarum historiarum, ad deludendos ac fallendos homines

inuen

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

inuentam tradidit, magno olim pretio æstimatam testatur Fabius, qui dicit Socratem iam senem institui lyra non erubuisse. & Cicero, qui libro Tusculanarum primo ait Themistoclem, quòd in epulis recusasset lyram, esse habitum indoctiorem: & Salij, apud Romanos, qui per urbem uersus canebant: sed in primis Dauid ille magnus uates, qui diuino carmine Dei mysteria canit: illud quoq; Græcorum adagium, Indoctos à Musis atque Gratijs abesse, quod in nostris prouerbijs explanaui. Tria præterea genera sunt, ex quibus musica constet: unum genus est, quod instrumentis agitur, de quo infrà dicetur: alterum, quod fingit carmina, ex quo ut poesis pars sit musices, necesse est: tertium, quod instrumentorum opus carmenq; dijudicat. Ex quo recte ait Cicer. de Oratore, lib. 1. musicam uersari in numeris, & uocibus, & modis.

Qui primùm instrumenta diuersi generis inuenerint, & ea in Latium attulerint: ac quod sit organum, & de antiquissimo tibiarum usu in præliis. CAP. XV.

MErcurius Maiæ filius lyram omnium primus ex testudine fecisse dicitur. Tradunt enim cùm aliquando Nilus suum egressus alueum totam inundasset Aegyptum, eo postea intra suos limites regresso, uarias animantes in campis relictas, inter easq; remansisse testudinem, & hanc cùm ille inuenisset, consumpta iam carne, sed superstitibus neruis, & percussu sonum excitasset, ad exemplum illius lyram composuisse. Horatius in primo carminum:

Te canam magni Iouis, & deorum
Nuntium, curuæq; lyræ parentem.

Cui ex neruis trium chordarum, instar trium anni temporum, autore Diodoro Siculo, tres instituit uoces, acutam, grauem, & mediam: acutam ab æstate, grauem ab hyeme, med

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mediam à uere sumens, qua, teste Seruio super quarto Aencidos, donauit Apollinem, accepto ab eo caduceo, de quo Vergilius:

Tum uirgam capit, hac animas ille euocat orco
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit.

Quidam eam non Apollini, sed Orpheo primùm tradidisse ferunt, alij uerò ab Apolline pòst Orpheo concessam uolunt. Ad eam qui decantandos faciebant uersus, Lyrici poëtæ nuncupati sunt. Reperio insuper (ut nihil quod attinet ad hanc rem, omittatur) septem in ea chordas appositas, iuxta numerum septem Atlantidum, quòd Maia Mercurij mater ex illarũ numero fuisset: deinde superadditas duas, ut repræsentaretur unum nomen Musarum. Hæc autem tantæ suauitatis fuisse perhibetur, ut arbores, saxa, feras, ueluti suprà dictum est, traxisse Orpheus dicatur. Mercurius præterea, teste Plinio lib. 7. monaulum, id est, simplicem tibiam inuenit. Primus autem tibias, autore Diodoro et Eusebio, Marsias adinuenit. Plinius uerò geminas illum reperisse tradit. Alij hoc Apollini aßignant, sicut lyræ & fistulæ inuentionem: nam simulacrum eius quod erat in Delo, habuisse dicitur in dextera quidem arcum, in læua Gratias, quæ singulæ singula musicæ instrumẽta manibus gerebant, una lyram, altera tibias, quæ autem media erat, fistulam tenebat. Obliquæ tibiæ Midas in Phrygia autor fuit. Tibiæ primò ex gruum tibijs, unde nomen habent, tum ex arundinibus factæ sunt, cum quibus uoce canere Trœzenius Dardanus instituit. Lydios modulos Amphion excogitauit, Dorios Thamyras Thrax, Phrygios Marsias Phryx, plures alios Terpander. Fistulam, ut Plinius & Seruius aiunt, Pan deus rusticus inuenit: nam cùm Syringam Arcadiæ nympham, autore Ouidio, in primo Metamor

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tamorph. ardenter amaret, & illa fugiens ad Ladonem fluuium peruenisset, & fluuio impedita non amplius fugere posset, implorato aliarum Nympharum auxilio, in palustres cannas mutata est: quas cùm Pan excidisset, ex ijs ad amoris solatium, primus sibi fistulam confecit. Maro in Corydone:

Pan primus calamos cera coniungere plures
Instituit.

Sunt tamen, qui hoc Apollini attribuãt. Venarum pulsum in musices pedes Herophilus primus discreuit per ætatis gradus. Fistulam uerò, quàm Græci syringa uocant, teste Eusebio, in 2. de præpar. Euang. Cybele inuenit. Citharæ, ut Plin. placet, repertor fuit Amphion: ut alijs, Orpheus: ut alijs, Linus: ut uerò Diodoro, Apollo, qui lib. 5. inquit: Apollo primùm cithara simplici usus est, Marsias uerò tibijs. Sentit idem Higinius. Septem chordas addidit Terpander. Verg. in sexto.

Obloquitur numeris septem discrimina uocum.

Octauam apposuit Simonides, nonam Timotheus. Cithara sine uoce primus cecinit Thamyras, cùm cantu Amphion, ut alij, Linus. Hæc ex Plinio. At cithara tamen longè antè, uti superiore capite ostendimus, Tubal Hebræus usus est, quàm omnino ab ea dissimilem fuisse, quàm illi inuenerunt, quos commemorauimus, testatur diuus Hieronymus in epistola de instrumentis musicis, ad Dardanum, aut quisquis illius autor est, quia de ea re ambigitur, scribens citharam apud Hebræos uigintiquatuor chordas habuisse, factam ad formam Δ literæ. Dauid etiam ille magnus Dei uates uaria instrumenta inuenit, teste Iosepho in septimo antiquitatum, qui ait: Diuersaq; faciens organa docuit, ut Leuitæ secundum ea Deo hymnos edicerent per sabbato-

d rum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rum dies, aliasq; solennitates. Organorum autem species huiusmodi est: canora cithara quidem decem chordis coaptata, & hæc cum plectro percutitur. Nabla uerò duodecim sonos habẽs, digitis tangitur, & reliqua. Hinc perspicere licet istiuscemodi organa à Dauid confecta diuersa fuisse à nostris, quorum nũc usus in templis est perquam frequens: quandò illa plectro pulsabantur, nostra uerò inflantur follibus, unde multis meatibus quasi cicutis imparibus uox erumpit, concentumq; efficit. Quanquam Iosephus hoc loco dicens, Diuersaq; faciens organa, uidetur organum pro instrumento quocunq; musico ponere. Idipsum sentit Augustinus, qui instrumenta musicorum cuncta speciatim excellentiora etiam organa uocat. At autor nostri organi tam concinni non proditur, cum magna eius nominis iactura, sicut in extremo tertio libro dicetur.

Sambucam item musicum instrumentum, autore Clemente, Troglodytæ Africæ, ut Solino placet, populi inuenerunt. Tubam æneam teste Plinio, Piseus Tyrrhenus reperit: quod Diodorus libro sexto, non Piseo tantùm, sed Tyrrhenis omnibus tribuit, ita scribens: Tyrrheni pedestri quoque exercitu præualidi tubam primam adinuenerunt, bello admodum utilem. Non eo tamen inficias, Diodorum in Plinij sententiam ire: quandoquidem iure à Græcis dicitur uictus Hector, quamuis à solo Achille interemptus fuerit. Sentit idem Vergilius in octauo Aeneidos, dicens:

Tyrrhenusq; tubæ mugire per æthera clangor.

Verùm Acron super hoc Horatianum in poëtica arte,

–Post hos, insignis Homerus,
Dircæusq; mares animos in martia bella

Ver

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Versibus exacuit.

tradit Dircæum poëtam primùm tubam comperisse, quoniam is, ut Porphyrio dicit, primus tubæ modulos dedit, hac de causa. Nam cùm Lacedæmonij, autore Iustino lib. 3. bellum aduersus Messenios gererent, diuq; extraherent dubium Martis euentum, responsum acceperunt ab Apolline, si uellent uincere, Atheniensi duce uterentur: à quibus rogati Athenienses, contumeliæ causa ipsis Dircæum quendam claudum, luscum, omniq; ex parte corporis deformem dederunt. Vsi sunt auxilio eius Lacedæmonij, quibus ille cantum monstrauit tubarum, quarum inaudito territi sono Messenij fugam fecerũt, adeptiq; sunt victoriam Lacones. Sed in codicibus Iustini inuenio Tyrtæum per t, & t in antepenultima, ut in alterutris mendum sit. Quidam etiam tubæ autorem uolunt Maletum, siue Maleum dictum. Verùm quid multa? cùm tubæ inuentor fuerit Moses ille diuinus Hebræorum dux, dicente Iosepho in tertio antiquitatum: Adinuenit autem modum tubæ ex argento factæ, quæ est huiusmodi, longitudinem habens penè cubiti: est autem angusta fistula calamo capacior, præbens latitudinem quæ conueniat ori, ad susceptionem spiritus, & claßico sono uicina, quæ Hebraica lingua uocatur Asosra. Hæc ille. Sed haud scio unde de primis tubæ inuentoribus tanta dissensio inter scriptores orta sit: nisi intelligamus alios aliud tubarum genus, sunt enim plura genera, & alibi inuenisse. In Latium instrumenta musica, teste Dionysio Halic. Arcades primi omnium attulerunt, cùm antea fistulis pastoralibus tantum uterentur. Placet insuper antiquum usum tibiarum in prælijs ponere. Thucydides itaque autor grauißimus, tradit Lacedæmonios tibiarum modulis in prælijs esse usos: etenim cùm parate essent

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

classes, & instructæ acies, cœptumq; iri in hostem, tibicines inter exercitum positi canere incœptabant, non uoluptatis causa, sed ut æquali modulatoq; sensim ingressu cõuenientes, pugnam capesserent. Cuius rei Polybius libro *quarto, &* Fabius *in primo*, Gellius *itidem in primo, &* Plutarchus *in uita* Lycurgi *meminit. Hunc morem, additis tympanis, etiam nunc noster peditatus seruat.* Alyattes *quoq;* Lydorum *rex, autore* Herodoto *libro primo, in bello aduersus* Milesios, *fistulatores & fidicines concinentes habuit: sicuti memoriæ proditum est,* Cretenses *prælia ingredi solitos, præcinente ac præmoderante cithara gressus. autor* Gellius. *At* Parthos *consueuisse tympanorum sonitu pugnam inire, testatur* Plutarchus *in uita* Crassi, *&* Appianus Alexandrin. *in libro parthico.* Reliqui *ferè omnes, ut hodie fit, tubis in prælio utebantur.* Vnde Verg. *de* Misceno *tubicine inquit:*

-Quo non præstantior alter
Aere ciere uiros, Martemq; *accendere cantu.*

De origine philosophiæ, & de duobus eius principiis, & quis primus inuenerit ethicen, & dialecticen, ac dialogos introduxerit. CAP. XVI.

PHilosophiam, *quàm* Cicero *in officiorum libris studiũ sapientiæ uocat, & in* Tusculanis, *uirtutis indagatricem atq; uitiorum expultricem, à barbaris ad Græcos fluxisse pleriq; uolunt. nam apud* Persas *primùm* Magos *eorum sapientes claruisse dicunt: apud* Babylonios *&* Assyrios, Chaldæos *: apud* Indos, *gymnosophistas, quorum sectæ princeps, teste* Hieronymo *contra* Iouinianum, *Buddas nuncupabatur: apud* Britannos, *&* Celtas *siue* Gallos, Druides: *apud* Phœnices, Ochum: *apud* Thraces, Zamolsim, *&* Orpheum: *apud* Libycos, Atlantem: *quos omnes, autore*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

autore Laërtio, pro sapientibus habuerũt. Aegyptij uerò Nili filium Vulcanum fuisse dicunt, eumq; philosophiæ aperuisse principia. Sed idem Laërtius à Græcis philosophiam manasse affirmat, quoniam apud eos Musæum & Linum primos fuisse sapientes ferunt. Verùm, teste Eusebio, primùm philosophia, sicuti reliquæ ferè omnes disciplinæ, ab Hebræis originem duxit. Ex quo philosophos Græcorũ, qui Porphyrionis testimonio, amplius mille annis post Mosen fuere, Eusebius in 11. de præparatione euãgel. philosophiã à Iudæis accepisse plenissimè demonstrat, quandò nec ipsius nomen philosophiæ apud eos primùm fuit, sed deinde: nam Pythagoras omnium primus, Lactantio autore in tertio, philosophiam, id est, amorem sapientiæ, & se philosophum, id est, amatorem sapientiæ nominauit, dicens solùm Deum sapientem esse: antea enim sophia, hoc est, sapientia dicta est, quæ nunc philosophia uocatur: & qui hanc profitebantur, sophi, id est, sapientes uocitati sunt. Philosophiæ autem duo fuere principia: alterum, quod ab Anaximandro Ionicum est appellatum, cò quòd Thales Milesius fuerit ex Ionia, & hic Anaximandrum instituit: alterum uerò ex Pythagora Italicum est dictum, quoniam eius autor Pythagoras ualdè multum in Italia philosophiæ operam dedit. Eusebius in 10. de præparatione euangel. tertium addit, id est, Cleaticum, cuius Xenophanes Colophonius autor dicitur. Diuidunt insuper philosophiam, autore Cicerone de Oratore, in tres partes, in naturæ obscuritatem, in disserendi subtilitatem, in uitam atque mores: & primam physicam, alteram dialecticam, tertiam ethicam Græci uocant. Quàm etiam diuisionem Plato, ut ait Eusebius, ab Hebræis sumpsit, sicuti singula ipsius philosophiæ præcepta. Physicæ proprium

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

est de mundo, & de his quæ sunt in eo disserere, quam ex Ionia Athenas Archelaus primus importauit. Ethicæ uerò, de uita moribusq; tractare, quam Socrates comperit. Cicero libro quinto Tusculanarum: Socrates autem primus philosophiam deuocauit è cœlo, & in urbibus collocauit, & in domos etiam introduxit, & coëgit de uita & moribus, rebusq; bonis & malis quærere. Dialectica autem ambarum partium affert rationes, quæ à Zenone Eleate initium sumpsit. Quamuis secundum alios, in quinque partes diuidatur, in physicam, metaphysicam, ethicam, mathematicam, & logicam. Verùm nos iam fines nostros egressi sumus: non enim res definire, & de singulis planum facere, sed de earum initijs tractare, nostri tantummodo est muneris: proinde ad institutum opus redeamus. Dialogos, uti apud Laërtium discimus, Plato omnium primus introduxit, uel potius maximè omnium illustrauit: nam Aristoteles libro de poëtis primo illud scribendi genus inuentum tradit ab Alexameno Scyreo, Teiouе.

Qui primi astrologiam adinuenerint, aut quorũdam syderum cursus, & sphæram, uentorumq; rationem: arq; quot illi sint, & obseruationes syderum in nauigando. CAP. XVII.

TErra potissimum ex syderum temperatione fructus fert uberiores, ut nos in eo prouerbio demonstrauimus, Annus fructificat non tellus: hominumq; natura, si Iulij Firmici, ut ita dicam, somnijs credimus, maximè syderibus subiecta est: ait enim, Qui habebit horoscopum in quarta parte Mercurij, erit rationator: qui in equo, auriga: qui in septima parte arietis, gibber aut gibberosus. Et alibi: Luna, inquit, candidos, Saturnus nigros, Mars rubicun

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bicundos gignit. Et hoc ab Aegyptijs profectum dixerim: nam Herodotus de hac religione ita scribit: Alia insuper sunt ab Aegyptijs excogitata, quis mensis dies'ue cuius deorum sit, & quo quis die genitus, qualia sortietur, & quam mortem obibit, & qualis existet. Chaldæi uerò, teste Diodoro libro tertio, dicebant planetas plurimum conferre ad bona uel mala consequenda. Vnde Hermione apud Ouidium ita conqueritur:

Quæ mea cœlestes iniuria fecit iniquos?
Quodq; mihi miseræ sydus obesse querar?

Hinc igitur ab hominibus ex obseruatione cœlesti, inuenta est astrologia, in qua cœli conuersio, ortus, obitus, motusq; syderum, arte quadam conclusus est. Hanc Aegyptij, ut autor est Diodorus, à se primùm repertam asserunt, alij uerò à Mercurio. Sed idem libro quinto Actinum Solis filium ad eos astrologiæ notitiam traduxisse docet, id quod Clemens primùm Chaldeis, dein ipsis Aegyptijs assignat. At Iosephus in primo antiquitatum perspicuè demonstrat, Abraham primùm Aegyptijs, astrologiam inuentam à suis maioribus, ut infrà dicemus, tradidisse, cùm in Aegyptum ille aufugerat, & ab his cam inde simulq; Chaldæis, qui huius quoq; disciplinæ autores feruntur, ob iugem operam, quam obseruandis syderibus impendebant, ad Græcos fluxisse tradit, in primo contra Appionem dicens: Sed eos etiam qui de cœlestibus & diuinis primitus apud Græcos philosophati, id est, Pherecydem Syrum, & Pythagoram, & Thaletem, omnes concorditer confitentur Aegyptiorum & Chaldæorum fuisse discipulos. Cæterùm Plinius libro septimo, Atlantem Libyæ filium astrologiam inuenisse dicit. Quapropter Poëtæ tradiderunt hunc sustinere cœlum humeris,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Vergilius in sexto:

_Vbi cœlifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Sed idem Plinius libro 6. Ioui Belo hoc adscribit, dicens: Durat adhuc ibi Iouis Beli templum, inuentor hic fuit syderalis scientiæ. Et in 5. lib. aliter scribẽs: Ipsa gens Phœnicum in gloria magna literarum inuentionis & syderũ. Alij uolunt Assyrios reperisse: quibus tamen Seruius super sexta Ecloga Bucolicorum ait, Prometheum prius astrologiam indicasse. Verumenimuerò horum quos prodidimus, postea alios alibi huius rei autores fuisse ducimus, quandò à primordio statim orbis, liberi Seth, Adam primi hominis filij, teste Iosepho autore sanè grauißimo, in primo antiquitatum, disciplinam rerum cœlestium primùm inuenerunt, qui, ut ne dilaberentur quæ reperissent, neue antequam uenirent ad cognitionem, deperirent, cùm prædixisset Adam rerum omnium futurum interitum, duas columnas fecerunt, ex quibus una ex lateribus constructa erat, altera ex lapidibus, ut si lateritia ab imbribus destrueretur, lapidea permanens integram scripturam legẽtibus præberet. His igitur in columnis ea quæ ad obseruationẽ syderum pertinerent, inscripserunt. Proinde ab Hebræis, ad Aegyptios & Chaldæos, & deinde ad reliquos astrologiã manasse credere par est. Ac tale fuit astrologiæ artis, nempe ad sanarum mentium delyrationem duntaxat excogitatæ, initium. Defectus solis & lunæ primus Romani generis, teste Plin. libro secundo, Sulpitius Gallus, apud Græcos Thales Milesius deprehendit: Lunæ cursum, ut idem ait, Endymion. Sed defectum lunæ Plutarchus Anaxagoram primùm monstrasse dicit, in uita Niciæ dicens: Primus autem qui lunaris luminis atque umbræ causam depre

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

deprehenderit, ac literis mandare ausus sit, Anaxagoras fuit: etenim quòd is antea ignotus esset, ex eo probat, quòd cùm Nicias malè gestis rebus Siciliam deserere decreuisset, & noctu fortè luna defecisset, omnes milites propter rei ignorationem, quanquam paulò antè Anaxagoras claruerat, turbati, malum aliquod sibi portendi arbitrati sunt. Veneris syderis naturam Pythagoras Samius inuestigauit: quòd idem esse, quem Lucifrum vocamus, qui ante matutinum tempus oritur, & uesperum, quia post solis occasum refulget, Parmenides primus animaduertisse dicitur. autor Laërtius in nono. Sphæræ, teste Cicerone libro Tusculan. primo, Archemides Syracusanus repertor fuit, quòd Diogenes Musæo adscribit: Plinius uerò in VII. Anaximandro, uel potius, ut est in secundo uolumine, cap. VIII. Atlanti. Ventorum rationem Aeolus reperisse fertur: quòd ideo proditum esse duco, quia, autore Strabone lib. VI. & Plinio in tertio, ex fumo insularum propè Siciliam, in quibus ipse Aeolus regnauit, incolæ quinam flaturi essent uenti, tridiò prædicebant, unde etiam Aeolo uentos parére existimatum est. Ventos autem nonnullis placuit esse quatuor: ab Oriente æquinoctiali Solarum, à Meridie austrum, ab Occidente æquinoctiali Fauonium, à Septentrione Septentrionem, ut unaquæq; cœli regi suum haberet uentum: sunt enim totidem regiones, ortus, occasus, meridies, Septentrio. Ortus & occasus mobilia atque uaria, meridies uerò septentrioq; statu perpetuò permanent. Sed qui diligentius rem hanc pertractarunt, tradiderunt uentos esse numero octo, reliquosq; quatuor posuerunt, Eurum, Africum, Chorum, siue Caurum, Aquilonem: & id in primis Andronicus Cyrrhestes: is Athenis, teste Vitruuio, locauit turrim, et in singulis lateribus ima-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

gines ipsorum uentorum exculptas, contra cuiusq; flatus, supraq; metam marmoream posuit, ac in ea Tritonem æreum dextera manu uirgam porrigentem, quem ita fabricatus est, ut uento circumageretur, staretq; semper contra uenti flatum, uirga interim ad eius uenti imaginem uersa. Est itaq; Eurus ab oriente hyberno, collocatus inter Solanum & Austrum, inter Austrum & Fauonium: ab occidente hyberno, Africus: inter Fauonium & Septentrionem Chorus: inter Septentrionem & Solanum, Aquilo, à uehementi aquilæ uolatu dictus, Græcè Boreas uocatur, ἀπὸ τῆς βοᾶρ, quod est elamare, quia sonoro flatu est. Igitur orientales uenti tres sunt, id est, ut ab hyberno orientali incipiamus, Eurus, Solanus, quem quidam Vulturnum nuncupant, & Aquilo: ac totidem occidentales, Africus, Fauonius, Chorus. Atque ita Eurus flat aduersus Africum, Solanus aduersus Fauonium, Aquilo contra Chorum. Verùm Fauonius clarus & saluberrimus est, quem nos à fauendo nominamus, quòd genitalem habeat spiritũ: à Græcis Zephyrus uocatur, quasi ζωὴν φέρων, hoc est, uitam afferens: quemadmodum auster nebulosus et pestifer, præsertim Romæ, qui à Græcis Notus dicitur, quibus νότος humor est. Per hunc modum Andronicus Cyrrhestes ostendit, unde certi uentorum flatus spirarent, quem nunc ubique gentium seruant, positis in summitate locorum pinnis æneis, per quas uentorum flatus indicentur. At quoniam uentus nihil aliud est, nisi aëris fluctus, & idem fluctus pro locorum natura, alius alibi concitatur, idcirco factum est, ut incolæ in suis quisq; regionibus nomina aliquot uentis dederint, eosq; suos proprios habuerint, ut Scyron Athenienſium, ut Circius Narbonensis prouinciæ, ut Iapyx Apuliæ uentus est, & alij aliarum regionum. Obseruationes

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nes autem ſyderum in nauigando Phœnices adinueniſſe, autor eſt Plinius in VII. naturalis hiſtoriæ.

Qui primi geometriam, & arithmeticam inuenerint

CAP. XVIII.

NIlus totius orbis fluuiorum celeberrimus, à ſolſtitio æſtiuo, uſque ad autumnale æquinoctium, ut Herodotus libro II. & Diodorus in primo teſtatur, immenſa aquarum mole quotannis totam Aegyptum exundat: ex cuius incremento, Aegyptij uim aut penuriam futurarum frugum præuident. Aegyptus enim, cùm Nilus in XII. cubitos excreſcit, fame ſentit: in XIII. etiamnum eſurit: XIIII. cubiti hilaritatem afferunt, XV. ſecuritatem, XVI. delitias, quod iuſtum fertur eſſe incrementum: maximum autem, ætate Claudij principis, fuit cubitorum XVIII. ſicut minimum Pharſalico bello, ueluti cædem magni Pompeij prodigio quodam auerſante: autores Plinius libro V. & Strabo XVII. Cùm huiuſmodi itaque Nili inundationes limites agrorum confunderent, nunc minuendo, aliàs immutando, nonnunquam delendo ſigna quædam, quibus proprium ab alieno diſcerneretur, iterum atque iterum metiri eam terram oportebat: propter quòd Strabo XVII. geograph. & Herodotus II. aiunt, nonnullos prodidiſſe geometriam ab Aegyptijs primò inuentam eſſe, quemadmodum arithmeticam, id eſt, numeralem ſcientiam à Phœnicibus propter mercaturas. Sed Ioſephus utrunq; Hebræis attribuere uidetur, in primo antiquitatum ſic ſcribens: Illi nanq; cum eſſent religioſi, cum & eis pabula ad maius tempus exiſterent præparata, tot annorum circulis ritè uiuebant: deinde propter uirtutes, quas iugiter perſcrutabantur, id eſt, aſtrologiam & geometriam, Deus eis amplius uiuendi ſpacium condonauit.

Et

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Et deinde cùm de Abraham mentionem facit, subijcit: Arithmeticam eis quoq; contulit, & quæ de astrologia sunt, ipse quoque contradidit. nam ante aduentum Abraham in Aegyptum, hæc Aegyptij penitus ignorabant. Artem postea, ut M. Tullius autor est, Pythagoras multum amplificasse dicitur. Geometria, teste eodem Cicerone de oratore, uersatur in lineamentis, in formis, in interuallis, in magnitudinibus: quæ ita sub se cõtinet geographiam, quæ situm orbis pingit, in qua floruit Strabo tempore Tiberij Cæsaris, & Ptolemæus Traiani & Antonini Imperatorum principatu. Apud nos Plinius absolutißimè de hac re tractauit, & Solinus in collectaneis.

Quis primus reperit pondera, & mensuras, ac numeros, & de uario apud gentes numerandorum annorum modo.

CAP. XIX.

VIdetur omnino locus exigere, ut antequàm hinc digrediamur, quis pondera & mensuras ac numeros repererit, indicemus, cùm præsertim geometriæ atque arithmeticæ partes sint, scriptoresq; de hac re non planè inter se consentiant. Eutropius itaque statim in principio primi libri, Sidonium mensuras & pondera eo tempore inuenisse tradit, quo apud Albanos Procas, apud Iudæos Aza, apud Hierosolymos Hieroboam regnauit. Alij secundum Mercurium ex Creta, Iouis filium comperisse uolunt. At Plinius lib. VII. in primis hoc Phidoni Argiuo, uel, ut Gellio placet, Palamedi aßignat. Strabo autem libro V. Phædonem Eliudensem reperisse affirmat. Ex quo ita intelligendum puto, ut alij alijs primum mensuras & pondera inuenerint: uelut Diogenes Laërtius libro IX. affirmat, Pythagoram primum adinuenisse Græcis, et Iosephus primo Antiquitat. dicit, Cain Adam filium mortalium

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

lium omnium, ut credere conuenit, primùm hæc constituisse. Numerorum autem repertorem sunt qui dicant Samium Pythagoram: alij non hunc, sed alium Pythagorem Rhegynum sculptorem: alij uerò Mercurium. Livius dicit numerum putari inuentum Mineruæ. Modus numerandi annos apud Græcos per Olympiades fuit, qui aut per notas suarum literarum numerum notabant. Apud Romanos, primùm per lustrum, quod quinto quoque anno claudebatur, de quo fusius libro proximo, cap. 1111. dicemus. Deinde per clavos, qui idcirco annales uocabantur, aut per Consules, id fiebat. Clui enim in parietes ædis Iouis ea parte qua erat templum Mineruæ, in singulos annos figebantur, ut per eos numerus annorum colligeretur. Sanè lex priscis literis ac uerbis scripta erat, ut qui prætor maximus esset, Idibus Septembris clavum pangeret: nam quia raræ per ea tempora literæ erant, notæ numeri annorum, clui fuere. Mineruæ autem templo ea lex dicata erat, quòd numerus eius deæ inuentum sit. Volsinij quoque clauos numerorum indices habuere fixos in templo Nortiæ hetruscæ deæ. Postea Consules id officium fecere, & postremò solenne clui figendi ad Dictatores translatum est. At more intermisso, cùm post longum tempus pestilentia laboraretur, & seniorum memoria repetitum fuerat, aliquando eum morbum sedatum fuisse, ob clauum à Dictatore fixum, eius rei causa Lucius Manlius Dictator dictus est, qui T. Pinnarium magistrum equitum dixit. Bella scilicet placatio, uel potius puerorum certamen, qui ita solent ludere. Ecquid religionis cultusue in eo pangendo clauo esse potuit, qui parietem templi magis aperiebat, quàm claudebat? Sed ea erat illius temporis calamitas, cùm nondum ad Romanos peruenisset Dei optimi

maximi

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

maximi cognitio. Nos similiter his septem literis, C I D L M V X, numerum notamus: uel alijs notis, 1 2 3 4 5 6 7 8 9. satis omnibus cognitis, ut nihil sit, quod reliquas ponamus, earum'ue rationem explicemus.

Quis primus medicinam inuenerit, & in quot ea diuisa sit partes, ac apud quos olim non fuerit medicorum usus.

CAP. XX.

MEdicina, quæ suis diuinis, ut ita dicam, remedijs haud dubiè mortalibus inter tot morborum undique erumpentium genera uersantibus, magno ubiq; præsidio præstoq; est, dijs primùm inuentores suos, nec mehercule iniuria, assignauit, & cœlo dicauit: ipsáq; ab oraculis Deorum multifariam petita est. Hanc enim, teste Diodoro, uolunt Mercurium apud Aegyptios primùm inuenisse: secundùm uerò ueteres, Apis Aegyptiorum rex reperit, quod alij, autore Plinio libro septimo, Arabo Apollinis & Babylonis filio tribuunt, alij uerò ipsi Apollini. Vnde ad Daphnen uirginem apud Ouidium libro primo metamorphoseos dicit:

Inuentum medicina meum est, opiferq; per orbem
Dicor. Et Oenone apud eundem:
Ipse repertor opis uaccas pauisse Pheræas Fertur.

Macrobius in primo Saturnalium, huius rei ueram reddens rationem, de Apolline ait: Hinc est, quod eidem attribuitur medendi potestas, quia temperatus Solis calor morborum omnium fuga est. Clemens autem Aegyptijs omnino adscribit, eius uerò amplificationem Aesculapio primo Apollinis filio. Meruit & in ea arte laudem tertius

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tius Aesculapius Arsippi & Arsinoæ filius, qui præter cætera primus, teste Cicerone de natura Deorum, dentis euulsionem, ac purgationem alui inuenisse fertur. Hanc tamen quisquis primatus inuenerit, hoc quippe pacto excogitasse fertur. Nam cùm homines, ut Fabio Quintiliano placet, sicut antea diximus, ex obseruatione rerum, ea quæ salubria aut insalubria uisa sunt, probè notassent, huiuscemodi artem corpora curandi gratia confecerunt. Atqui Cornelius Celsus inuentionem artis scienter ponit libro primo scribens: Sæpè causa apparet, utputa lippitudinis, uulneris, neque ex his patet medicina: quòd si scientiam non subijcit euidens causa, multò minus ea potest subijcere quæ in dubio est. Cùm igitur illa incerta incomprehensibilisq; sit, à certis potius & exploratis petendum est præsidium, id est, ab his quæ in ipsis curationibus experientia docuit, sicut in cæteris omnibus artibus: nam ne agricolam quidem aut gubernatorem disputatione, sed usu fieri liquet. Ac istæ cogitationes nihil ad medicinam pertinent, cùm de his rebus qui diuersa senserunt, non ab obscuris causis, neque à naturalibus actionibus, sed ab experimentis, prout cuique responderant in perducendo homines in eandem sanitatem, medendi uias traxerint. Notarunt enim, ægrorum qui sine medicis erant, alios propter auiditatem, primis diebus cibum protinus sumpsisse, alios propter fastidium abstinuisse, & leuatum magis morbum eorum qui abstinuissent: itemq; alios in ipsa febre aliquid edisse, alios paulò ante eam, alios post remissionem eius, & optimè ijs cessisse, qui post finem febris id fecissent. Eadem ratione alios inter principia statim usos esse cibo pleniore, alios exiguo, & grauiores eos factos, qui se implcuissent. Hæc similiaq; cùm quotidie inciderent,

dilig

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

diligentes homines talia animaduertentes, ad extremum perceperunt quæ ægrotantibus utilia forent. Sic medicinam ortam inter omnes constat. Hæc ille. Postea medicina in tres diuisa est partes, ut una esset quæ uictu, altera quæ medicamentis, tertia quæ manu mederetur. Primam διαιτητικὴν, secundam φαρμακευτικὴν, tertiam χειρουργικὴν Græci appellant. Ita morbi aut uictu, aut medicamentis purgantur, manu'ue curãtur. Huius autẽ partis, id est, Chirurgiæ inuẽtor dicitur primus Aesculapius, quẽ Græci tradunt primùm obligauisse uulnus. Sed medicina, cùm nulla artium, ut Plinius ait, inconstantior sit, et sæpius mutetur, quia nulla est fructuosior, longo tempore in nocte densissima delituit, quam omnino perditam, teste eodem Plinio libro natural. histor. 29. Hippocrates genitus in insula Co, Aesculapio dicata, in lucem reuocauit: nam cùm fuisset mos, ut ait Strabo in VIII. geograph. liberatos morbis inscribere in Templo eius Dei, qui auxiliatus esset, quò postea similitudo proficeret, excripsisse ea traditur, & ita ex his hanc artem excerpsisse, qui, teste Plin. lib. 36. primus medendi præcepta longè post hominum memoriam clarissimè condidit. Romam constat primùm ex medicis uenisse Peloponnensem Archagathum Lysaniæ filium, L. Aemilio Paulo, M. Liuio COSS. anno urbis DXXXV. eiq; ius quiritum datum, & tabernam in compito Acilio emptam. Is primò uulnerarius, inde ob secandi urendiq; sæuitiam, carnifex appellatus fuit: & cùm alij accurrerent Græculi medici, idemq; facerent, omnes simul cum sua medicina in tædium uenerunt. Quare à M. Catone Censorio reprobati, urbe & Italia pulsi sunt, de quibus ipse Cato ad filium in hunc modum scripsit: Dicam de istis alio loco Marce fili, quid Athenis exquisitum habeam, & quòd

bonum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bonum sit illorum literas aspicere, non perdiscere. Vincam nequissimum & indocile genus illorum, & hoc puta ustem dixisse. Quandocunque ista gens suas literas dabit, omnia corrumpet, tunc etiam magis, si medicos suos huc mittet. Iurarunt inter se, barbaros necare omnes medicina, sed hoc ipsum mercede faciunt, ut fides his sit, & facilè disperdant. Nos quoq; dictitant barbaros & spurios, nosq; magis quàm alios opicos appellatione sœdant. Plin. etiam de huiusmodi carnificibus (sunt enim & medici peritissimi, unicum profectò aduersus tot morborum genera, hominibus subsidium) in fronte XXIX. libri ait: Nec dubium est, omnes istos famam nouitate aliqua aucupantes, animas statim nostras negotiari. Hinc illæ circa ægros miseræ sententiarum concertationes, nullo idem censente, ne uideatur assertio alterius. Hinc illa infelicis monumenti inscriptio, Turba se medicorum perisse. Et paulò inferius subdit: Nulla præterea lex, quæ puniat inscitiam capitalem, nullum exemplum uindictæ, discunt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt, medicoq; tantum hominem occidisse, summa impunitas est, &c. Atqui sapienter Babyloniij fictitabant, qui, teste Herodoto lib. I. & Strabone in XVI. geogra. medicis non utebantur, sed ægrotos in forum efferebant, ut uiri qui eos adirent, consulerent, hortarenturq; ad ea, quæ ipsi faciendo effugissent similem morbum, aut alium nouissent effugisse, nec fas erat quempiam ægrotum silentio præterire. Idem fictitabant Bastetani homines montani, qui id Hispaniæ latus incolunt, quod ad Aquilonem spectat, & Aegyptij. Ex quo Strabo lib. III. geograph. cùm de Lusitanis meminit, Bastetani, inquit, ægrotos uetusto ritu Aegyptiorum, in plateis deponunt, ut qui eo morbi genere tentati sunt, com-

e monesa

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

monefaccre eos ualeant. Quanquam non eundem semper ritum Aegyptijs fuisse, Herodotus docet lib. II. ita scribens: Iam uerò medicina apud eos hunc in modũ distributa est, ut singulorum morborũ singuli sint medici, non plurium. Itaq; omnia referta sunt medicis: alij enim sunt oculis curandis cõstituti, alij capiti, alij dentibus, alij alui partibus, alij morbis occultis. In medicina uerò deinde quamplurimi floruerũt, & in ijs Caßius Calpitanus, Aruncius Rubrius, Antonius Musa Augusto Cæsari chariß. Galenus tempore Antonini Pij, & non longè post Auicenna.

De herbariæ & medicamentariæ, atque melleæ medicinæ inuentoribus, & quæ homines ab animalibus remedia didicerint. CAP. XXI.

NOn *dubium est, quin natura herbas aut salutis aut uoluptatis gratia, ut multis constat exemplis, genuerit: nam Xanthus historiarum autor, teste Plinio libro* XXV. *tradit occisum draconis catulum reuocatum ad uitam à parente, herba, quam Balin uocant. Picus itidem auis, adactum eius cauernis cuneum, admota quadam herba, exilire cogit. Quinimò Indorum quidam, ait Herodotus libro* II. *herba tantum uictitant. Appianus etiam Alexand. scribit, Parthos ab Antonio fugatos cùm fame premerentur, in quandam herbam incidisse, quam qui comederent, nihil aliarum rerum reminiscerentur, aut intelligerent, nisi quòd lapides continuè effoderent, quasi quidpiam magni operis facturi, et sic debacchati bilem demum euomentes interirent. Quid demum plura? nihil non herbarum ui effici posset, si plurimarum uires non ignorarentur. Hæc itaque, teste Plinio, erat antiqua medicina, cuius, idem testis in* VII. *repertor fuit Chiron Centaurorum iustißimus, Saturni ex Phyllira filius, qui & medicamentariam*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

riam medicinam ad uulnera aut ulcera & huiusmodi curanda inuenit, quam tamen alij Apollini assignant. Ex quo ipse apud Ouidium dicit:

Herbarum subiecta potentia nobis.

Alij uerò Aesculapio eius filio, quem Ouidius in 11. *Metamorph. dicit medicinam hanc à Chirone didicisse, cùm illi nutriendum Apollo pater tradidisset. Alij demum Samothracum filijs, teste Eusebio, adscribunt. Verùm Chironem ideo fortasse dixerunt hanc primùm comperisse, quia, ut Plin. ait lib.* XXV. *cap.* IIII. *herbam Centaurcam reperit, quæ, sicut idem testatur, curatus dicitur à uulnere pedis, inflicto ex lapsu improuiso. fugitiæ Herculis ex suis manibus, illitæ ueneno hydræ. Nam Chiron cùm attrectaret arma Herculis, quem receperat hospitio, sagitta in eius pedem decidit. Ouidius in quinto Fastorum:*

Damq; senex tractat squallentia tela ueneni,
Excidit, & læuo fixa sagitta pede.

Ouidius tamen eum ex hoc uulnere perisse sentit, ita scribens:

Nona dies aderat, cùm tu iustissime Chiron
Bis septem stellis corpore cinctus eras.

At medicamentorum quibus morbi curantur, usum Celsus in principio libri quinti dicit antiquissimum esse: autorem tamen non ponit, sed tradit Asclepiadem medicum peritissimum magna ex parte eum usum sustulisse, quòd omnia medicamina & mali succi sint, & stomachum lædant: & definit omnes medicinæ partes ita innexas esse, ut separari nequeant, ac ideo medicinam quæ victu curat, aliquando adhibere medicamentum, & eam quæ medicaminibus purgat, adhibere rationem uictus, atque hoc pacto sanitatem aut conseruari, amissam ue recuperari. Ad herbas reuertor. Et sic alij alias herbas inuenerunt, ut

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Mercurius moly, Achilles achilleam; Aesculapius panacem, complures q; alias, quod admodum longum esset, minimeq; necessarium persequi, cùm præsertim Plinius illud ipsum disertissimè prodat. Medicinam uerò ex melle, teste Plinio, Sol Oceani filius inuenit. Animalia præterea quædam (mirum quàm multa à bestijs homo didicerit) nonnullas herbas atq; remedia commostrarunt, quæ homini postea usui forent: nam dictamum herbam ad extrahendas sagittas utilem, cerui hominibus monstrauere, percussi eo telo, pastuq; eius herbæ eiecto, id quod Cicero in secundo de natura Deorum feris capris adscribit. Iidem cerui percussi à phalangio, quod est aranei genus, aut aliquod simile, cancros edendo sibi medentur. Chelidoniam uisui saluberrimam hirundines docuere, uexatis pullorum oculis illa medentes, id quod Cornelius Celsus libro VI. naturæ eius auis, non herbæ assignat, ita scribens; Si extrinsecus ictus oculum lædat, ut sanguis in eo suffundatur, nihil commodius est, quàm sanguine uel columbæ, uel palumbi, uel hirundinis inungere. Neque id sine causa fit, cùm horum acies extrinsecus læsa, interposito tempore in antiquum statum redeat, celeberrimeq; hirundinis. Vnde etiam locus fabulæ factus est, per parentes id herba restitui, quod per se sanescit. Testudo cunilæ, quam bubulam uocant, pastu, uires contra serpentes refouet. Hedera apri in morbis sibi medentur. Ab hippopotamo, id est, ab equo quasi fluuiatili (est enim animal in Nilo) medici mittere in morbis sanguinem, quod phlebotomare uocant, didicerunt: assidua nanque is satietate grauedinosus factus exit in littus, recentes harundinum cæsuras perspeculaturus, atque ubi acutissimum uidet stipitem, imprimens corpus, uenam quandam in crure uulnerat, atque ita profluuio sanguinis morbidum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bidum corpus exonerat, plagam uerò rursus limo obducit. Simile quiddam & auis in eadem Aegypto monstrauit, quæ uocatur Ibis, ciconiæ ferè similis, & ipsa quoque serpentum pernicies. Hæc rostri aduncitate per eam partem se perluit, qua reddi ciborum onera consueuere. Hinc clysteris usum medici primùm didicerunt. Mustela in anguium uenatu ruta sibi salutem quærit, Ciconia origano. De herbis autem primus omnium quos memoria nouit, Orpheus accuratissimè scripsit: post eum Musæus, etsi per idem temporis ambo fuisse dicuntur, necnon & Dioscorides. Apud nos primùm M. Cato, deinde Pompeius Leneus Magni Pompeij libertus, qui exemplaria Mithridatis Regis de ui herbarum, iussu Magni Pompeij, omnia, regia præda potiti, in nostrum sermonem transtulit. Quo primùm tempore Plinius se animaduertisse ait hanc scientiam ad Romanos peruenisse.

Quis primus magicam artem inuenerit, & à quibus celebrata: & quis modum effugandi dæmones, aut incantationes ediderit quibus morbi sedarentur.

CAP. XXII.

EXigit locus, ut de origine magicæ artis prius dicatur, quam libri finem faciamus, quandoquidem natam primum à medicina nemo dubitat. Hæc itaque à Zoroastre in Perside, autore Plin. lib. XXX. ut inter autores conuenit, ortum habuisse fertur. Iustinus in principio suæ epitomes, hunc Zoroastrem, qui magicam artem reperit, Bactrianorum regem fuisse dicit, qui, teste Eusebio de temporibus, & in X. de præparat. Euangel. plus DCCC. ferè annis ante Troiana tempora fuit, quo etiam tempore Abraham & Ninus fuerunt, cùm ageretur annus ab urbe condita, ter nullesimus ac CLXXXV. At annos deinde post DCCC.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

& circiter x v. Troia à Græcis capta est, qui fuit annus orbis conditi quater millesimus. Lactantius autem & Eusebius, malos dæmones hanc simul cum cæteris improbis artibus inuenisse tradunt: quam omnium artium fraudulentissimam Plinius esse asserit, miraturq;, quo modo multis seculis in toto terrarum orbe ualuerit: atque id ob eam causam euenisse putat, quòd sola artium treis alias imperiosissimas humanæ mentis complexa, in se unam redegerit. Quippe à medicina primò, ut dictum est, manauit, ac specie salutari irrepsit sanctior quàm medicina: ita desyderatissimis promissis addidit uires religionis, ad quam maximè alligantur hominum mentes: post hæc miscuit mathematicas artes, nullo non auido de se futura sciendi, atque ea è cœlo uerissimè peti credente. Ita possessis hominum sensibus, triplici uinculo cò usque adoleuit, ut in magna humanarum gentium parte plurimum ualuerit, magnamq; uim, uti poëtæ testimonio sunt, semper habuerit. Nam Vergilius in Damone de Circe ait:

Carminibus Circe socios mutauit Vlyssis.

Et quemadmodum fruges aliò pellicerentur, Idem:

Atque satas aliò uidi traducere messes.

Quinetiam elementa quoq; concuti, & mentes hominum turbari, & sine ullo ueneni haustu, sola carminis uiolentia homines interimi putarunt. Maro:

Carmina uel cœlo possunt deducere lunam. Item:
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Et Ouidius de sine titulo:

Carmine læsa Ceres sterilem uanescit in herbam,
Deficiunt læsi carmine fontis aquæ. Lucanus:
Mens hausti nulla sanie polluta ueneni,
Incantata perit.

Huius

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Huius autem ueneficij, quamuis per totum orbem terrarum peruaserit, Lucano in sexto Pharsaliæ, & Apuleio de magia libro primo & secundo, & Plinio in xxx. autoribus, Thessaliam in primis infamia flagrasse constat. Extabant etiam ætate Plinij, ut ipse testatus est, eius uestigia apud Italicas gentes in xii. tabulis. Circe etiam Circeum montem habitans iuxta Caietam, ex ea arte mirandos ostēdit euentus. Ac tale est magiæ inuentum. De hac quis scripserit, non planè compertum habemus. Plinius libro tricesimo dicit Hostanem de ea primùm commentatum esse: atque Pythagoram, Empedoclem, Democritum, & Platonem, ad hanc discendam nauigasse, hanc reuersos prædicasse, & in arcanis habuisse, sed præsertim Democritum: unde magiam Democrito, medicinam eadem ætate, Hippocrate illustrante, floruisse approbat, circiter ccc. urbis annum. Idem Plinius in hac parte longè post homines natos haud modestissimus: Est & alia, inquit, magices factio, à Mose etiamnum & Iochobel Iudæis pendens. Fuit autem Iochobel ipsius Mosis mater. Cæterùm ex Plinij ore piaculū illud idcirco, ut arbitror, temerè prodijt, quoniam cùm Deus signa quædam edidisset, quibus Hebraicus populus facilè crederet, Mosen sibi ab ipso ducem esse constitutum, rex Pharao (sic enim Aegyptij patria lingua, teste Iosepho in octauo Antiquitatū, regem nominant) hæc tanquam uana deridēs, iussit Aegyptiorum sacerdotes eadem facere, qui statim uirgas in draconem uerterunt. At Moses ut humanis diuina multò maiora esse demonstraret, uirgam in terram proiecit, quæ in colubrum uersa, Aegyptiorum uirgas in draconem translatas repentè uorauit. Autor Iosephus in secundo de Iudæorum antiquitatibus, & Eusebius libro nono, de præparatione Euangelica.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Cùm Moses igitur hæc & plura alia diuinitus ageret, homines qui magis falsis quàm ueris inhærent, magica arte fieri putabant. Modum autem effugandi dæmones, quibus sæpè corpora humana uexantur, & incantationes quibus morbi sedari solent, Salomon rex primus docuit, dicente Iosepho in octauo antiquitatum: Præstitit autem Deus etiam ei, ut contra dæmones, artem ad utilitatem hominum edisceret, & incantationes instituit, quibus ægritudines soleant mitigari: modum etiam coniurationum, quibus obstricti dæmones ne denuò redeant, effugantur, inuenit. Et quonam pacto huiusmodi dæmones expellerentur, perspicuè demonstrat: Vidi etenim, inquit, quendam Eleazarum de gente nostra, præsente Vespasiano, & eius filijs, & tribunis, alioq; simul exercitu, curantem eos qui à dæmonibus uexabantur. Modus autem medicinæ fuit huiusmodi: Intulit naribus eius qui à dæmone uexabatur, annulum habentem subter signaculum radicem à Salomone monstratam, deinde dæmonem per nares odorantis abstraxit, & repentè cecidit homo, postea coniurauit eum, iuramentum obijciens Salomonis, ne ad eum denuò remearet, id est, cantica, quæ ille cõposuit, super eum dicenda uolens, &c. Hodie etiam sacerdotes nostri, uti uidemus, sacris quibusdam uerbis dæmones ex humanis corporibus exire cogunt, & quibus benedicunt ægrotis, ij ut plurimum bellè habent. Quam sanè potestatem CHRISTVS seruator noster apostolis dedit, cùm apud Marcum euangelistam dixit: Ite in mundum uniuersum, & prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uerò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur: Per nomen meum dæmonia eijcient, linguis loquentur

nouis,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nouis, & si quid mortiferum biberint, non nocebit eis. Super ægrotos manus imponēt, & benè habebunt. Hæc autem mihi hoc loco potißimum commemorare placuit, quò legentes facilè intelligerēt, diuina uerba longè quàm dæmones aut artem magicam, uim maiorem habere.

De origine necromantiæ, pyromantiæ, aëromantiæ, hydromantiæ, geomātiæ, & chiromantiæ. CAP. XXIII.

MAgi, qui Persica lingua sapiētes appellantur, apud Persas potißimum, teste Laërtio, deorum cultui uacabant, precando illis uota & sacrificia faciebant, de eorum substantia, id est, ui ac natura, & genealogia disserebant, uitam in primis frugaliter uiuentes. Sed usque eò aucta est eorum uanitas, ut non solùm obseruatione syderum futura prædicere, uerùm artibus quibusdam ueritatis umbras habentibus, & rerum ac uerborum maleficijs, & scire se omnia & facere posse profiterentur. Ab his igitur sex magices artis species fluxerunt, necromantia, pyromantia, aëromantia, hydromantia, geomantia, atque chiromantia: quamuis M. Varro lib. 7. diuinarum rerum, illas priores quatuor tantum aßignauerit. Est autem necromantia, diuinatio per cadauera, ut mortuus apud Luca. in sexto suscitatus, euentum belli Pharsalici Sexto Pompeio prædixit. Pyromantiam uocant, qua per ignem diuinatur, dum inspicimus, quid fulgur, quid fulmen, quid'ue ignea uis significet, ut Tanaquil Tarquinij Prisci regis uxor, teste Liuio ab urbe condita, & Dionysio in 4. uidens flammam lambere Seruij Tullij caput, illum Romanorum regem fore prædixit. Aëromantia diuinatio per aerem, utputa per auium uolatum, gustum, cantum, ac uētorum grandinum q; insuetas procellas: ut ferrum, sicut ait Plin. lib. 2. quo in Lucanis pluit, significauit M. Craßi in Parthis in-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

teritum: ueluti quoq; lapides, quibus, autore Liuio in 1. de secũdo bello punico, in Piceno pluisse nuntiatum fuit, strages illas indicarunt, quas Annibal Italiæ intulit. Hydromantia, ex aqua, quemadmodum Varro prodidit, puerum uidisse in aqua effigiem Mercurij, quæ C L. uersibus omnem Mithridatici belli pronuntiauit euentum. Geomantia, diuinatio per terrarũ hiatus. Chiromantia, diuinatio per linearum manuum inspectionem. Iuuenalis satyra 6. Frontemq; manumq; Præbebit uati. Quæ omnia superstitiosa sunt, atque omnino ridicula: nam illis qui ea exercent, egestas semper imperat, qui, ut M. Tullius libro. 1. de diuinatione prope finem, ait, sibi semitam non sapiunt, alijs monstrant uiam: quibus diuitias pollicentur, ab ijs drachmas ipsi petunt. Hos igitur tanquam maleficæ superstitionis homines omnia corrumpentes, omnia inquinantes, ac propterea dignos qui malè semper audiant, declinemus, ac potius insectemur, ut uera sanctaq; religione imbutos decet.

De duobus diuinãdi generibus, & de origine aruspicinæ artis, & sortium Prænestinarum, & quis somniorum interpretationem docuerit. CAP. XXIIII.

DVo *sunt, autore Cicerone de diuinatione uolumine primo, diuinandi genera, quorum unum naturæ est, alterum artis. Est autem natura in ijs, qui non ratione, aut coniectura obseruatis ac notatis signis, sed concitatione quadam animi, aut soluto liberoq; motu futura præsentiunt: quod & somniantibus sæpe contingit, & nonnunquam uaticinantibus per furorem, ut accidisse legimus Sibyllæ Erythrææ, & sacerdotibus nonnullis: cuius generis oracula etiam habenda erant, qualia fuerunt oracula Apollinis, aut Ammonis, aut reliquorum, in quibus homi-*

nes

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nes crebrò illudebantur, ueluti quæ arte dæmonum, humanaq; fraude reddebantur. Verùm prophetæ, qui diuino spiritu, non furore lymphatico afflati erant, nunquam fallebant. Ars uerò in ijs est, qui nouas res coniectura persequuntur, & ueteres obseruatione didicerunt, quæ apud priscos habuit aruspicinam, augurium, astrologiam, & sortes. Aruspicina, teste M. Tullio lib. 1. de diuinatione, apud Hetruscos, ut illi futiliter prædicabant, primùm ortum habuit: nam, ut idem in 2. de diuinatione ait, aranti cuidam in agro Tarquiniensi, & sulcum altius imprimenti, subitò è terra extitit quidam, qui Tages appellatus, facie quidem puerili, sed senili prudentia, à quo uniuersa Hetruria aruspicinam edocta est, quæ ab ara & inspiciendo sibi nomen uindicauit. Sed Plinius lib. 7. aruspicij inuentionem cuidam Delpho tribuit, sicut ignispicij Amphiarao. Hæc autem continet in se exta, fulgura & ostenta: mactata enim hostia ad aram, eaq; aperta, quomodo cor, hepar, & reliqua exta sese haberent, inspiciebant, ex eorumq; habitu atq; colore futura coniectabant: ut, quo die primùm in sella aurea sedit Cæsar, in boue quem immolauit, cor non apparuit. Cicero & Appianus Alexand. lib. 2. de bellis ciuilibus autores. Ex quo futuram infelicitatem prædixerunt aruspices. Ostenta autem sunt, quæ præter naturam euenientia, futurum aliquid significant: ut cùm in exercitu Xerxis, autore Herodoto, libro historiarum 7. in Europam traiecto, equa bellicosissimum animal, leporem timidissimam feram peperit, quod fertur portendisse tantum exercitum fugam moliturum. Hæc uerò, ut Cicero inquit, quia ostendunt, portendunt, monstrant, prædicunt, ostenta, portenta, monstra, prodigia dicuntur. Tertia pars aruspicinæ in fulminc, & in fulgure, & tonitru consistit. Vergil.

De

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

De cœlo tactas memini prædicere quercus.

Hæc omnia sub aruspicina sunt. nam idem Cicer.ait: Sed quoniam de extis & de fulguribus satis est disputatum, ostenta restant, ut tota aruspicina sit pertractata. Atq; hæc est aruspicina, quam qui exercent, tum aruspices, tum extispices nuncupantur. In secunda autem parte eius diuinationis, quæ est artis, auspicia, siue auguria ponuntur. Auspicia quæ ab auibus inspiciendis, sicut auguria ab auium gustu, uel garritu dicuntur, Tiresiam Thebanum inuenisse, Plinius in 7. autor est. Auguria uerò idem testis, ex auibus Caras, à quo Caria dicta est, reperit: ex cæteris uerò animalibus adiecit Orpheus. Verùm huiuscemodi augurãdi artem quidam à Chaldæis ad Græcos, apud quos Amphiaraus, Mopsus, Chalchas, summi augures fuerunt, à Græcis ad Hetruscos, ab Hetruscis ad Latinos uenisse uolunt. In auibus autem tria erant diuinandi genera: aliæ enim aues uolatu, ut præpetes, quarum uolatum Phryges, teste Clemente, primi obseruauerunt: aliæ cantu, ut oscines, aliæ gustu futura prædicebant. Tertium genus ex tripudio solistimo futura indicabat. Porrò solistima tripudia dicebantur auguria, quæ fiebant quoties offa quæ pullis dabatur, aliquo modo cadebat in solum, ac ita à solo solistimum uocamus. Sed hæc augurandi ars quanti faciendà sit, Mossolamus Iudæus, uir equidem sapientissimus, perspicuè demonstrauit. Is enim, sicut Iosephus in primo antiquitatis, cõtra Appionem, ex Hecatæo tradit, cùm in bello esset, & uates quidam dum iter facerent, statim iussisset omnes eatenus consistere, quoad ex aue, quæ in proximo erat, augurium ageret, tacitus sumpto raptim arcu, ac emissis sagittis, auem interemit: ac uati & nonnullis alijs id iniquo animo ferentibus, Quid furitis, inquit, mali dæmones?

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mones? hæc enim auis suæ ipsius salutis nesciens, nostri itineris euentum nobis potuit prædicere? si enim præscire futura potuisset, in hunc locum nequaquam uenisset, metuens ut sagittis à Mossolamo Iudæo peteretur. Cæterùm hæc quantum olim apud omnes ferè gentes autoritatis haberet, multis in locis testatur Cicero de diuinatione, præsertim in primo scribens: Quis rex unquam fuit, quis populus, qui non uteretur prædictione diuina, neque solùm in pace, sed in bello? & reliqua. Sed Romani in primis usi sunt, eodem dicente: Omitto nostros, qui nihil in bello sine extis agunt, nihil sine auspicijs domi habēt. Hæc ille. Apud eos insuper, ut Liuius, Dionysius, & Fenestella testimonio sunt, summa religione augurū collegium colebatur, quorum ius in Romana republica Cicero in secundo de legibus, maximum & præstantissimum appellat. Quid, quod augur, ut ait Plutarchus in problematis, ob nullum maleficium sacerdotio priuabatur? quia non honoris & magistratus, sed scientiæ & artis nomen est augur. Diuinabant etiam per sortes, quas in Latio Numerius Suffusius, teste M. Tullio in secūdo de diuinatione, primus inuenit, apud Prænestinos, sculptas in robore literarum priscarum notis, quæ fortunæ monitu, pueri manu muscebantur atq; ducebantur, de quibus etiam Tranquillus in Tiberio meminit. Somniorum interpretationem, autore Plinio in septimo, Amphictyon primus docuit, quod Trogus Ioseph Iacob filio attribuit, quem omnino peritissimè somnia esse interpretatum Iosephus in secūdo antiquitatum itidem affirmat. Clemens uerò Telmessinis assignat. Sed hæc omnia fallacijs inuenta sunt, aut ad superstitionem, aut ad errorem, uel ad quæstum, quandò homines qui hæc profitentur, tantum abest ut ulla in parte prodesse queant, ut etiā

max

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

maximè noceant: nam, sicut Phauorinus, teste Gellio lib. noctium atticarum decimoquarto, dicebat, si dicunt prospera, & fallunt, miser fies, frustra expectando: sin aduersa dicunt, & mentiuntur, miser fies, frustra timendo. Si uerò non prospera respondent, iam inde ex animo miser fies, antequam fato fias: sin felicia uetura omnino promittunt, expectatio spei te adèò suspensum fatigabit, in omnem futurum gaudij fructum spes ipsa tibi ademerit. Præterea ecquid iuuat, aut quid affert ad cauendum, scire aliquid futurum, cùm id certè futurum sit, cùm tamen nullo modo prænosci possit? Vergilius:

Nescia mens hominum fati, sortisq; futuræ.

Quapropter Moses ille sapientissimus, istiusmodi pestiferas artes populo suo uetuit, mandans ac dicens: Non augurabimini, nec obseruabitis somnia, non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid scisciteminì. Et per illud primùm diuinæ legis præceptum, Vnum uerum Deum colito, iuxtà prohibuit easdem, imò Deus ipse.

Quæ omnia & seruator noster CHRISTVS procul nobis esse uoluit, cùm dixit, Serua mandata.

Sed hæc alibi, cùm de re Christiana agetur.

LIBRI PRIMI FINIS.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

POLYDORI VERGILII VRBINATIS DE INVENTORIBVS RERVM LIBER II.

De Iuris ac legum origine,& qui primi mortalibus leges dederint,& quæ causa a principio dãdi fuerit. CAP. I.

QVANQVAM disciplinarum liberalium originem primo tantum libro complecti, deinde autem in reliquis aliarum rerum inuentionem tradere statueram, rei tamen magnitudo fecit, ut multò sanè quam uolebam, longior essem. In hoc itaque secundo libro de Iuris primùm atq; legis origine commodè dicam. IVS, ut Paulo Iurisconsulto placet, uno modo bonum semper dicitur. Lege uerò nihil aptius est ad conditionem humanæ naturæ, dummodo, ut Cicero uult in tertio de legibus, pro imperio capiatur: sine ea enim nec domus ulla, nec ciuitas, nec gens, nec hominum uniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest: nam & hæc Deo paret, & huic obediunt maria, terræq;, & hominum uita iussis supremæ legis obtemperat. Est itidem lex, ut Chrysippus definit, diuinarum humanarumq; rerum notitia, item recti iussio, prauiq; depulsio, donum Dei, dogma hominum sapientum, de qua mox dicemus. Ius autem, quãuis plurimis modis dicatur, Vlpianus diuidit in naturale, gentium, & ciuile. Naturale appellat, quod non solùm humani generis proprium est, sed omnium quæ in terra, quæ in mari, cœloq; nascuntur: nam in nonnullis animalibus uidemus maris & fœminæ coniunctionem, liberorum procreationẽ, educationemq; quodam iure naturæ, quod, iste

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

teste M.Tullio in primo de legibus, in natura positum est, & ab ea, hoc est, à Deo initium habet. Ius gentium, quo solùm homines utuntur. Ciuile, ut Romanorum, Spartanorum, Athenienſium, quod legibus, interpretatione duodecim tabularum, plebiſcitis, ſenatuſconſultis, decretis principum, & autoritate prudentum conſtat. Principis uerò legis non ſcriptæ, ſed in natura poſitæ, ex qua homines deinde leges condiderunt, quæ origo ſit, & quid ipſa ſit, Cicero in ſecundo de legibus facilè declarat, cuius ideo uerba ponam. Hanc igitur, inquit, uideo ſapientiſsimorum fuiſſe ſententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam, nec ſcitum aliquod eſſe populorum, ſed æternum quiddam, quod uniuerſum mundum regeret, imperandi prohibendiq; ſapientia. Ita principem legem illam & ultimam mentem eſſe dicebant, omnia ratione aut cogentis, aut uetantis Dei. Ex quo illa lex, quam dij humano generi dederunt, rectè eſt laudata: eſt enim ratio mensq; ſapientis, ad iubendum, & ad detrahendum idonea. Et infrà ſubdit: Orta eſt autem ſimul cum mente diuina. Quamobrem lex uera atque princeps, apta ad iubendum, & ad uetandum, ratio eſt recta ſummi Iouis. Deinde ſuggerit, ita concludens: Eſt ergo lex iuſtorum iniuſtorumq; diſtinctio, ad illam antiquiſsimã & rerum omnium principem expreſſa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ ſupplicio improbos afficiunt, & defendunt & tuetur bonos. Huiuſcemodi ergo legum originem hoc loco prodendam cenſeo. Has itaque leges mortalibus omnium prima dedit Ceres. Ouidius in 5. Metamor.

Prima dedit leges, Cereris ſunt omnia munus.

Diodorus itidem libro ſexto, ait: Nam præter ab ea repertum frumentum, leges dedit, quibus iuſtè pieq; homines uiuere

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uiuere assuescerent, ex quo & legiferam dixerunt. Herodotus etiam in sexto, inquit: Cùm in agrum Ephesium ingressi essent, sub noctem ad urbem contendebant, cùm illic à mulieribus sacra legiferæ Cereris fierent. Et Vergilius in quarto Aeneid.

Mactant lectus de more bidentes
Legiferæ Cereri.

Idem sentit Plinius libro 7. Cæterùm ut alij uolunt, Rhadamanthus primus edidit, postea alij alijs primò leges tulerunt. Draco enim primus dedit Atheniensibus, deinde Solon, Aegyptijs Quintus Mercurius, aut Aethiopes, quorũ ipsi Aegyptij coloni dicuntur. Minos Cretensibus, Lycurgus Lacedæmonijs, Tyrijs Charandes, Phoroneus Argiuis, Romulus Romanis, Italis Pythagoras, uti Dionysio placet, Arcades, ipsis uerò Arcadibus Apollo quartus. Sed ne uerè Dei erga nos diuini muneris immemores uideamur, ipsi primùm hanc rectè beatéq; uiuendi normam, sicuti cætera omnia, acceptam referre debemus: quod nec Ciceronem etiam tam propè, ut mõstratum est, duce natura, ad uerum accedentem latuisset, si ullam ueri Dei unquam cognitionem habuisset: Deus enim autore Iosepho libro. 3. antiquitatum, leges quas deinde hominibus constitutas uolebat, primò Mosi tradidit, qui deinde primus legislatorũ omnium quos commemorauimus, quippe quibus, teste Eusebio, longè ætate superior fuit, eas Hebræis dedit. Testis idem Iosephus contra Appionem: Dico igitur nostrum legislatorem quemlibet qui memorantur legislatorum, antiquitate præcedere: Lycurgus enim & Solon & Zaleucus Locrenus, & omnes qui apud Græcos mirabiles sunt, nouelli atque recentes, quantum ad illum comparati, esse noscuntur, quandò nec ipsum nomen legis fuisse olim apud

f Græc

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Græcos agnoscitur: testis Homerus est, qui nusquam in opere suo hoc usus est nomine. Et paulò inferius addit: Nã cùm sit tempus infinitum, si quis eum comparet aliorum legislatorum ætatibus, hũc ultra omnes inueniet. Eusebius quoque in 10. de præparat. euangel. Mosen multò ante Cererem, quæ fertur prima, ut diximus, leges edidisse, fuisse testatur. A Deo igitur, quem Cicero Iouem uocitat, lex originem habet, & eam mortalium omnium primus Moses Hebræis cõstituit, quæ cæteris deinceps hominibus condendarum legum haud dubiè exemplar fuit. Ac talis iuris atque legum origo. Verùm hoc loco illud disputandum uidetur, quid fuerit, quamobrem lex ista scripta non perinde ut altera bona, postremò lata sit, quæ, ut apostolus Paulus ait, iram operatur, & sexcentis pœnis mortales obligat. Contrà illa prior lex quæ non scribitur, sed nascitur, ac profluuio quodam naturæ fonte in humanum ingenium à primo fluit, sine fraude, sine dolo est, particeps iustitiæ, expers iniquitatis. Quapropter è re nostra minus fuisse uidetur, ut altera introducta sit, quæ nobis malo est. Proinde operæpretium est de origine istius legis subtilius tractare, & quia diuus Ambrosius epistola LXXI. ad Irenæum, illud planè facit, eum ideo ita dicẽtem attendamus: Certum est, inquit, non fuisse legem necessariam, quæ per Mosen data est: nam si naturalem legem, quam Deus creator infudit singulorum pectoribus, homines seruare potuissent, non fuisset opus ea lege, quæ innodauit magis quàm soluit humani generis infirmitatem. Soluit eam naturæ legem Adam, qui uoluit sibi arrogare, quod non acceperat, ut esset sicut eius creator, qui ita per inobedientiam, contraxit offensam: nam si non rupisset imperium, prærogatiuam naturæ atque ingenitæ sibi innocentiæ, hæredi-

bus

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bus proprijs reseruasset. Ergo quia lex uiolata est, ideo præscriptum nouæ legis necessarium fuit, ut uel partem haberet, qui totum amiserat. Simul quia causa deiectionis superbia fuit, debuit ea lex dari, quæ eum Deo subiectum redderet: nam sine ista lege peccatum nesciebatur, & minor erat culpa, ubi erat culpæ ignorantia. Vnde Dominus ait: Si non uenissem, & locutus non fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent. Lata est ergo lex, primùm, ut excusatio tolleretur, cùm præscriptum antè non esset, quod pro se quisq; caueret: deinde ut omnes subijcerentur Deo. Sed dices: Lex auxit peccatum, cœpit mihi obesse scire. Verùm dicis: est tamen quod consolari potest tuam solicitudinem: quia si per legem abundauit peccatum, per eandem abundauit & gratia, per IESVM CHRISTVM, sicut testificatus est Ioannes, dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Habes igitur legem non necessariam fuisse, si illam naturæ legem seruare potuissemus: sed quia nõ seruauimus, idcirco ista lex per Mosen data, facta est necessaria, ut doceret me obedientiam, & transgressionis Adam solueret laqueum, qui totam astrinxit hæreditatem, &c. Cæterùm extra tripartitam illam iuris diuisionem, quam Vlpianus fecit, habemus in nostra religione ius pontificium, in quo multi cùm memoria nostra excellunt, tum antea claruerunt, qui olim non sine honoris præfatione nominabantur, & in primis Theseus Pinnius auunculus meus, quem nemo aut nimis ualdè unquam, aut nimis sæpe laudauerit. Fuit enim uir pontificij pariter atque ciuilis iuris peritissimus, qui in præclarissimis Italiæ ciuitatibus maximis honoribus functus, ubique summæ iustitiæ uirtutisq; omnis se specimen præstitit: à quo profectò haud longè abest Pe-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

trus Matthæus eius frater, Iurisconsultissimorum consultissimus.

Qui regiam uel popularem ciuitatem principiò instituerint, tyrãnidemq; exercuerint, & diadema uel seruitium inuenerint, & quis Areopagitarum magistratum constituerit, aut suffragia inuenerit. CAP. II.

QVoniam de legis origine, sine qua, nulla Respublica consistere potest, proximo capite huius uoluminis docuimus: porrò res ipsa postulat, ut priusquam hinc digrediar, quale apud gentes regimen ciuitatis principiò fuerit, demonstremus. Est igitur apud mortales, teste Platone libro de regno, trifariam diuisa reipub. administratio: una enim uocatur monarchia, id est, unius imperium: altera aristocratia, hoc est, optimatum regimen: tertia uerò democratia, id est, popularis principatus: quarum quæ præferenda sit, non facilè dixerim: rex enim cui pro libidine omnia licet impunè agere, ac ob id nihil interdum potius est, quàm quod in rem suam esse uidet, rarò bene imperat. Plebs etiam, cui proprium est nihil intelligere, aliquanto peius. Pauci uerò, id est, optimates, cùm princeps esse pro se quisq; optet, nec satis concordes regnant. Quare Diocletianus, autore Vopisco, dicere solitus erat, nihil esse difficilius, quàm bene imperare. Optimè tamen unus, optimè populus, optimè pauci imperãt, si boni sunt. Ex quo alij aliam constituerunt ciuitatem. Aegyptij primi omnium, teste Plinio libro septimo, regium principatum habuerunt, ut qui, ueluti ait Herodotus, nullo temporis momento, poterant sine rege uiuere: apud quos primus, quòd memoriæ proditum sit, mortalium Menes regnauit, autores Herodotus libro secundo, & Diodorus in primo. Cæterùm nemo, teste Platone, in libro de regno,

rex

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rex creabatur, nisi qui sacerdotio præditus foret. At si ita usu ueniret, ut unus aliquis prophanus regnum peruim adipisceretur, is postea sacris initiari cogebatur, quò esset rex, & sacerdos. Diadema autem, quod regium est insigne, Liberum patrem adinuenisse, autor est Plinius in septimo: cuius nimirum rei Diodorus ueram rationem reddere uidetur, aiens: Mitra uerò caput ei ligatur, propter dolores, qui fumante uino, caput aggrediuntur. Popularem ciuitatem Attici, ut Plinius in septimo tradit, primi instituerunt: sed ijdem reges etiam habuere, quorum primus fuit Cecrops Diphyes, æqualis Mosis: nã, autore Iustino libro primo, ab initio quæque ciuitas & gens, rerum publicarum imperium penes reges habebat, quos ad fastigium huius maiestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat. Ex quo, teste Aemilio Probo, in uita Agesilai, apud Lacedæmonios reges erant, qui nomine magis, quàm imperio reges appellarentur: & primus rex fuit Eurysteus, Argis II. Archestratus III. Lobotes IIII. Doristus V. Agesilaus VI. Archelaus VII. Telechus VIII. Alcamenes IX. & ultimus. Ninus autem, testis est idem Iustinus, rex Assyriorum primus omnium ueterem gentium morem noua imperij cupiditate mutauit: atque idem primus omnium, sicut ait Eusebius in decimo de præparat. euangelica, totius Asiæ, excepta India, imperio potitus est. Verùm quòd Attici popularem ciuitatem primùm constituerunt, uti Plinius prodidit, nemo est qui ambigat hoc à uero ualde esse alienum. Hebræi enim, à quibus Iosephus in primo antiquitatum, cæteras nationes originem traxisse pulcherrimè probat, uti superius ostendimus, multis antè seculis, quàm aut Attici imperarent, aut Athenæ conditæ forent, regnarunt, quorum res-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

publica, eodem Iosepho autore libro uigesimo antiquitatum, primò quidem sub populari potestate diu permansit. Ab his proinde democratiam primùm manasse rectius est credere, quàm ab Atticis, qui posteriores fuerunt. Aristocratiam, id est, optimatum imperium, quale Romani post exactos reges diu habuerunt, qui primi constituerint, non facilè tradiderim, si illud non sit assignandum Thebæis, qui, teste Eusebio, temporibus Nini regis Aegyptijs imperabant, quorum dominatus δωναστεία dicebatur, hoc est, potestas, quòd qui potentiores nobiliores q; essent, ijs reipub. administrandæ imperium daretur. Et hoc circiter annum ab orbe condito, ter millesimum, & CLXXXV. quo Abraham natus est. Post Theseum tyrannum, primus fuit Phalaris Agrigenti, ait Plinius in septimo: propter quod innuere uidetur Theseum primum omnium fuisse tyrannum, secundum uerò Phalaridem. Sed Nemroth ex stirpe Noë ortus, non multò post diluuium, Babylone tyrannus fuisse perhibetur. Ita ait Iosephus in primo antiquitatum: Nemroth quoque filius Chusi permanens apud Babylonios, tyrannidem exercuit, sicut à me primò etiam declaratum est. Hæc ille. Tyrãnum olim uocabant bonum dominum, ac, teste Trogo, fortem. Vergilius:

Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.

Postea hæc uox ad eos translata est, qui ui quadam ac libidine dominantur, quorum lex est, Hoc uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas, quandò omnia ex potentia & uoluntate metiuntur. Seruitium, teste Plinio, Lacedæmonij inuenere, quandoquidem Cleomenes Lacedæmonius, teste Macrobio, libro primo Saturnalium, ex seruis manumissis, bellatorum nouem millia conscripsit, qui quoniam in bello non necabantur, sed uiui seruabantur, serui appellati

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

lati sunt. Hi sub corona postea uendebantur. Cato : Vt populus sua opera potius ob rem bene gestam, coronatus supplicatum eat, quàm re malè gesta coronatus ueneat. Reperio tamen, *antequam* Lacedæmonij, *teste* Iosepho *contra* Appionem, *rerum potirentur, apud* Hebræos *multos fuisse seruos, & eius seruitutis originem profectam à* Chanaan, *filio* Cham, *qui fuit unus ex filijs* Noë, *is enim treis genuit,* Sem, Cham, *&* Iaphet. Quippe Cham *cùm uideret patrem* Noë *fortè ebrium humi parum honestè iacentem, uituperauit eum apud fratres.* Quare *permotus senex,* Chanaan *nepotem ex filio* Cham, *seruitute mulctauit, re tum noua ac grauissima, uti in libro* Genesis, *capite nono, est. Sed hic dices :* Ecquid *fuit quamobrem* Chanaan *ob patris peccatum seruitute affectus fuerit, cùm iuxta prouerbium, filius non debeat plecti ob patris culpam?* Non equidem de nihilo dubitas, *id etenim factum tradunt, ut pœna* Chanaan *filio illata, dolori esset patrì* Cham, *quandò ita solent parentes angi filiorum cruciatu. Nam cùm* Deus Noë *pariter atque eius filijs antea benedixisset, senex postea non est ausus in filium, etsi impium, quicquam statuere, idcirco nepotem puniuit, quò eius pater filij uicem dolens, sic delicti pœnas daret. Ac tale seruitutis initium, cùm inciperent homines iam molliter uiuere. Forma autem manumittendi serui talis apud antiquos fuit. Dominus caput, aliud'ue membrum serui tenens, aiebat, Hunc hominem liberum esse uolo : atque his dictis, eum de manu emittebat. Areopagitarum autem magistratum,* Plutarchus *à* Solone *constitutum affirmat, quòd de Areopagitis à* Dracone *nulla unquam mentio facta sit. In eo primùm* Athenis *capitis iudicium actum est, autor* Plinius *libro septimo. Areopagus urrò* Latinè *dicitur*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tur curia, siue pagus Martis. Causa nominis ex iudicio est, quo Mars, qui Græcè ἄρης uocatur, cùm homicidij reus fieret, iudicantibus duodecim dijs in eo pago, ut scribit Augustinus in 18. de ciuitate Dei, sex sententijs absolutus est: ubi enim pares sunt sententiæ, absolutio damnationi præponitur. Fuit inde Areopagitarum magistratus, uti dictum est, institutus, quorum summa erat autoritas. Ii erant iudices, qui de capitalibus causis pronuntiabant, tanta grauitate, tantáq; integritate, ut noctu, non interdiu, causas cognoscerent, quò non dicentes, sed duntaxat quæ dicerentur, spectarent, secumq; ponderarent. Suffragia quibus in deliberando iudicandoq; utimur, Palamedes primus omnium reperit.

De triplici regiminis genere Romanæ ciuitatis, & de origine insignium regum, & ex qua arbore fierent magistratuum uirgæ, atque quis primus censum instituerit, & de senatorio atque equestri censu, uel carcerem ædificauerit; & ibidem quid esset lustrum conditum, ac de initio tributi imponendi. CAP. III.

EGo mediusfidius semper illam Plinij sententiam, Posteris laxitas mundi, et rerum amplitudo damno fuit, tanquam omnium uerissimam plurimi feci. Etenim ne à primordio orbis repetam, cùm homines rerum ferè omnium egentes probè degebant, quot nobis florentissimæ ciuitates exemplo sunt? quæ paucis minimisq; contentæ, dum in illis paupertati parsimoniæq; bonos fuit, indies magis imperio, moribus, bonisq; artibus excelluerunt: at contrà ubi diuitiæ, ubi sacræ pecuniæ fames, ubi uoluptas immigrauit, tunc ire cœperunt præcipites, tunc sensim dominandi libido desyderium per luxum perdendi omnia inuexit.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uexit. Quod Lycurgus legumlator sapientissimus prespiciens animo, numum omnem aureum & argenteum, teste Plutarcho, irritum fecit, ferreoq; solum utendum imperauit: cuius sanctionem ut primum Lacedæmonij excessere, ex maximis longè minimi sunt effecti. Sed, ut de cæteris sileam, hoc potissimum Romanæ ciuitati accidit: ea enim ubi Publicolas, Aemilios, Fabritios, Curios, Scipiones, Scauros, paupertatis continentiæq; amantissimos Imperatores sibi deligebat, incredibile memoratu est, quàm breui crescceret, quantumq; cum ipsa præclarè ageretur: contrà ubi Senator censu legebatur, iudex fiebat censu, magistratum ducemque nil magis exornabat quàm census, captatio in quæstu fertilissimo, ac sola gaudia in possidendo erant, adeò declinare de statu suo cœpit, ut nunquam in aliquo postea consistere potuerit. Namq; omne regiminis genus perpessa est: primùm enim monarchiam, hoc est, regium imperium habuit: nam Romulus, autore Floro, eius conditor à Marte genitus & Rhea Syluia, primùm imperium tenuit: post quem sex deinde reges secuti sunt, sub quibus, teste Liuio in primo ab urbe condita CCXLIIII annos monarchia durauit. Exin pulso Tarquinio Superbo, qui regum ultimus fuit, mutata ciuitatis forma, secuta est aristocratia, id est, optimatum principatus: nam pro regibus, cùm Consules, ut Liuius in secundo, & Dionysius in quarto testatur, creati sunt, L. Iunius Brutus, qui libertatis uindex extiterat, & L. Tarquinius Collatinus, qui Consules dicti à consulendo, hoc est, prouidendo: apud eos summa totius imperij erat, ij exercitum ductabant, & ab eorum magistratu, qui annuus erat, uti alibi dicemus, numerus annorum notabatur. Post annum deinde duodecimum, uel, ut non nemo uult, octauum quàm

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

exacti sunt Reges, quod Liuius & Fenestella non satis constare aiunt, cùm quadraginta Latinorum urbes, concitante Octauio Manilio Tarquinij genero, coniurassent in Romanos, T. Largius primus dictator creatus fuit. Autor Liuius in secundo ab urbe condita. Quod institutum Dionysius libro quinto Antiquitatum, putat Romanos à Græcis sumpsisse, apud quos elymnetæ, tanquam dictatores Romæ, creabantur. At Licinius ab Albanis accepisse tradit. Carthaginienses etiam, autore Trogo, dictatorem habebant. Hic autem summus fuit in urbe magistratus, quippe qui habebatur in summo periculo ultimum remedium: in sex tantum menses, uti Fenestella ait, durabat: nam eo designato, præter tribunatum omnes magistratus, teste Polybio, uolumine suarum historiarum tertio, & Plutarcho in uita Fabij Max. autoritatem suam amittebant: & ideo dictator dicebatur, quòd is imperaret: quia, sicut idem in uita Marcelli testatur, iussa magistratuum edicta Romani uocabant. Item dictator non poterat nisi à Consule dici, neque alio tempore, nisi oriente nocte, & silentio, ut Liuius libro ab urbe condita VIII. *tradit. Attamen, teste eodem, libro* IIII. *cùm aliquando Veientes castra Romana cepissent, A. Cornelius Cossus tribunus militum Mamercum Aemilium dictatorem dixit, quòd augures consulti urgente necessitate, eam religionem exemissent. Post annum deinceps trecentesimum alterum, quàm condita Roma erat, uelut Liuius in tertio prodit, iterum mutata est forma ciuitatis, ab consulibus ad decemuiros, quemadmodum ab regibus antè ad consules uenerat, qui, uti quibusdam placet, tertio anno depositi sunt, libidine Appij Claudij, qui Virginiam, cuius stupranda amore deflagrabat, in seruitutem asserere uoluit: qui*

cùm

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

cùm pro libidine omnia agerent, officium ex suo commodo metientes, ac quòd ex ipsorum usu, non è republica esset, in primis facientes, & eos ob id nonnulli senatores, uti inquit Fenestella, decem Tarquinios appellarent, uidetur tunc Romæ magis monarchia, quam Aristocratia fuisse. Hoc pacto exactis decemuiris, ad prioris formam regiminis reditum est. At dein anno CCCX. conditæ urbis, pro consulibus primùm tribuni militum creati sunt, A. Sempronius Atracinus, L. Attilius Longus, & T. Cæcilius Siculus. Democratia autem, id est, popularis principatus, sensim irrepsit, plebe paulatim per seditiones adipiscente nobilitatis magistratus: primùm enim C. Canuleio autore, plebeij connubia promiscua cum patritijs habere cœperunt: deinde cùm tribuni plebis quotidie magis magisq; instarent, à patritijs tandem concessum est, ut ex plebe tribuni quoque militum consulari potestate fierent, & ita P. Licinius Calvus primus creatus est, anno urbis conditæ CCCLV. Deinde plebs consulatum assecuta est, & L. Sextius Lateranus de plebe primus Consul factus, anno urbis conditæ CCCLXXXIX. Nouissimè obtinuit & dictaturam, summum in urbe decus: primusq; ex plebe C. Martius Rutilius dictator dictus fuit, anno ab urbe condita CCCXCIX. Hæc ex Liuio lib. IIII. & V. & VI. & VII. ab urbe condita, & Plutarcho in uita Camilli. Eo denique pacto reipublicæ administratio ex optimatibus ad popularem principatum uenerat, ex quo nouissimè iterum in monarchiam, id est, ad unius imperium, forma ciuitatis redacta est, quæ à Sylla & Mario, teste Appiano in primo de bellis ciuilibus, cœpit, fracta omni senatus potestate. Eam postea Cæsares adauxerũt, sub quibus primùm ipsa Roma toto pacato orbe floruit, inde insequentium

Cæsa

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Cæsarum inertia contabuit, atque ad interitum deuenit. Habuit igitur Romana ciuitas primùm monarchiam, id est, regium imperium: subinde aristocratiam & democratiam, hoc est, consulum, dictatorum, decemuirûm, & tribunorum consularium regimen: at nouissimè rursus monarchiam, id est, tum dictatorum, cùm Cæsarum tyrannidem sæuissimam pertulit: unde eius uirium labes facta est. Romanorum autem regum insignia, hoc est, fasces cum securibus, corona aurea, sella eburnea, trabeæ, curules, faleræ, annuli, paludamenta, prætexta, togæ pictæ, tunicæq; palmatæ, & omnia denique decora quibus imperij dignitas eminebat, ex duodecim Tusciæ populis, autore Dionysio in tertio, & Floro, & Strabone in v. geograph. quos Tarquinius Priscus subegit, originem habuere, quibus Tarquinius, ut Dionysio placet, simulatque id senatus permisit, primus usus est. Quare miror Macrobium in primo saturnalium scribere, Tullium Hostilium tertium Romanorum regem debellatis Hetruscis, primùm sellam curulem, lictores, togam pictam atque prætextam instituisse Romæ haberi. Verùm Romulus ex more duodecim Hetruriæ populorum, qui singuli Liuio & Dionysio autoribus, singulos regi statim creato lictores dabant, antea duodecim lictores sumpsit, cuius sententiæ esse haud Liuium pœnitet. Alij à numero auium, quæ augurio regnum portenderant, eum secutum numerum autumant. Hi magistratibus ministrabant, fasces q; uirgarum alligatos cum securibus gestabant. Eiusmodi autem uirgas ex betulla arbore fieri consueuisse, Plinius libro XVI. *cap. decimooctauo naturalis historiæ innuere uidetur, sic scribens: Gaudet frigidis sorbus, & magis etiam betulla: gallica hæc arbor mirabili candore atque tenuitate, terribilis*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ribilis magistratuum uirgis. Censum primus omnium Seruius Tullus rex instituit, rem, ueluti Liuius ait, saluberrimam tanto futuro imperio: ex quo belli pacis'que munia non uiritim, ut antè, sed pro possessione pecuniarum, ciues obirent: quorum classes, id est, ordines quinque descripsit. Prima itaque classis fuit ex ijs, qui centum millium æris aut maiorem censum haberent, quos in octoginta centurias diuisit, in quadragenas seniorum, ac totidem iuniorum: seniores ad urbis custodiam, ut præstò essent, iuniores ut foris bella gererent: arma his imperata, galea, clypeus, ocreæ, lorica, tela in hostem, hasta, & gladius. Secunda classis intra centum, usque ad quinque & septuaginta millium censum instituta, & ex his senioribus iunioribusq; uiginti conscriptæ sunt centuriæ, armaq; imperata præter loricam, omnia eadem. Tertiæ classis in quinquaginta millium censum esse uoluit: totidem centuriæ sunt conscriptæ. In quarta classe census quinque & uiginti millium: totidem centuriæ factæ. Quinta classis undecim millibus censebatur. Sed iam rationem ineamus, qua nobis constet quanti unaquæque classis æstimata sit. Illud enim primùm scire licet, centum æra (nam æs nummulus erat) non plurus fuisse uno nostro ducato, siue coronato aureo nummo, ac ita mille æra ualuisse decẽ aureos. Primæ igitur classis census æstimatus est mille aureis, secundæ septingentis & quinquaginta, tertiæ quingentis, quartæ ducentis & quinquaginta, quintæ uerò centum & decem. At maximus Seruio Tullo rege census, teste Plinio libro XXXIII. fuit assium centum & decem millia, ex quibus summa fit mille & centum aureorum. Et hæc, ut ait idem Plinius, prima classis: adeò id temporis Romanorum opes exiguæ fuerant, quæ posthac immensæ extitere, quandò

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quandò autore Tranquillo census senatorius fuit duodecies centena millia sestertium nummum. Quam quidem summam ut rectè putemus, notare oportet singula sestertia ualuisse uicenos quinos aureos, sic, ut centum sestertia summam facerent duorum millium & quingentorum aureorum: qua ratione colligimus censum senatorium fuisse ad numerum triginta millium aureorum, & equestrem duodecim millium & quingentorum, hoc est, constitisse ex quingentis sestertijs. Atque talis origo & forma fuit census Romæ. qui, ut Eutropius ait, adhuc per orbem terrarum incognitus erat. Sed illud uerius Mosi assignandum est, qui, ut infrà demonstrabitur, primus populum recensuit. Atqui census agi dicitur, cùm hominum facultates recensentur, unde tributi imponendi ratio inita est: uel cùm numerus ciuium putatur. Vtrunque testatur Liuius in uita ipsius Seruij Tulli. Et cùm in censendo finis erat factus, lustrum conditum appellabatur, quòd tum Seruius exercitum omnem sue, oue, tauriq; tribus lustrauit, hoc est, purgauit: idq; lustrum quinto quoque anno Romæ condebatur, cùm censores numero duo creabantur, qui censum agerent: is postea magistratus annuus factus, eiq; morum ciuitatis cura est tradita. Item cùm uectigalia & tributa soluebantur, tum fiebat sacrificium ciuitatis purgandæ causa. Ex quo perinde Romani annos etiam per lustrum numerabant, atque Græci per olympiades. Cæterùm cùm ita quinto quoq; anno lustrum condi diceretur, sunt qui putent illud fuisse spatium quatuor annorum, argumentantes annum quo sequens lustrum incipiebat, dici quintum, qui esset primus sequentis lustri. Quæ sanè ratio, si uera sit, similiter indicat olympiada fuisse spatium quatuor tantum annorum, quemadmodum infrà suo loco demonstrabitur.

Census

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Census autem agendi, & tributi ex censu imperandi pariter atque conferendi initium factum est apud Hebræos, cùm de eare Deus mandatum Mosi dederit, ita in Exodo, capite tricesimo, loquens: Quando tuleris summam filiorum Israël, iuxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis domino, & non erit plaga in eis, cùm fuerint recensit. Hoc autem dabit omnis, qui transit ad nomen, dimidium sicli, iuxta mensuram templi. Qui habetur in numero à uiginti annis & suprà, dabit pretium. Ita tributum imperatum est in singula capita eorum, qui uiginti annis maiores essent, quiq; arma ferre possent. Siclus numus argenteus hebraicus, quem Græci stateren dicunt, teste Iosepho, libro tertio antiquitatum, pondere erat drachmarum atticarum quatuor: drachma uerò ex senis obolis atticis constat: atque sic tetradrachmus siclus ualebat quaternos & uicenos atticos obolos, hebraicos uerò uicenos. Sed quia dicitur, iuxta mensuram templi, iam satis liquet sacerdotes ponderis mensuræq; genus habuisse aliud ab eo, quod uulgus usurparit. Atqui drachma eiusdem est ponderis, ac Romanus argenteus denarius, quem Matthæus euangelista capite uicesimosecundo, numisma census uocat, cuius nota Cæsaris effigies erat: & capite uigesimo appellat denarium diurnum, quòd tantum ualeret, quantum mercedis in die dari solet operis. Extant etiamnum istiusmodi denarij Cæsarum figura signati, qui pari sunt pondere atque numi, quos grossos nuncupant. Ita scire licet drachmam atticam à nostris grossum uocitari, & siclum quatuor ualere grossos. Carcerem, quo custodiæ continentur, ad terrorem, teste Liuio ab urbe condita, Ancus primus ædificauit, quod Eutropius Tarquinio Superbo asignat: item uincula

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uincula, fustes, compedes, catenas, & huiusmodi supplicia, quibus homines afficiuntur. Atque hæc omnia à Romanis Romæ primùm inuenta: nam alibi istæc tormentorum genera ad cruciandos homines longè ante in usu fuisse, ex Iosepho & Herodoto satis patet. Vnde cùm instrumenta sola sint, quibus tyranni in primis ad suam tuendam dominationem utantur, eorum inuentionem rectè Nemroth primo tyranno assignemus licet.

Qui primi constituerint annum, & quàm uarium, & qui inuenerint hunc annum quo utimur, uel menses, atque eos diuiserint in Nonas, Idus, Calendas: ac quis excogitarit numerum aureum. CAP. IIII.

ETsi *de prima anni obseruatione, statim post traditam astrologiæ originem, dicendum erat, ad quam potissimum huiusmodi ratio pertinet, non possunt tamen omnia uno loco explicari: hic proinde de anno tractabimus. Hunc* Aegyptios *primò instituisse,* Herodotus *lib. histor.* II. *prodit, ita scribens: Quæ autem humanarum rerum sunt, hæc ita referebant, inter se constare omnium hominum primos* Aegyptios *annum comperisse, distinguentes eum in duodecim temporum menses, id'que comperisse ex astris, eò scientius, ut mihi uidetur, hoc agentes, quàm* Græci, *quòd* Græci *quidem tertio quoque anno, intercalarem mensem introducunt temporis gratia:* Aegyptij *uerò tricenis diebus, quibus duodecim menses taxant, adijciunt huic numero quotannis quinos dies, unde eis ratio circuli temporum constat eôdem redeuntis.* Herodot. *hactenus.* Clemens *itidem comprobat. Huiusmodi tamen inuentionem* Diodor. Thebæis *assignat libro primo. Sed non ideo inficior* Diodorum Herodoto *suffragari, quoniam* Thebæi *iuxtà* Aegypti populi *sunt, à* Thebis, *urbe in* Aegypto,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Aegypto, nominati, uelut Thebani à Thebis in Bœotia, quod apud idoneos autores obseruatum est: quinetiam ut ait Herod. in prænotato libro, olim Thebæ Aegyptus uocabatur. At Seruius super V. *Aeneid. dicit, Eudoxum primùm annum deprehendisse, post quem Hipparchum, & ultimo loco, ut infrà dicemus, Cæsarem. Lacertius autem Thaleti Milesio adscribere uidetur, in primo, cùm inquit: Anni tempora illorumq; uicissitudines priorem inuenisse ferunt, eumq; in* CCCLXV. *dies diuisisse. Sed hoc illi censeo apud Græcos duntaxat esse attribuendum. Verùm reperimus apud Iosephum in primo & in quarto Antiquitatum, Hebræos ante diluuium Noê, annum duodecim mensibus constitutum habuisse, qui, eodem teste in primo Antiquitatum, annum primi etiam in Aegypto instituerant. Est insuper operæpretium, quàm uaria fuerit anni ratio apud priscos, demonstrare. Arcades enim, ut Plutarchus in uita Numæ, & Macrobius in primo Saturnalium meminerunt, tribus duntaxat mensibus annum suum complebant. Cares & Acarnanes, sex. Aegyptij primis temporibus, teste Solino, quatuor, sed anteà, ut Censorino placet, duobus tantùm. At Macrobius in primo Saturnalium ait, anni certum modum apud solos Aegyptios semper fuisse, ut etiam ex Herodoti autoritate liquidò constat. Erat præterea annus triginta dierum, id est, lunaris: autor Seruius super tertio Aeneidos. Habebant & annum magnum, quem uolebant confici omnibus planetis in eundem recurrentibus locum, qui secundum Ciceronem, continet duodecim millia noningentos quinquagintaquatuor solares annos. At Iosephus in primo Antiquitatum, capite octauo, dicit annum magnum* DC. *annorum spacio impleri. Sed de hoc, uti Censorinus demonstrat, inter auto-*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

res non planè conuenit. Reliqui Græci CCCLIIII. diebus annum proprium computabant. In hac uarietate, Romani quoque ab initio, prout Macrobius dicit, autore Romulo, annum X. mensibus constitutum habuerunt, à Martio incipientes, qui conficiebatur diebus CCC. & IIII. Romulus enim primum mensem Martium à patre suo Marte: alterum Aprilem quasi Aphrilem, à spuma, quæ Græcè ἀφρὸς uocatur, unde Venus mater Aeneæ nata est: tertium Maium, à maioribus, quartum Iunium à iunioribus nominauit. Ouidius:

Hinc sua maiores tribuere uocabula Maio,
Iunius à iuuenum nomine dictus adest.

Sic antè populum in maiores & minores diuiserat. Reliquos sex à numero, Quintilem, Sextilem, Septembrem, Octobrem, Nouembrem, & Decembrem appellauit. Verùm postremò Quintilis à Iulij Cæsaris nomine, Iulius, & Sextilis Augusti honore, Augustus est nominatus. Sed iste annus cùm neque solis cursui, neque lunæ rationibus congrueret, Numa Pompilius inde ad lunæ cursum redegit, additis quinquaginta diebus: quibus postea sex alios dies adiecit retractos ex illis sex mensibus qui triginta dies habebant, id est, de singulis singulos: eosq; sex & quinquaginta dies pari ratione partitus est in menses duos, & alterum, quem primum posuit, nuncupauit Ianuarium à Iano, qui Latinorum primus rex fuerat, tanquam bicipitis diei mensem, ut qui transacti anni finem respiceret, ac principium futuri prospiceret: nam Ianus cùm uir esset æquè prudens atque solers, dictus est habere geminam faciem, ut una quæ antè, altera quæ post tergum forent, intueretur, id quod ad uigilantem ciuitatis custodem attinet. Alterum uerò Februarium uocauit, deo'que Februo

dedica

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

dedicauit, qui creditur præesse lustrationibus, quia tum extremo anni mense, populus februabatur, hoc est, purgabatur. Postea Numa religionem secutus, quòd numero Deus, quemadmodum poëta ait, impare gaudet, dedit singulis mensibus, Ianuario, Aprili, Iunio, Sextili, Septembri, Nouembri, & Decembri, undetricenos dies: Martio uerò, Maio, Quintili, & Octobri, singulos & tricenos. Februarius suos octo & uiginti dies retinuit. Ita annus conficiebatur diebus CCCLV. Romani deinde, Græcorum more, intercalarem mensem constituerunt, ut qui præessent fastis libris, quibus totius anni res populi explicabantur, intercalarent, id est, uocarent populum, ut quando lege agi liceret, scirent. Sed cùm ita usu ueniret, ut per eam uarietatem anni sæpè nundinæ caderent aut in primum anni diem in nonas ue, quibus nefas erat conuentus haberi, permissum est ut sacerdotes quando uellent, suo arbitratu uocarent. At cùm illi commodi gratia, publicanorumq; ex usu, minus suo tempore uocarent, tum demum Cæsar pontifex maximus addidit anno dies decem, horasq; sex, quorum dierum binos ad singulos menses, Ianuarium, Sextilem, & Decembrem, adiunxit: in Aprilem autem, Iunium, Septembrem, & Nouembrem singulos distribuit. Sic C. Iulius Cæsar, autore Suetonio, & Appiano Alexandrino, & Plinio, primus omnium annum ad cursum solis accommodauit, ut CCCLXV. dierum esset, & intercalario mense sublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur, quod bissextum uocant. Causa autem nominis est, quia duobus continuis diebus bis dicimus VI. Calendas Martias, duos dies pro uno computantes. Menses uerò, hoc est, lunæ cursus, qui, uti Cicero in secundo de natura Deorum ait, quia mensa spacia cõficiunt,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

menses nominantur, Thebæos, id est, ipsos Aegyptios (sunt enim, ut diximus, ijdem) omnium primos instituisse Diodorus affirmat: quod tamen magis Hebræis, qui haud dubiè primi annum constituerant, tribuendum esse uidetur. Atque annus menses habet duodecim, quorum quatuor, Aprilis, Iunius, September, & Nouember, ex triginta constant diebus: at plus uno, septem, Ianuarius, Martius, Maius, Iulius, Augustus, October, & December: minimus uerò Februarius octo & uiginti, suis contentus est diebus. Item hebdomadas duas & quinquaginta, & diem unum: dies uerò CCCLXV. ac horas sex, uti dictum est. Præterea cùm apud priscos Romanos, pontifices, prout suprà demonstrauimus, ita intercalarent, factum est ut mensis eiusmodi rei causa, diuisus sit in Calendas, Nonas, & Idus, primusq; dies Calendæ dictæ sint, ἀπὸ τοῦ καλῶ, uoco: etenim minor pontifex obseruabat quando noua primùm appareret luna, qua uisa, id protinus sacrificulo regi nuntiabat: tum facto, ut moris erat, sacrificio, pontifex incipiebat eos uocare qui in agris essent, quò scirent feriarum pariter causas, atque quid eo mense agi liceret. Ita calata, hoc est, uocata in Capitolium plebe, pronuntiabat quot dies à calendis ad nonas superessent: unde nonæ ipsæ dictæ, quia semper dies nouem à Nonis ad initium Iduum intersunt. Idus autem circiter medium mensem ponebant, id'que uerbum ab Hetruscis sumpserant, quorum lingua iduare, diuidere est. Igitur sic computabant, uerbi gratia: Vltimum diem Decembris antecedentis mensis notabant pridie Calendas Ianuarias, penultimum tertio Calendas, atque sic alios suo ordine, sursum uersum numerando usque ad idus: nam mensibus quatuor, Martio, Maio, Iulio, & Octobri,

fingu

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

singulis senas dederunt nonas, reliquis quaternas, sicut singulis quoque mensibus Idus octonas. Verùm modus istiusmodi dierum mensis numerum ineundi iam uulgatior est, quàm ut à nobis sit rursum demonstrandus, qui profectus est ab illa pontificum intercalatione, quæ durauit usque ad annum urbis conditæ CCCCL. *cùm* P. *Sulpitio Auerrione,* P. *Sempronio Sopho Longo* COSS. C. *Flauius scriba ædilis curulis, inuitis patribus, Ciuile ius repositum in penetralibus pontificum euulgauit, fastos'que circa forum in albo proposuit, ut quando lege agi posset, sciretur. Testis Liuius ab urbe condita, in extremo nono lib. Postea fuit alius modus, quem aureum numerum ob excellens rei artificium appellant, excogitatus à diuo, ut fertur,* Bernardo, *uel ab ipso Iulio Cæsare, sicut lib. diuinorum officiorum octauo extat, ad inueniendum diem coniunctionis lunæ, per singulos menses: quo quidem numero nostri deinceps usi sunt ad notandos quoque dies festos, in singulos annos, quos mutabiles uocant, quemadmodum est Pascha,* Pentecoste, *nonnulliq; alij, eò quòd non semper in eosdem mensium dies cadant. Fuit sanè inuentum suo dignum autore, cuius usus & ratio ita omnibus nota est, ut non sit quod hoc loco quicquam de aureo numero doceatur.*

Quis horas primus constituerit, aut horologia diuersi generis inuenerit. CAP. V.

HOræ, *quibus numero* XXIIII. *dies nox'q; conficitur, teste* Macrobio, *ab* Apolline, *id est, sole, qui* Horus Aegyptiaca *lingua uocatur, nomen acceperunt. Quatuor itidem tempora, hoc est, uer, æstas, autumnus, & hyems, quibus annuus orbis impletur, horæ dicuntur: quæ initio duodecim constitutæ sunt, eius'que rei talis*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

fuisse origo memoratur. Quodam tempore Hermes Trimegistus cùm in Aegypto sacrum quoddam animal Serapi dicatum, in tota die duodecies urinam facere pari semper temporis interuallo obseruasset, per duodecim horas diem diuidi debere coniecit. Exinde hic horarum numerus longo tempore custoditus, postea in uigintiquatuor horas diuisus est dies. Horologium autem solarium, in quo umbilici solis, quem gnomonem uocant, umbra horas ostendit, Anaximenes Milesius Lacedæmone, teste Plinio libro II. cap. LXXVI. primus inuenit, ipsum'que ἀπὸ τῆς σκιᾶς, *hoc est, ab umbra, sciotericon appellauit. Romæ multò serius contigit: in duodecim enim tabulis, ut autor est Plinius in VII. ortus tantum & occasus solis nominabatur. Post aliquot annos adiectus fuit & meridies: accensus consulis, id est, præco, eum pronuntiabat, cùm è curia inter rostra & Græcostasim solem prospicicbat: à columna uerò æneà ad carcerem inclinato sydere, supremam horam pronuntiabat: sed hoc serenis tantum diebus, usque ad primum Punicum bellum. At M. Varro primum horologium solarium in publico secundum rostra, in columna statutum fuisse tradit, bello primo Punico, à M. Valerio Messala consule, Catina in Sicilia capta. Postea Scipio Nasica primus Romæ duntaxat, ut opinor, aqua horas diuisit æquè noctium atque dierum, idq; horologium sub tecto dicauit, anno urbis DXCV. Cæterùm horologium, teste Vitruuio libro nono de architectura, ex aqua Ctesibius Alexandrinus primus reperit. Vtriusque meminit Cicero, libro de natura Deorum secundo: Quid igitur, inquit, conuenit cùm solarium uel descriptum aut ex aqua contempleris, intelligere declarari horas arte, non casu? Et alibi in extremo secundo Tusculanarum libro: Cras*

ergo

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ergo ad clepsydram. Ita uas uocant, è quo guttatim effundebatur aqua ad horas notandas. Inuentum est deinde diuini quodam ingenij acumine, horologium quod nunc frequens cernitur, è metallis, rotis dentatis atque ponderibus, partim umbilicis horas indicantibus, partim testantibus tintinabulis. Quinetiam eodem artificio planetarum omnium, ac solis & lunæ cursus adeò facilè repræsentantur, ut cœlum ipsum propè conspici uideatur. Est etiam aliud horologij genus, ad pyxidis formam excogitatum. Item è tenuissimis harenis Aegyptijs, quorum tamen autores, uti in calce operis dicemus, in aperto non sunt. Sic denique quotidie aliquid admiratione dignum hominum industria inuenit, uelut pyxidem illam qua nautæ nauigationem peritissimè moderantur. Et multa demum sunt, quibus prisca ætas caruit, de quibus nos suis locis meminerimus. Illud adijciam, ut alibi horologia à sole occidente, usque ad solem iterum occidentem, perpetuo cursu uigintiquatuor horas designant: sic nunc totus ferè occidens horologia habet, quæ bis in die duodenas horas indicant, ita ut semper duodecima hora in media nocte & in meridie notetur: quod profectò quò aptius quadrat, hoc commodius fit, ne quempiam, cùm uelit scire quota sit hora, tot simul numerare oporteat.

Quomodo ab initio alii aliter dies obseruarint, ac noctes diuiserint. CAP. VI.

DIem alij aliter obseruabant, quod ab Aegyptijs fluxisse uolunt, quos, ut inter nonnullos autores conuenit, primos omnium annum & menses constituisse ferunt. Ij itaq; à media nocte, ad mediam, totum id spatium unius diei nomine appellauere. Romani quoque eodem modo diem obseruabant, quod, ut Plutarchus in problemat. ait,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ortus ſolis initium agendi, nox uerò conſilij & præparationis faciat: quippe apud illos, cuiquam etiam diei horæ aliquid actionum tribuebatur. Martialis:

Prima ſalutantes atque altera continet hora.
Exercet raucos tertia cauſidicos.
In quintam uarios extendit Roma labores.
Sexta quies laſſis, ſeptima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua palæſtris.
Imperat extructos frangere nona toros, &c.

Babylonij inter duos ſolis exortus, omne id tempus diem uocabant: Athenienſes inter duos occaſus. Vmbri à meridie in meridiem, unum diem putabant: uulgus omne à luce ad tenebras: autores, Varro, Plinius in ſecundo, Gellius, & Macrobius. Nos porrò more Athenienſium, à ſole occaſo, ad ſolem iterum occidentem, omne id medium tempus unum diem eſſe dicimus, ſicut tranſalpini omnes Vmbrorum ritu, à meridie in meridiem diem ſuum terminant, prout eorum horologia, quæ ſuperiori capite poſuimus, indicant: uel eadem ratione, à media nocte, ad mediam noctem, ueteri Romanorum inſtituto, illorum dies dici poteſt confici. Nox uerò, ſicut Vegetius tradit, in quatuor diuidebatur uigilias, quæ ſingulæ, teſte Hieronymo ſuper Pſalmos, trinarum horarum ſpatio ſupputabantur.

Qui primi libros ediderint, & de prima bibliotheca, & à quo, aut ubi uſus imprimendarum literarum primò inuentus. CAP. VII.

CVm in dies magis magiſq; hominum ingenia ſola librorum copia uigeant, & ad capeſſendas diſciplinarum liberalium artes facilius omnes alliciantur, ipſaq; literarum ſtudia mirum in modum ubique gentium floreant,

pecca

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

peccare hercle me ducerem, si tale inuentum silentio præterirem, cuius nos etiam, quantum exiguum tulerit ingenium, augendi gratia, hunc nempe laborem suscepimus, præsertim cùm huiusmodi scriptorum libri, uti diuus Hieronymus ad Marcellam ait, ingeniorum effigies, & uera & æterna monimenta sint. Quapropter Agesilaus, autore Plutarcho, cùm benè multi uellent eius corporis simulacrum gratis effingere, nunquam id fieri passus est, animi tantum monimenta posteris relinquere studens: illud enim sculptorum, hoc suum: illud diuitum, hoc bonorum opus esse ducebat. Omnium igitur primus Anaxagoras, teste Laërtio uolumine secundo, librum ab se scriptum edidit. Gellius uerò lib. 6. scribit Pisistratum tyrannum omnium primùm libros publicè legendos præbuisse. Sed profectò quis non uidet perperàm Græcos hominum genus in sui laudem effusissimum, hanc sibi gloriam uindicare? qui, ut Iosephus contra Appionem perspicuè demonstrat, recentissimi sunt. Ex quo haud dubie multò ante Græcos, antiquissimi Hebræorum, qui sacram historiam scripserunt, et Aegyptiorum sacerdotes, uel Chaldæi libros ediderunt: atque ita Anaxagoram & Pisistratum apud Græcos, tantum primos foras dandos libros curasse credere par est. Deinde autem, ut idem Gellius testatur, ipsi Athenienses numerum librorum studiosius accuratiusq; auxerunt. Verùm omnem illam postea librorum copiam Xerxes Athenarum potitus abstulit, asportauitq; in Persas. Eos porrò libros uniuersos multis post tempestatibus, Seleucus Macedoniæ rex, qui Nicanor appellatus est, referendos Athenas curauit. Ingens postea numerus librorum in Aegypto à Ptolemæis regibus confectus est, ad millia fermè uoluminum DCC. sed ea omnia priore bello Alexandrino

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

incensa sunt. Cæterùm Strabo libro decimotertio geograph. scribit Aristotelem omnium primum bibliothecam instituisse: ait enim, E Scepsi fuere philosophi Socratici; Erastus & Coriscus, & Nereus Corisci filius, qui Aristotelem & Theophrastum audiuit, & successor fuit bibliothecæ Theophrasti, in qua Aristotelica inerat: nam Aristoteles & bibliothecam & scholam reliquit Theophrasto, & primus omnium quos scimus, libros congregauit, et Aegypti reges bibliothecæ ordinem docuit. Theophrastus uerò eam tradidit Neleo, Neleus eam Scepsim detulit, ac posteris tradidit. Hæc ille. Fuit & Pergami bibliotheca præclarissima, autor Plinius libro 35. statim in principio, ubi inquit: An priores cœperint Alexãdriæ & Pergami reges, qui bibliothecas magno certamine instituere, non facilè dixerim. Romæ bibliothecam Asinium Pollionem primùm fecisse, testatur idem in prænotato libro, scribens: Non est prætereundum & nouitium inuentum: siquidem non solùm ex auro argento ue, aut certè ex ære in bibliothecis dicantur illi, quorum immortales animæ ijsdem locis ibi loquuntur, quinimò etiam quæ non sunt, finguntur, pariuntq; desideria non traditi uultus, sicut in Homero euenit, quo maius, ut equidem arbitror, nullum est felicitatis specimen, quàm semper omnes scire cupere, qualis fuerit aliquis. Asinij Pollionis hoc Romæ inuentum, qui primus bibliothecam dicando, ingenia hominum rempublicam fecit. Sunt etiam plures hodie in Italia bibliothecæ, sed illa in primis omniũ iudicio longè celeberrima, quam diuus Federicus Feltrius dux Vrbini condidit, quam postea Guido princeps eius filius, lux doctrinarum fulgentissima, ac unicum doctissimorum hominum præsidium, cùm auro & argento, tum librorum copia adauxit, ornauitq;

Fuit

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Fuit illud igitur omnino magnum mortalibus munus, sed nequaquam conferendum cum hoc, quod nostro tempore adepti sumus, reperto nouo scribēdi genere: tantum enim uno die ab uno homine literarum imprimitur, quantum uix toto anno à pluribus scribi posset. Ex quo adeò disciplinarum omnium magna librorum copia ad nos manauit, ut nullum amplius superfuturum sit opus, quod ab homine quamuis egeno desiderari poßit. Illud insuper adde, quòd autores quoque plurimos, tam Græcos quàm Latinos, ab omni prorsum interitus periculo uindicauit. Quare tantæ rei autor non est sua laude fraudandus, præsertim ut posteritas sciat, cui diuinum beneficium acceptum referre debeat. Itaq; Ioānes Cuthenbergus natione Theutonicus, equestri uir dignitate, ut ab eius ciuibus accepimus, primus omnium in oppido Germaniæ, quam Maguntiam uocant, hanc imprimendarum literarum artem excogitauit, primumq; ibi ea exerceri cœpit: non minore industria reperto ab eodem, prout ferunt, autore, nouo atramenti genere, quo nunc impressores tantum utuntur. Decimosexto deinde anno, qui fuit salutis humanæ MCCCCLVIII, *quidam nomine Conradus, homo itidem Germanus, Romam primò in Italiam attulit, quam dein Nicolaus Ienson Gallicus, primus mirum in modum illustrauit, quæ paßim hac tempestate per totum ferè terrarum orbem floret, de qua plura loquendi labore supersedeo, eius inuentorem, ac simul unde ad nos delata fuerit, prodidisse, haud me parum fecisse ratus, cùm ea omnibus longè notißima sit: quæ propterea ut ab initio non minore quæstu, quàm hominum admiratione uulgari cœpit, sic paulatim, uelut auguror, futura est uilior.*

De primo usu scribendi apud priscos, etiam per notas, & quan

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quando primùm inuenta charta, uel membrana.

CAP. VIII.

ANte usum chartarum, quo maximè humanitas uita constat & memoria, palmarum folijs, teste Plinio in decimotertio naturalis historiæ, primò scriptitatum est. Vergil. in sexto,

-Folijs tantùm ne nomina manda.

Deinde quarundam arborum libris, postea publica monimenta plumbeis uoluminibus, inde & priuata linteis conficere cœperunt: deinde ceris: nam pugillarium usum ante Troiana tempora fuisse testatur Homerus. Papyrum autem post Alexandri Magni uictoriam, condita in Aegypto Alexãdria, M. Varro autor est, ante chartarum usum ab eo rege inuentam esse, quæ fiebat ex frutice, qui nascitur in paludibus Aegypti. Verùm contra Varronem, qui chartarum usum non nisi condita in Aegypto Alexandria fuisse scribit, Plinius Caßij Heminæ annalium scriptoris autoritatem adducit. Ille enim tradit, Cn. Terentium scribam agrum suum in Ianiculo repastinantem, offendisse arcam, in qua Numa rex situs fuerat, & in eadem libros eius repertos, qui è charta erant. Nam Magnus Alexander amplius trecentis annis post Numam fuit, qui Alexandriam, autore Liuio, libro octauo, eo anno in Aegypto posuit, qui fuit urbis conditæ CCCCXXVIII. L. Papyrio Mugillano siue Cursore, C. Pætilio Galbo COSS. Cæterùm Liuius in decimo de bello Macedonio, à Caßio dissentit, scribens duas arcas lapideas, octonos ferme pedes longas, non unam, repertas à fossoribus in agro L. Pætilij scribæ, non Cn. Terentij, & in altera earum sepultum fuisse Numam, in altera uerò eos libros inuentos, de quibus loquimur. Idem etiam Lactantius affirmat, & Plutar

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tarchus in uita Numæ. Postea uerò id genus chartæ inuentum est, quo nunc passim utimur, cuius autor haud palàm est. Hæc autem fit ex linteolis contritis: nihilominus tamen papyri nomen à frutice sumptum, ueluti chartæ ab urbe Tyri retinet. Membranas à tectu membrorum nominatas, est enim propriè ipsum corium. Varro scribit per æmulationem, circa bibliothecas Ptolemæi & Eumenis regum, Pergami inuentas fuisse, unde uulgò pergamenæ uocantur. Verùm ego affirmarem membranas multò antè quàm tradit Varro, esse repertas, in ijsq; primùm scriptitatum, quando sacros Hebræorum libros (Hebræi enim, ut ostendimus, primi rerum gestarum monimenta condiderunt) è membrana fuisse testatur Iosephus: nam cùm in duodecimo antiquitatum tradit, quemadmodum Eleazar princeps sacerdotum per septuaginta duo interpretes, sacros libros ad Ptolemæũ Philadelphum miserit, ut in græcum sermonem uerterentur, sic inquit: Cùm uerò ostenderent tenuitatem membranæ, uel incomprehensibilem eorum compaginem, rex miratus est. Herodotus etiam in quinto testis est, prisca consuetudine in pellibus caprinis & ouillis esse scriptitatum. Sunt præterea plura chartarum genera, ut hieratica, antiquitus sacris tantum uolumi nibus dicata: amphitheatrica, à loco dicta: bibula, & emporetica, inutilis scribendo, & inuolucris duntaxat chartarum atque mercium usum præbens, propterea ἀπὸ τῶν ἐμπόρων, id est, à mercatoribus nominata. Vsus autem scribendi per notas, peruetustus est, quando Tiro Ciceronis libertus, autore Eusebio, ipsas notas primus reperisse fertur. Et eiusmodi scripta furtiua dicuntur, quæ artificio quodam fiunt, ne legi possint ab alio, nisi ab eo ad quem scribuntur. Gellius: Res quasdam occultas nuntiare regi

furti

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

furtiuo scripto uolebat. Est & Cæsar, teste Suetonio, usus. Hodie uerò ita frequens est modus iste scribendi, ut nullus uidelicet sit neque princeps, neque ciuis, quin suas habeat notas, uulgò zipheras nuncupatas.

Quis primus memoriæ artem monstrauerit, aut qui eiusdem gloriam adepti sint. CAP. IX.

PRoximum est, ut de memoria dicatur, quæ, ut Fabius ait, omnis disciplina constat, quæ & necessarium maximè est uitæ bonum, & unicus eloquentiæ thesaurus. Huius ars, Plinio in septimo, & Quintiliano in undecimo autoribus, à Simonide Melico primùm inuenta est, qua in re multum ualuit: nam cùm aliquando in Thessalia, teste Cicerone de Oratore, epularetur apud Scopam nobilem uirum, & nuntiatum esset ei, ut prodiret ad duos iuuenes ante ianuam stantes, contigit ut hoc interim spatio conclaue corruerit, ac ea ruina adeò conuiuæ omnes contriti fuerint, ut non possent internosci à suis, qui humare eos uellent. Tum dicitur Simonides ex eo quod meminisset, quo eorum loco quisque cubuisset, demonstrator uniuscuiusq; sepeliendi fuisse. Ac ita uidetur memoria ualde iuuari, signatis animo sedibus, aut mutato annulo, qui nos moneat, cur id fecerimus, quod ipse Fabius latè prosequitur. Memoria autem plurimis præcipua fuit, ut Plinius & Solinus autores sunt: Cyrus enim rex Persarum omnibus in exercitu suo militibus nomina reddidit. Cineas Pyrrhi regis legatus, postero die quàm Romam aduenerat, utriusq; ordinis uiros nominatim appellauit. Mithridati regi duæ & uiginti linguæ (tot enim nationibus imperauit) traduntur notæ fuisse. Cæsarem uerò scribere & legere simul, dictare & audire, solitum accepimus. Idem etiam

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

etiam, teste Spartiano, Hadrianus Imperator facere consueuit.

A quo primum militaris ars inuēta, & utrum literis præstet, item in exercitu ordines, & tesseræ, & uigiliæ, & de primo pugnandi modo. CAP. X.

NVnc uenio ad disciplinam militarem, præcipuum Imperatorum decus, qua sola multi quidem mortales æternam sibi gloriam comparārunt: unde tantò literis præferenda uidetur, quantò facta dictis præstant. Quanquam illud non facilè Cicero concedendum iudicat, quandò, ut ipse pro M. Marcello ait, bellicas laudes solent quidam extenuare uerbis, easq; detrahere ducibus, communicare cum multis, ne propriæ sint Imperatorum. Certè in armis militum uirtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus multum iuuant: maximam uerò partem quasi suo iure fortuna sibi uendicat, & quicquid prosperè gestum est, id penè omne ducit suum: At gloriæ, quātum rectè scienterq; scribendo adeptus fueris, sociū habebis neminem. Ad artem redeo. Sed hæc in rudi seculo admodum turpis fuit, utpote quæ ferino more, ut infrà ostendemus, exercebatur. Huius, sicut Ciceroni libro de natura deorum tertio placet, inuentrix Pallas fuit, ex quo Bellona dicta est. Papinius:

–Regit atra iugales
Sanguinea Bellona manu.

Vt uerò Diodoro, ipse Mars morem bellandi reperit. Martialis:

Belliger inuictis quòd Mars tibi sæuit in armis.

Sed reperimus apud Iosephum in primo antiquitatum, uolumine, Tubalcain, qui ante diluuium Noē fuit, fortitudine cunctis excellentem, res bellicas fortiter exercuisse:

quam

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quamobrem apparet militarem artem esse antiquissimam, proinde eius autorem neutiquam prodi facilè posse suspicor. Veteres autem ante usum armorum, pugnis, unde pugna nomen habet, calcibus, ac morsu certabant. Et hæc prima pugnæ origo fuit. Lucretius:

Arma antiqua manus, ungues, dentesq; fuerunt.
Exin lapidibus, fustibusq; pugnari cœptum, testis Herodotus libro quarto, cùm de quibusdam populis loquitur, qui haud procul à Tritone Libyæ fluuio habitabant: ait enim, Horum uirgines anniuersario Mineruæ festo in honorem ipsius deæ inter se bifariam diuisæ, prælianturlapidibus fustibusq;. Affirmat idem Diodorus libro primo scribens: Eodem modo claua & leonis pellis antiquo Herculi conueniunt, quo tempore nondum arma adinuenta, sed fustibus homines iniurias propulsabãt, ac ferarum pellibus tegebant pro armis corpora. Plinius uerò in septimo dicit Afros contra Aegyptios, primos prælium fecisse fustibus, quos uocant phalangas. Verùm paulatim hæc disciplina tanti fieri cœpit, ut nulla maiore cura, studio ac ordine, apud omnes propè gentes constaret, repertis exercitus ordinibus, signi dationibus, tesseris, & uigiliis, à Palamede, bello Troiano: & sub idem tempus, speculari significatione, à Sinone: autor Plinius, qui libro quinto & Phœnicibus bellicarum artium inuentionem assignat, sed apud Syros, credo. De his satis, sed iam ad ipsa arma transeamus.

De primo armorum, & æneorum tormentorum usu.

CAP. XI.

FErunt, autore Diodoro libro sexto, Martem primùm fabricatis armis milites armasse, cui ob id primus armorum usus, appellatur enim belli deus, attribuitur: quod etiam

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr
etiam Vergilius sensisse uidetur, cùm in principio suæ Aeneidos dixit:

—At nunc horrentia Martis
Arma uirumq; cano.

Cæterùm arma, quæ pro omnibus bellicis instrumentis autores usurpant, alij alia inuenerunt: galeam enim, gladium, hastam, Lacedæmonij, ut testis est Plinius in septimo, inuenerunt. Herodotus tamen libro quarto, putat scutum & galeam ab Aegyptijs Græcis esse traditam. Loricam Mydias Messenius, clypeos Prætus & Acrisius inter se belligerantes repererunt, siue Chalcus Athamantis filius. Ocreas & cristas Cares: lanceas Aetolos, iaculum cum amento ferunt reperisse Aetolum Martis filium. Falcem, secundum Clementem, Thraces: hastas uelitares & pilum Tyrrhenus. Vsus autem uelitum, autore Valerio Maximo libro secundo, eo bello primùm repertus est, quo Capuam Ful. Flaccus Consul obsedit. Securim Pantesilea Amazonum regina reperit: uenabula Piseus. Arcum autem & sagittas Scythes Iouis filius. Sagittas, ut alijs placet, Perseus Persei filius primùm inuenit. Hæc ex Plinio. At Diodorus Apollini assignat, in sexto scribens: Arcus insuper sagittandiq; fiusse repertorem Apollinem ferunt. Verùm Artabanus, cuius testimonium Eusebius de præparatione euangelica, libro nono citat, Mosen omnium primum bellica instrumenta inuenisse tradit, qui adhuc iuuenis in Aegypto, teste Iosepho in secundo antiquitatum, primam gloriosè expeditionē in Aethiopes apparauerit. Nec eò tamen cæteri quos memorauimus, minus laudis merentur, quandò non unius generis arma ubique usurpantur, sed alia alibi. Nihil quoque ab initio tam perfectum excogitatur, cui non aliquid ab insequentibus commodè

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

addi poſsit. In tormentis Cretenſes ſcorpionem, catapultam Syri, Phœnices baliſtam & fundam, ut teſtatur Plinius, inuenerunt. Vegetius uerò libro primo de re militari, fundarum uſum dicit incolas inſularum in mari Hiſpano, quas Baleares uocamus, comperiſſe: unde Strabo libro tertio geograph. illos optimos funditores eſſe uocitatos affirmat. Idem Vergilius ſentit in primo Georgic.

Stupea torquentur balearis uerbera fundæ.

Artem bellicarum machinarum, teſte Plutarcho, in uita M. Marcelli, Eudoxus & Architas inchoarunt. Machinam ad ferenda grauiora onera primus, teſte Vitruuio, extruxit Cteſiphon, qua uſus eſt ad deportandas ex lapidicinis columnas Epheſum ad Dianæ fanum. Equum autem qui aries dicitur, in muralibus machinis, autore Plin. in ſeptimo, Epeus ad Troiam inuenit: Vitruuio uerò, lib. decimo de architect. Carthaginiēſes, ad Gades oppugnandas. Teſtudines Artemon Clazomenius inuenit. Et hæc omnia ad hominum perniciem inuenta ſunt, & illud nouitium inuentum in primis, quod bombardam uocant, quo poſt hominum memoriam, nihil terribilius ab humano ingenio excogitari potuit, cuius inuentorem fuiſſe tradunt hominem Germanum admodum ignobilē, cui caſu in mentem uenit tale quid efficere. Fertur enim homo ad exitium humanum natus, ſeruaſſe aliquando domi in mortario puluerem ſulphureum, cuiuſdam medicinæ faciendæ cauſa, illudq; texiſſe lapide, ac inde contigiſſe, ut dum ignem ex ſilice propè excuteret, ſcintilla intrò ceciderit, ſubitoq; flamma eruperit, atque lapidem in altum tulerit: & ille eius rei caſu doctus, poſtea facta ferrea fiſtula, & puluere confecto, machinam reperiſſe, ac eius uſum Venetis in illo

bello

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bello primùm ostendisse, quod ad fossam Clodiam est cum Genuensibus gestum, qui fuit annus salutis humanæ M C C C L X X X. Is itaq; tam mortiferæ machinæ repertor, pro mercede, opinor, accepit, ut nomen eius perpetuò occultaretur, ne omni tempore à cunctis mortalibus malè audiret, dignus scilicet qui prior ipse uice Salmonei, fulmine flagrasset. Salmoneus enim Aeoli filius cùm uellet Iouem in fulminibus iaciendis æmulari, ab eo de cœlo tactus ad inferos detruditur, quandò hæc fulmini odore, luce, sonitu, impetu simillima est: magna enim ui ignis collecti, emissis repentè aut ferreis, aut lapideis pilis, quicquid obuium offendit, quassat, dissipat, frangit, contundit, adeò ut nullus sanè sit locus, quamuis natura munitus, quin facilè expugnetur. Ex quo iam usu uenit, ut in ea hoc tempore omnis fermè uis peditum, omnis equestris splendor, omnis deniq; bellica uirtus indecorè consistat, iaceat, obtorpeat. Hæc bombarda uocatur, à bombo, id est, sonitu, qui βόμβος Græcè dicitur: quidam alij tormentum æneum malunt nũcupare. Eius tametsi modò plura fiunt genera, quæ uariè uulgò nominantur, & unum illud minimum, quo nunc pedites utuntur, qui factitio nomine sclopus uocitatur. Sclopus enim est sonus ille, qui ex buccarum inflatione erumpit. Persius:

Nec sclopo tunũdas intendis rumpere buccas.

Sed uel alio nomine appellatur Arcusbusius, à foramine opinor, quo ignis in puluerem fistula contentum immittitur: nam Itali busium uulgò foramen dicũt, & arcus, quod instar arcus pugnantibus sit: quippe hodie huiusmodi tormenti usus in primo statim pugnæ loco est, quem olim sagittarijs dabant, cùm à missilibus præliari inciperent. Sed iam hinc oratio nostra ad equum bellicosissimum animal

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſeſe, non extra utiq; propoſitum, transferat.

Quis primus equitandi artem, aut uſum equos domandi, uel eorum ungulos ferreis ſoleis muniendi, ac ornamenta inuenerit, & bigas atque quadrigas iunxerit, & uehiculum cum quatuor rotis repererit, & qui ex equo pugnare primùm inſtituerint. CAP. XII.

EQuo, *qui magno mortalibus cùm in rebus bellicis, tum in itineribus faciundis, & uſui & adiumento eſt, primùm omnium uehi* Bellerophontem Glauci *regis filium docuiſſe,* Plinius *in ſeptimo eſt autor, qui* Pegaſum *alatum equum, cùm in* Chimæram *iret, aſcendit.* Horatius *in carm.*

Et exemplum graue præbet ales
Pegaſus terrenum equitẽ grauatus Bellerophontem.

Sed Diodorus *lib. ſexto ſcribit* Neptunum *equos primùm domuiſſe, artemq; equitandi ab illo traditam: alij uolunt equum hominibus antea ignotum primùm edidiſſe, quod aſſerit* Lucanus, *dicens:*

Primus ab æquorea percuſsis cuſpide ſaxis
Theſſalicus ſonipes bellis feralibus omen
Exilit. Et Vergilius:
Tuq; ô cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti
Neptune.

Frænos autem & ephippia Peletronij, *qui Theſſaliæ populi ſunt, primi inuenerunt.* Iidem, *ut quibuſdam placet, domandorum equorum uſum primi docuere, teſtificante utrunq;* Vergilio *in tertio georg.*

Fræna Peletronij Lapithæ *gyrosq; dedere*
Impoſiti dorſo, atque equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

Plin

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Plinius libro ſeptimo idem affirmat. Hos quoque primos equorum ungulas munire ferreis ſoleis cœpiſſe ferunt. Numidæ, ut uel hoc ſubiungam, teſte Appiano in libro de rebus Libycis, equo nudo, id eſt, ſine ephippijs, in bello utebantur. Bigas primùm Phrygum natio iunxit, ut Probus & Plinius autores ſunt. Quadrigis uerò Erichthonius primus eſt uſus: nam cùm Vulcanus, autore Ouidio in ſecundo Metamorph. & Seruio ſuper tertio georgic. impetrato à Ioue Mineruæ coniugio, & illa reluctante, ſemen libidinis proieciſſet in terram, inde natus eſt puer draconteis pedibus, qui appellatus eſt Erichthonius, quaſi de terra & lite procreatus, nam ἔρις eſt lis, & χθὼν terra. Is ad tegendam pedum fœditatem, iunctis equis, primus omnium uſus eſt curru. Maro:

Primus Erichthonius currus & quatuor auſus
Iungere equos, rapidisq; rotis inſiſtere uictor.

Affirmat itidem Plinius, Euſebius tamen hoc illi apud Græcos tantum adſcribit, dicens: Erichthonius primus quadrigas iunxit in Græcia: erant enim antea apud alias nationes. Id autem fuit Danao regnãte Argis. At Arcades iſtuc inuentum Mineruæ aſsignant, et id credo, apud ſe tantum, de qua Cicero de natu. deorum ita ſcribit: Minerua quarta Ioue nata & Coriphe Oceani filia, quam Arcades Coriam nominant, & quadrigarum inuentricem ferunt. Vehiculum quatuor rotarum, ut teſtis eſt Plinius, Phryges inuenerunt. Pugnare ex equo, ſicut idem ait, Theſſali docuere, qui Centauri dicti ſunt, habitantes ſecundum Pelium montem. Hinc de Centauris fabula orta apud poëtas, quòd ſemihomines, & ſemiequi eſſent: quamuis non me præterat, quandam fabellam ſuper hac re à Seruio narrari in tertio georg. quæ ueluti nuge reſpuenda uidetur.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Vera sunt igitur extra omnem controuersiam, uti etiam Lactan. inquit, quæ loquuntur poëtæ, sed figmento aliquo specieq; uelata, sicut de Aeolo rege uentorum suprà demonstrauimus. Sed nonnulli tradunt Centauros primos equitare, non ex equo pugnare, esse ausos. Diodorus in 5. Centauros nonnulli uolunt in Pelio à Nymphis nutritos, postea equos subagitasse, exq; eis Hippocentauros natos. Creditum, quòd primi equitare ausi sint, ex coq; natam fabulam, ueluti equi essent hominisq; natura. Hæc ille hactenus. Et ista omnia ex iumentis commoda apud alias gentes paulatim inuenta, non defuisse illis primis mortalibus credere conuenit: quandò satis constat Hebræos, Assyrios, Arabes, Aegyptios, equis, mulis, & alijs iumentis à principio usos, quæ aut dorso ferunt, uel armis currum trahũt. Sed de quorundam ludorum & saltationum origine iam disseramus, quando hæc rei bellicæ quoque augendæ gratia instituta sunt: sed opus est ut modus adsit, ne, sicut Cicero in officijs ait, uoluptate elati in aliquam turpitudinem iuuenes dilabantur.

Quis primus instituerit apud Græcos olympicum certamen, & alios id genus ludos, et pyrrhicam saltationem, atque palæstram: & à quibus inuentus ludus pilæ, aleæ, tesserarum, furunculorum, talorum, par impar, & micare: ac quid sit tessera uel talus. CAP. XIIII.

QVatuor ludorum genera apud Græcos præcipua fuisse comperio, quorum primi & longè celeberrimi olympici appellati sunt, ab omnibus ferè poëtis decantati, quoniam in Olympo monte apud Pisam & Elidem, oppida Arcadiæ, Ioui dedicati Pelopis honore celebrabantur, quos, teste Diodoro libro quinto, & Plinio in septimo, & Plutar. in uita Thesei, Herculẽ Iouis & Alcmenæ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

næ filium quidam constituisse, ibiq; primùm decertasse, & palmam consecutum tradunt. Sed Eusebius in decimo de præparat.euangelica, dicit in olympico stadio Corylum Argiuum primùm uictorem fuisse declaratum. Alij autem, ut idem Diodorus in sexto, & Strabo in octauo geograp. autores sunt, Herculem unum ex Idæis Dactylis hoc certamen inuenisse asserunt. Verùm idem Strabo in prænotato libro ab Epeis compertum affirmat. Et inferius ait, ab Iphito olympicum agonẽ institutum constare. Fuit is Praxonidis, siue Hæmonis filius. Sed Solinus hoc illustrius declarat, statim in principio sui operis ita scribens: Quippe certamen olympicum, quod Hercules in honorem auui materni Pelopis ediderat, intermissum Iphitus filius eius instaurauit, post excidium Troiæ, anno quadringentesimo octauo. Herodotus libro octauo scribit olympicum certamen gymnicum, atq; equestre fuisse, præmiumq; propositum oleaginam coronam, qua donabantur uictores. Quapropter Tigranes Artabani filius, eo tempore quo Xerxes bellum in Græcia gerebat, ut idem testis est, audiens præmium Græcis coronam esse, non pecuniam, generosam illam meritoq; laudandam sententiam dixit, Papẽ Mardoni (is enim Xerxi persuasit, ut in Græcos bellum moueret) in quos uiros induxisti nos ad pugnandum, qui non pecuniarum certamen agitant, sed uirtutis? Celebrabantur autem hi ludi quinto quoque anno, sic, ut quatuor anni interessent à primo olympiados anno, ad initium & primum annum sequentis, si uera est ratio eorum, qui de olympiadis æquè ut de lustri spatio ita putant: idq; tempus olympiadem appellabant: ac deinceps apud Græcos tempora per olympiades numerata sunt, ueluti apud Romanos per COSS. quorum magistratus annuus erat.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Martialis:

Bis iam penè mihi consul trigesimus instat.

Alteri erant Pythij: nam cùm Apollo Pythonem serpentem, qui à Iunone immissus, Latonam matrem persecutus fuerat, sagittis confecisset, ne huius uictoriæ memoriam ulla temporis diuturnitas obliteraret, ipse à Pythone Pythius dictus, ludos Pythios constituit. Ouidius in primo Metamorph.

Ne'ue operis famam posset delere uetustas,
Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos.
Hic iuuenum quicunq; manu pedibus'ue rota'ue
Vicerat, esculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat, longoq; decentia crine,
Tempora cingebat de qualibet arbore Phœbus.

Tertij Isthmij, ab Isthmo parte Achaiæ nominati, & à Theseo inuenti, dicente Plutarcho in eius uita: Gloriari etiam quandoq; est solitus ob illum, de Hercule loquitur, Ioui Olympia, ob se uerò Neptuno Isthmia à Græcis celebrari. Isti ludi, teste eodem Plutarcho, ut quidam uolunt, in honorem in primis celebrabantur Scyronis: ut alij, Sinnis: ut alij, Palæmonis, quem Latini Portunum uocant. Ouid. in sexto Fastorum:

Quem nos Portunum sua lingua Palæmona dicet.

Hic, autore eodem Ouidio in 4. Metamorph. ex Melicerta homine, precibus Veneris, deus marinus effectus est. Verùm Plutarchus alios illi dicatos fuisse ludos sentire uidetur, in eadem Thesei uita aiens: Quod ibidem in Melicertæ honorem constitutum est, noctu agebatur, initiandi magis, quàm spectaculi aut celebritatis speciem præ se ferens. Hæc ille. In ijs autem ludis uictoribus pinea corona

dabat

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

dabatur, de quibus etiam Strabo libro octauo geograph. meminit, dicens: In Isthmo Neptuni, quem Isthmum uocant, templum eminet picearum arborum luco circunclusum, ubi ludos Isthmios decertantes Corinthij celebrare soliti sunt. Et Solinus itidem affirmat, scribens huiusmodi spectaculum per Cypselum, qui, teste Herodoto in primo, Periandri Corinthiorum regis pater fuit, intermissum, Corinthios olympiade XLIX. solennitati pristinæ reddidisse. Quarti Nemeæi, à Nemea Sylua uocitati, quos Argiui, autore Strabone libro octauo geograph. & Polybio libro suarum historiarum secundo, celebrare consueuerunt, ob Herculis memoriam, qui Nemæum Leonem interfecisset. Vergilius:

Compressit Nemeæ primùm uirtute Leonem.

Pyrrhicam saltationem pro iuuenibus ad militarem artem exercendis, Pyrrhus, autore Plinio libro VII. in Creta primus inuenit. Solinus uerò scribit à Pyrrhico repertam fuisse, dicens: Pyrrhico repertore equestres turmas Creta prima docuit lasciuas uertigines implicare, ex qua disciplina bellicæ rei usus conualuit. Verùm Strabo cuidam Cureti assignans, secus uidetur sentire: nisi fortasse Pyrrhicus unus ex Curetibus fuerit, in X. cùm de Creta loquitur: Quos principio Curetem illis ostendisse ferunt, deinde instruxisse, ut saltationem, quam Pyrrhicam appellauerit, saltarent. Et alibi idem asserere uidetur scribens, Curetes primò armiferam saltationem introduxisse, quando Dionysius Halicarn. in VII. apertè demonstrat Pyrrhicen saltationem esse armatam, & ab ipsis etiam Curetibus, aut à Pallade institutam. Plinius tamen in septimo, manifestissimè ostendit, armatam saltationem aliam esse ab ea, quam Pyrrhicam uocant, & illam à Curetibus, hanc à Pyrrho

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

inuentam, & utranque in Creta. Tranquillus autem dicit ludum ipsum quem uulgò pyrrhicen appellant, Troiam uocari, & eius originem expreßit in libro de puerorum lusibus. Quis igitur mentis compos in tanta super huiusce rei origine, scriptorum dissensione, pro certo quicquam auderet affirmare? De hac saltatione insuper Apuleius in decimo de Asino aureo, abundè meminit. Troiæ uerò spectaculum ludicrum quale foret, Maro in quinto discertißimè tradit, ubi à Troianis ostendit nomen habere illo uersu,

Troiaq; nunc pueri Troianum dicitur agmen.

De quo etiam Suetonius in Cæsare meminit. Festus lusum equestrem puerorum uocat. Gymnicos ludos, id est, in quibus nudi & peruncti se exercebant, Lycaon, teste Plinio, primus inuenit. Funebres Acastus, ut idem ait, in Iolcho, post eum Theseus in Isthmo. Palæstram, ut Diodorus est testis, Mercurius instituit. Horatius in carm.

Mercuri facundè nepos Atlantis,
Qui feros cultus hominum recentum
Voce formasti catus & decoræ More palestræ.

Aleæ uerò tesserarumq; ludum, & pilæ, cæteraq; lusoria animi recreandi gratia inuenta, præterquam talaria, Lydi populi Asiæ, teste Herod. lib. 1. omnium primi excogitauerunt. Quare miror Plinium ab Herodoto discrepare, qui in septimo scribit Pythum quendam lusoriam pilam reperisse: nisi fortasse alter eorum de alia pila (sunt enim plura pilarum genera) intellexerit. Atqui Lydos eiusmodi aleatorias artes non tam uoluptatis, quàm compendij gratia excogitasse, idem Herodotus tradit. Nam cùm grauitate annonæ patria premeretur, sic famem consolari solebant, altero quidem die cibum sumentes, altero ludis

operam

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

operam dantes. Est uel aliud ludi genus, quo calculis in tabula lusoria, id est, fritillis & alueolis luditur, inuentum olim circiter annum orbis conditi, ter millesimum DCXXXV. à quodam uiro sapiente, nomine Xerxe, qui ita tyranni sæuitiam coërcere metu, ac eum documento monere uolens, ostendit maiestatem sine uiribus, hominumq; adminiculis, parum admodum ualere atque tutam esse, quandò per istiusmodi ludum satis patebat regem facilè oppressum iri, nisi inuigilaret, à suisq; defenderetur. Vocant hodiè hosce calculos seu scrupos furunculosue quibus præliando ludimus (est enim certamen instar prælij) schacos, à scandendo forsitan dictos, quòd calculi cùm mouentur, in alteram aduersariam partem scandere uideantur. Ludus omnibus notus est, quare satis de eo habeo dictum, cùm monstrauerim originem. Cæterùm de tesseris ac talis appositè aliquid disputemus, cùm hæc ludicra sint tam notissima, quàm eorum nomen multis adhuc non planissimum factum uideatur. Sanè tesseram dicimus, quòd ex omni parte quadrata sit, quæ octo habet angulos, & sex latera punctis notata, qua in tabula lusoria plurimum luditur. Vulgus tesseram uocitat talum, siue per diminutionem taxillum, qui nunc nusquam ferè gentium in usu est, tantum abest ut ille quid sit talus intelligat. Porrò talus est ossis genus, quod in articulis pedum duntaxat posteriorum eminens, concaua in uertebra suffraginum, quæ eadem sunt in posterioribus animalium pedibus, atque genua in prioribus: ligatur solidis neruis, forma penè quadratum, & parte altera concauum, altera aliquantulum curuum, estq; animalibus bisulcis, hoc est, bobus, ouibus, capris, damis, & reliquis, præterea nullis alijs solidas ungulas aut digitos habentibus. Hoc genere ossiculi ueteres

ludeb

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ludebant sic: Latus quod unicum numerum notabat, canis aut canicula appellabatur: si quis iactando caniculam uertisset, is numum unum deponebat, uel quantum inter ludentes conuenisset. Vnde Persius, Damnosa canicula quantum Raderet. Contrà in altero latere Venus siue coos dicebatur, septenarium numerum significans. Is qui eum numerum iactando talos reddidisset, sex lucrabatur, & quicquid etiam ex iactu caniculæ depositum esset. Duo alia latera chius & senio nominabantur, & ille ternarium, hic quaternarium significabat: quippe in talis, neq; binarius, neque quinarius erat numerus. Igitur qui chium iactabat, tris numos: qui senionem, quatuor lucrabatur, qui propterea dexter nuncupabatur. Persius: Quid dexter senio ferret, Scire erat in uoto. Si enim pluribus positis talis, eadem foret facies, pro uno accipiebatur, quia diuersius numerum augebat. Fuit & alius ludendi modus, per uulturios, ac Herculem basilicum. Plautus: Talos poscit sibi in manum, prouocat me ad aleam, iacit uulturios quatuor: Talos arripio, Herculem iacto basilicum. Ita apud nos sexcenti sunt modi ludendi ad aleam: est enim alea omnis fermè ludus, qui in uarietate fortunæ consistit, ut sunt tesseræ cum primis, & chartæ lusoriæ, cum quibus qui se ualde delectant, maximè omnium semper egent. Sed talorum usus haud penitus obsoleuit. Vidi ego in Flandria mulieres talis ludentes, quæ multos habebant uario colore pictos, uel ex ebore factos, quemadmodum ueteres præter naturales talos, ex alia materia factis usos esse memoriæ proditum est. De origine uerò ludi non habeo quicquam certi traderc. Ratio ipsius ludi, quam suprà posuimus, uidetur significare Romanum esse inuentum: fuit tamen celebris & apud Græcos: siquidem Euripides talorum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rum numerum usque ad quadraginta auxisse fertur. Talus Græcis ἀστράγαλος dicitur. Alia quoque fuerunt apud antiquos ludorum genera, quibus etiam nunc utimur, autoribus tamen minimè proditis, ut illud, par impar ludere, cùm quis numos manu occultat, petitq; ab altero, par'ne, an impar eorum numerus sit. Suetonius de Augusto, scripsit ad filiam: Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos singulis conuiuis dederam, si uellent inter se post cœnam, uel talis, uel par impar ludere. Item aliud, digitis sortiri, quod fit, cùm duo clausis manibus, uocando certum numerum, subinde digitos porrigunt. Verbi causa, ego tres digitos explico, tu totidem, ipse quatuor nomino, tu uerò sex, ita tu qui numerum uocando diuinasti, iam uicisti. Et quia digiti ita explicati subitò apparent, idcirco per metaphoram, micare dicitur. Varro: Micandum erit cum Græco, utrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. Italis ludus notus est, uulgo'que mor appellatur, quasi μωρῶν, id est, stultorum ludus, quòd digitorum iactatio signum sit leuitatis: ideò uirum grauem micare non decet.

De quorundam ludorum origine apud Latinos.

CAP. XIIII.

LVpercal, *quod, autore* Dionysio, *spelunca erat sub monte* Palatino, *ab* Euandro *sacrata* Pani Deo Arcadiæ, *qui* Lycæus *dicitur, ex eo dictum nonnulli autumant, quia ibi per caprum luebatur, hoc est, sacrificabatur: tametsi* Plutarchus *in uita* Romuli *proprium eius celebritatis fuisse inquit, ut* Luperci *canem immolarent. Alij scribunt à lupa, quæ ibi* Romulum *&* Remum *nutrisset, aut quòd hic locus, quod uerisimilius est,* Pani Lycæo *consecratus esset:* λύκος *enim Latinè* Lupus *dicitur: aut*

quòd

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quòd Pan lupos arceat. Vnde lupercalia ludicra, quæ teste Plutarcho expiationis causa fiebant, Lycæa dicta, à Pane Lycæo numine Arcadico, quem, autore Liuio ab urbe condita. Romani Inuum uocabant, & idem putabatur esse Faunus, uel, ut Fenestella tradit, Syluanus. Sacrificabatur autem Lycæo, mense Februario, in hunc fermè modum. Iuuenes nudi Lycæum Pana uenerantes per luxum atque lasciuiam, currebant, ferentes scuticas ex caprinis pellibus factas. Vnde Festus tradit crepos, id est, lupercos à Romanis dictos, à crepitu pellicularum quem faciebant uerberantes. Mulieres ultrò se ad uerbera offerebant, arbitrantes eam rem ad fœcunditatem conducere. Iuuenalis:

Nec prodest agili palmas præbere luperco.

Hoc autem ludicrum Euander ex Arcadia primus in Latium intulit. Ouidius:

Transtulit Euander syluestria numina secum.

Testatur idem Vergilius in octauo, Liuius, Dionysius, & Fenestella. Quòd uerò nudi currebant, Trogus, & Ouidius libro secundo Fast. ex imitatione habitus ipsius Dei, cui hæc sacra fiebant, hunc morem fluxisse tradunt. Sed Fenestella & Seruius alias etiam huius rei rationes reddunt, quas Ouidio latè prosequente, ego in medium proferre supersedeo. In ijs autem ludis, quod non longè ab re est, M. Antonius nudus & peruncTus, autore Appiano in secundo de bellis ciuilibus, Cæsaris capiti diadema intulit. Erant deinde Circenses, sic enim appellabantur, quasi circum enses: nam, teste Seruio super tertio Georgic. cum rudis uetustas nondum loca huiuscemodi ludis apta ædificasset, inter enses & flumina eos celebrabat, ut ab utraque parte esset ignauis præsens periculum. Exin circus, id est, locus muris septus, ab ipsis Circensibus denominatus, in

quo

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quo ludi fiebant, ædificatus est, de quo Liuius ab urbe condita ait: Tum primùm circo, qui nunc maximus dicitur, designatus est locus. Disponebatur autem circus in formam spatij oblongi, & in summitate circi carceres erant, unde equi curribus uincti ad cursum mouebantur, & cùm ad summum deuenissent, reuoluebantur, donec ad priorem metam deuenirent. Exercebantur etiam pugiles in medio loco muneribus collocatis. Vergilius in quinto Aeneidos:

Munera principiò ante oculos circoq; locabant.

Solennes deinde mansere huiusmodi ludi Romani, & magni uarieq; appellati. Erant insuper Saturnalia, quorum dies lætitiæ pleni erant, & mense Decemb. magnificè apparateq; celebrabantur. Hinc Mart. in xenijs dicit:

Postulat ecce nouos ebria bruma sales.

In quibus, ut idem testis est, amici inter se munera mittebant, & quæ primò mittebantur, xenia, quasi hospitalia, hoc est, ad hospites missa uocabantur: ξένος enim Græcè hospes appellatur: quæ uerò remittebantur, apophoreta, quòd ἀποφέρειν significat referre. Hæc autem sacra Ianus, autore Macrobio, Saturno, qui cum unà concors regnauit, primus instituit: quidam à Pelasgis, alij ab Atheniensibus, ut idem dicit, ortum habuisse uolunt. Et quoniam sub Saturno omnia communia erant, hinc, teste Iustino in XLIII. suæ epitomes, cautum erat, ut Saturnalibus exæquato omnium iure, passim in conuiuijs serui cum dominis recumberent. Erant & ludi gladiatorij, quos diuus Cyprianus ad Donatum execratur: Paratur, inquit, gladiatorius ludus, ut libidinem crudelium luminum sanguis oblectet: homo occiditur in hominis uoluptatem, & quis possit occidere, peritia est, usus est, ars est, scelus non tantum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tantum geritur, ſed docetur, &c. De eorum autem origine & cauſa, Iulius Capitolinus in uita Max. & Balbini principum hæc commemorat: Multi dicunt apud ueteres hanc deuotionem contra hoſtes factam, ut ciuium ſanguine litato, ſpecie pugnarum, ſe Nemeſis, id eſt, uis quædam fortunæ, ſatiaret. Alij hoc literis tradunt, quod ueriſimilius credo, ituros ad bellum Romanos debuiſſe pugnas uidere, & uulnera, & ferrum, & nudas inter ſe cohortes, ne dimicantes in bello armatos hoſtes timerent, aut uulnera & ſanguinem perhorreſcerent. Hinc mos tractus uidetur, ut Imperatores ad bellum proficiſcentes munus darent gladiatorium. Habebant præterea plura ludorum genera, quæ campus Martius, uti in offic. lib. Cicero ait, iuuenibus exercitationis bellicæ cauſa ſuppeditabat, quæ nos hic ſtudio breuitatis omittimus, alibi reliqua dicturi, libro IIII. cap. ulti. cùm eos exponemus ritus, qui hodie apud nos quoque ſeruantur, & ludos, qui religionis cauſa in primis fiebant.

Quis primus inuenerit inducias, & fœdera, & de eorundem uario faciendorum ritu, ac quot eſſent genera.

CAP. XV.

INducias primus omnium, autore Plin. lib. VII. inuenit Lycaon. Sunt autem induciæ (non eſt enim hoc ſilentio prætereundum) pactum quoddam & ceſſatio pugnæ, manente tamen bello, uti teſtis eſt Gellius in primo Noctium Atticarum, paucorum dierum: hoc eſt, ut uſque ad certum diem non pugnetur, nihilq; incommodi detur. ſed ex eo die poſtea uti iam omnia belli iure agantur. Quinetiam horarum quoque atque annorum induciæ ſunt. Gellius enim in prænotato libro tradit, in primo annalium Quadrigarij ſcriptum eſſe, C. Pontium Samnitem à dictatore Romano ſex hor

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

sex horarum inducias postulasse. Liuius uerò ab urbe condita libro primo, Induciæ, inquit, Veientibus in XL. annos datæ. Et in VII. Cæriti populo in centum annos. Fœdera idem Plinius est autor Theseum primùm comperisse. Sed Diodorus libro sexto Mercurio assignat, ita scribens: Tribuunt præterea Mercurio præconia, dissidia, ac fœdera, quæ in bellis fiunt. Hæc ille. Verùm ego puto Theseum apud Græcos duntaxat fœderis autorem fuisse, quando ex Iosepho, de antiquitatibus Iudæorum, facilè deprehendimus, cùm antea, tum Cecropis temporibus, post quem, teste Eusebio in decimo de præparatione Euangelica, omnia apud Græcos memoratu digna narrantur, fœderis paciscendi morem apud Assyrios & Aegyptios, nonnullosq; alios fuisse, sed præsertim apud Hebræos. Nam Iacob, qui multò ante Cecropem fuit, apud eundem Iosephum legimus, cùm Laban socero fœdus fecisse: deinde Mosen, qui, autore Eusebio, Cecropis tempore fuit, ultro certum fœdus obtulisse quibusdam regibus, cùm sibi per deserta locatutum iter peteret. Exin etiam IESVM Mosis successorem cùm Gabaonitis fœdus percussisse constat. Quapropter huius rei certum autorem temporis longinquitate obliteratum, nequaquam in lucem proferri posse duco. Fœderum autem tria olim fuisse genera reperio: unum, cùm bello uictis dabantur leges à uictore, ipsiusq; ius & arbitrium erat, ex ijs quæ dedita fuissent, habere quæ uellet, & mulctare. Alterum, cùm bello pares æquo fœdere in pacem & amicitiam ueniebant: tunc enim fas erat repeti res, reddiq; ac componi eas, per quas possessio turbata foret. Tertium, cùm qui hostes nunquam fuerint, ad amicitiam sociali fœdere inter se iungendam coibant, tum ij neque dare neque accipere leges debebant, id quod aut

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uictoris aut uicti esse constat. Fœdus præterea alio alibi ici consueuit modo: apud Romanos enim, teste Liuio ab urbe condita, uolumine primo, fecialis sacerdos ex iussu regis, sumpta ex arce graminis herba pura, ut in nostris prouerbijs docuimus, feriebat porcum silice, dicens: Sic à Ioue feriatur is, qui sanctum hoc fregerit fœdus, ut ego hunc porcum ferio, &c. At Polybius lib. III. cùm de primo fœdere inter Romanos & Carthaginienses icto meminit, alium ritum fuisse demonstrat: ait enim, Simulatq; de fœdere inter partes conuenerat, fecialis sumpto in manibus lapide, dicebat: Si sine dolo malo hoc fœdus facio, dij mihi cuncta felicia præstent: sin aliter aut ago aut cogito, cæteris saluis, solus ego peream, ut hic lapis è manibus meis decidet: & mox lapidem deijciebat. Arabes autem quoties fœdus faciebant cum alijs, quidam medius inter utrunque stans, acuto lapide feriebat uolam, iuxta maiores digitos ipsorum qui fœdus agebant: deinde sumpto flocco ex utriusque uestimento, inungebat eo sanguine septem lapides in medio positos, inter ungendum inuocans Dionysium, & Vraniam. Hoc acto, idem qui fuerat sequester fœderis inter amicos contrahendi, uadabatur pro hospite, aut fortè pro ciue, si cum ciue res agebatur. Quod fœdus & ipsi qui amicitiam contrahebant, seruare iustum censere. Scythæ uerò hoc quippe modo sanciebant. Infuso in grandem calicem fictilem uino, commisceebant eorum sanguinem qui ferirent fœdus, percutientes cultello, aut incidentes gladio aliquantulum corporis, deinde in calice tingebant sagittas, securim, iaculum: hæc simulatque fecissent, sese multis uerbis deuouere, postea uinum epotare, non modò ij qui fœdus faciebant, sed etiam comites illi, qui erant maximæ dignitatis. Sic fermè apud Romanos iusiu-

randum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

randum inter factiosos confirmabatur, testificante Sallustio, qui scribit Catilinam humani corporis sanguinem uino permistum in pateris circuntulisse socijs coniurationis, & eos singillatim degustasse, quò inter se magis fidi forent. Atqui hodie illud idem fit inter eos, qui ad aliquod insigne scelus faciendum conspirant. Item Barcæi pactionem in hanc formulam conflabant. Feriebant enim fœdus super occultam fossam, & quoad humus ea ita se haberet, tamdiu fœdus in ea regione ratum fore sentiebant. autor Herodotus libro tertio, quarto & quinto. Et sic alij alio pacto denique faciebant, id quod si persequi uellem, essem profectò longior æquo, simulq; parum utiliter excluderet tempore.

A quò mos triumphandi fluxerit, & quis primus apud Romanos triumphum, aut ouationem duxerit, ac quis triumphare, aut ouare liceret, & de ritu uspiam ponendi trophæi, CAP. XVI.

Dionysium, hoc est, Liberum patrem, primùm omnium multarum gentium spolijs onustum triumphasse, Diodorus lib. histor. V. & VI. & Plinius in VII, atque Solinus tradunt. Deinde apud plerosque populos usus triumphandi inoleuit: nam Carthaginiensium Imperatores rebus bene gestis, triumphum ducere solebant, dicente Iustino libro suæ epitomes XIX. Hasdrubal grauiter uulneratus, imperio Hamilcari fratri tradito, interijt, cuius mortem tum luctus ciuitatis, tum & dictaturæ X I. & triumphi quatuor insignem fecere. Verùm apud Romanos præcipuus triumpho honor fuit: Romulus enim primus omnium, teste Dionysio, deuicto Acrone Ceninensium rege, Lauro coronatus, & quatuor uectus equis, urbem ingressus est, spoliaq; hostilia Ioui Feretrio consecrauit.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Cæterùm Liuius de corona laurea & curru in hac pompa, non meminit, neque Plutarchus in uita Romuli. Eutropius uerò primum triumphum Tarquinio Prisco tribuit, deuictis Sabinis. Sed deinceps pompa triumphi insolens atque sumptuosissima, omnem priscæ mediocritatis formam exuit, modumq; excessit: nam triumphantes uehebantur equis albis, quibus primus omnium, teste Liuio ab urbe condita lib. v. & Plutarcho, Camillus usus est, eiusq; triumphus ea de causa clarior fuit quàm gratior, & curru inaurato, corona, ut testis est Gellius, aurea redimitus, & deuictus hostis oneratus colla catenis, currum sequebatur, præeunte senatu, & sic in Capitolium ascendebant ad templum Iouis opt. max. ubi mactato tauro albo, deinde domum redibant. Erat præterea minor triumphus, quæ ouatio appellabatur, uel quia, ut Plutarchus sentit in uita Marcelli, ouis mactabatur: uel quia, sicut Festo placet, redeuntes ex pugna uictores milites lætabundi ingeminabant o literam. Ouandi autem ac non triumphandi, autore Gell. libro v. causa erat, cùm aut bella non ritè indicta, neque cum iusto hoste gesta erant, aut hostium nomen humile, ut seruorum, aut deditione repentè facta, si incruenta uictoria obuenisset, minus'ue quinque millia hostium una acie cecidissent: ita enim lege exceptum erat. Et ne prior lex ex cupiditate laureæ antiquaretur, ei altera suppetias tulit, quæ Imperatoribus pœnam minabatur, qui aut hostium occisorum, aut amissorum ciuium falsum numerum literis senatui ausi essent referre. autor Valerius Maxim. libro II. Non fiebat insuper ius omnibus triumphandi, licet res triumpho dignas gessissent, quod quatinus Liuius uolumine primo de bello Macedonico plenissimè declarat, eius ideo uerba ponam: ait enim, Per idem tempus

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tempus L. *Cornelius Lentulus proconsul ex Hispania rediit, qui cùm in senatu res ab se per multos annos fortiter feliciterq; gestas exposuisset, postulassetq; ut triumphanti sibi inuehi liceret in urbem, res triumpho dignas esse censebat senatus, sed exemplum à maioribus non accepisse, ut qui neque dictator, neque consul, neq; prætor res gessisset, triumpharet. Et infrà suggerit: Et senatusconsulto* L. *Lentulus ouans urbem est ingressus. Ouantes uerò, teste Plinio lib.* x v. *myrto coronabantur: quia hæc arbuscula, ut Plutarchus ait, uim maximè bellumq; perosa est, & equo uecti ibant, militibus deinde comitantibus in Capitolium, ubi ex oue sacrificabant, sicut triumphantes ex tauro. At Lacedæmonij, ut hoc quoq; commodùm subnectam, autore Plutarcho in uita Marcelli, contrario Romanorum more, cùm bellum dolo malo confecissent, taurum mactabant: sin armis rem gessissent, gallum. Sed ad rem redeamus. Sabinus Massurius, teste Gell. pedibus ingredi ouantes dicit, sequentibus eos non militibus, sed uniuerso senatu. Primus autem omnium, autore Plinio lib.* x v. *Posthumius Tubertus ouans ingressus est urbem. Fuit item, teste Cicerone libro posteriore de inuentione, usus Græcis, cum inter se bellum gessissent, ut hi qui uicissent, trophæum aliquod in finibus statuerent, uictoriæ modò in præsentia declarandæ causa, non ut in perpetuum belli memoria maneret. Quare cùm Thebani aliquando Lacedæmonios bello superauissent, & æneum trophæum posuissent, apud commune Græciæ concilium accusati sunt, quòd contrà, quàm ritus esset, æternum inimicitiarum monumentum statuissent. Sed consuetudo uetus fuit, ut eo loci ubi hostes deuicti fuissent, arborum ramos inciderent, & in truncis suspenderent spolia hostibus detracta, aut in montibus idem facerent.*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Sic Aeneas de Mezentij exuuijs trophæum posuit. Vergilius libro x i.

Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituit tumulo, fulgentiaq; induit arma,
Mezenti ducis exuuias, tibi magne trophæum
Bellipotens aptat rorantes sanguine cristas,
Telaq; trunca uiri. *Cæterùm cùm de coronis facta sit mentio, non alienam erit earum originem subijcere.*

Qui primi coronas inuenerint, & de uariis earum generibus, & à quibus ciues coronandi consuetudo manauerit, & de usu coronarum in conuiuiis, inibiq; locus Vergilii enodatus: ac unde mos, ut coronari supplicarent Deo, epulaenturque in funere faciundo, ac spectarent ludos.

CAP. XVII.

COronarum repertorem, teste Plinio lib. x v i. ferunt Liberum patrem fuisse, qui primus omnium imposuisset capiti suo coronam ex hedera: postea Deorum honori sacrificantes sumpserunt, uictimis simul coronatis. Reperimus tamen longè antiquiorem coronarum usum: nam Moses, qui multis seculis, ut testis est Eusebius in x. de Euangelica præparatione, præcessit Liberum patrem, multas aureas coronas fecit, de quibus Iosephus plenè meminit in i i i. Antiquitatum, cùm de sacerdotum indumentis loquitur, & in v i i i. scribens: Corona uerò in qua Deum Moses inscripserat, una fuit, quæ ad hunc usque diem permansit. Principio ex arborum ramis fieri coronas in ludis & sacris certaminibus mos fuit, postea uaria florum mistura componi cœperunt. Has Glycera primùm adinuenit, ut ait Plin. lib. x x x v. cap. x i. cùm de Sicyonio pictore meminit: Amauit in iuuenta Glyceram municipem suam, inuentricem coronarum, certandoq; imitatione eius ad numerosissimam florum uarietatem perduxit artem

illam.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

illam. Verùm idem lib. x x i. utrisque hoc potius assignare uidetur, scribens: Postea uariari cœptum mistura uersicolori, florumq; inuicem odores colores q; accendere Sicyonij ex ingenio Pausiæ pictoris atque Glyceræ, coronariæ dilectæ admodum illi, cùm opera eius pictura imitaretur. Paulò post subiere, quæ uocantur Aegyptiæ, siue hybernæ; tunc cùm terra horret, factæ è bracteis ligneis siue eburneis, uarijs coloribus infectis. Venerunt deinde è lamina æenea tenui inaurata aut argentata, quæ propter gracilitatem corollæ dicuntur. Crassus autem diues, autore Plinio lib. x x i. primus suis ludis coronam aureis argenteisq; folijs dedit, & alij alias, obliteratis tamen eorum nominibus. Hinc deniq; multijuges coronæ manarunt: erant enim militares coronæ, id est, triumphalis, qua donabantur Imperatores: muralis, quam Imperator dabat illi qui primus muros subijsset. Castrensis, qua eum donabat Imperator, qui primus in hostium castra pugnans introisset. Nauali s, qua donari assolebat is qui primus in hostium nauem transiliuisset. & hæ ex auro fiebant. Sed triumphalis ab initio ex lauro fuerat. oleagina, qua, uti antea diximus, uictores in olympico stadio donabantur. myrtea, qua ouantes coronabantur. obsidionalis, quam Plinius in x x i i. cunctis coronis præponit. Hanc autem illi qui liberati erant obsidione, dabant ei duci, qui liberasset: & ea graminea erat, ex eo gramine quod ibi natum fuerat, ubi obsidebantur. Erat præterea ciuica corona proculdubio celeberrima, quam ciuis ciui à quo seruatus fuisset in prælio, testem uitæ salutisq; perceptæ dabat: ea fiebat ex fronde querna, quoniam quercus primum mortalibus uictum præbuisset: uel quia, sicut Plutarcho placet, Ioui, in cuius tutela sunt ciuitates, sacra quercus est: uel alijs de causis, quas ipse in

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uitæ Coriolani affatim exponit. De hac Plinius lib. x v I. meminit, appellans eam militum uirtutis insigne clarissimum. Ex quo non temere Antonius Pius, teste Capitolino, Scipionis auream illam, ut ita dixerim, sententiam frequenter usurpabat, dictitans, malle se unum ciuem seruare, quàm mille hostes occidere. Hanc autem consuetudinem ciues coronis donandi, autore Valerio Max. lib. 11. Athenienses primi omnium introduxerunt, hoc honore uberrimo uirtutis alimento primùm Periclem decorantes. Erant insuper coronæ gemmatæ, uallares, rostratæ, & spicea, quam Plinius lib. x v 1 1 1. tradit primam apud Romanos fuisse coronam. At coronas ex cinnamomo, idem autor est in duodecimo, interrasili auro inclusas, primus omnium in templis Capitolij atque Pacis dicauit Imperator Vespasianus. Sic demum eò coronarum luxuria processit, ut Græci in conuiuijs, sympositisq; (ita enim Græcè compotationes uocantur) coronis uterentur, infunderentq; in pateris hilaritatis gratia. Cuius rei, ut in tertio huius operis uolumine dicemus, Iones autores extiterunt. At illud Cleopatræ exemplum occurrit: nam apparatu belli Actiaci, gratificationem ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, cum eo lusit extremis coronæ floribus uenenatis: sanè procedente hilaritate, inuitauit Antonium, ut coronas biberent: ecquis scilicet istas timeret insidias? Ergo coniecta in scyphum corona, Antonio incipienti haurire, opposita manu, En ego sum, inquit, illa chare Antoni, quam tu noua prægustantium diligentia caues, adeò mihi si possem sine te uiuere, occasio & ratio nocendi adest. Inde eductum è custodia uinctum bibere iussit, qui sumpto potu, illico occidit, autore Plinio lib. naturalis histor. 21. Artaxerxem etiam Persarum regem, in potatione

coro

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

corona esse usum à Plutarcho in uita Pelopidæ accipimus. Ad hunc igitur bibendi morem dixerim poëtam allusisse in primo Aeneidos, illo uersu:

Crateras magnos statuunt, & uina coronant.

Et in 7. eiusdem operis:

Crateras læti statuunt, & uina coronant.

Item moris fuit olim Italorum ut coronati supplicarent Deo, pro se, suisq;. Sic teste Cicer. lib. Tuscul. primo, & ad Attic. 8. Neapolitani coronati ac municipia uota fecerunt, pro Pompëio ægrotante. Sic Græci epulabantur, dum funus facerent, idem Cicero autor, qui lib. de legibus 2. cùm de ordine exequiarum apud Græcos meminit, ita scribit: Sequebantur epulæ, quas inirent propinqui coronati. Sic Romani coronati ludos Romanos ac Apollinares, autore Liuio libro extremo x. dec. primæ, & v. dec. III. spectabant. Sicq; hodie cùm alibi, tum apud Anglos, statis solennibusq; diebus sacerdotes coronati in supplicationibus publicis incedunt, & præsertim Londini sacerdotes Paulini, mense Iunio, die diuo ipsi Paulo apostolo sacro, qui simul omnia eius diei sacra coronati curant, faciuntq;. Sed iam ad unguentum transeamus, quod haud quaquam minus quàm coronæ, ad luxum pertinet.

De antiquissimo usu unguentorum, & quando primùm ea cognita Romanis. CAP. XVIII.

Quis primus unguenta inuenerit, non traditur. Iliacis temporibus non erant, ait Plin. Cui Iosephus in secundo antiquitatum minus assentiri uidetur, scribens: Iacob, qui, teste Eusebio, multis tẽpestatibus ante Troianum bellum fuit, misisse in Aegyptum ad Ioseph filium suum id temporis apud Pharaonem annonæ præfectum, inter cætera munera, unguentum. Et in tertio eiusdem

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

operis, cùm de purgatione tabernaculi & sacerdotum sermonem habet, quam Moses instituit, qui fuit ante CCCL. annos, quàm Troia excisa est, ait: Purificauit autem & tabernaculum et sacerdotes hoc modo: sumpsit siclos quingentos, & totidem ireos, cinnamomi & calami (est autem & hæc species suauis odoris) priorum mensuram, & medietatem horum iussit contusam misceri, oleiq; oliuarum pondus mensuræ prouinciæ, quæ dicitur bin, duas choas atticas capiens: quibus permistis & coactis facta est arte unguentariorum unctio suauissima, & reliqua. Ex quo cùm huiusmodi Hebræorum antiquissimos unguẽto usos constet, eos huius rei autores fuisse, haud credere absurdum fortasse fuerit: nos tamen hanc rem in medio relinquimus. Sed Plinius in decimotertio, & Solinus prodiderunt, primùm castris Darij regis expugnatis, in reliquo eius apparatu Alexandrum cepisse scrinium unguẽtorum, posteaq; uoluptatem eius à nostris quoque inter laudatissima atque etiam honestissima uitæ bona admissam esse. Verùm apud Persas, etiam ante Darium unguenta fuisse testatur Herodotus libro tertio, scribens Cambysem Cyri filium misisse legatos cum maximis donis ad Aethiopum Macrobiorum regem, inter quæ unguẽti alabastrum fuisse: regem uerò cùm ab Ichthyophagis (hi enim missi fuerant) rationem confecturæ huiusmodi unguenti didicisset, id penitus aspernatum esse. Quando autem primùm ad Romanos unguentum peruenerit, haud propalàm est. Certum est, teste Plin. in decimotertio, Antiocho rege Asiaq; deuictis, urbis anno DLXV. P. Licinium Crassum, & L. Iulium Cæsarem censores edixisse, ne quis uenderet unguenta exotica, id est, externa, & aliunde asportata.

Qui

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Qui primi inuenerint aurum, argẽtum, ferrum, plumbum, æs, fabriliaq; instrumenta, & ignem primò, dein è silice aut lignis, & folles, atque lucernæ usum. CAP. XIX.

EX metallis quibus nunc humanæ constant opes, aurum pretiosissimum est, cuius habendi tanta mortales libido iam inde ab initio inuasit, ut in eo effodiendo, iamiam ad inferos propemodum penetrauerint. Ouidius in primo Metamorph.

Sed itum est in uiscera terræ,
Quæq; recondiderat, Stygijsq; admouerat umbris,
Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Iamq; nocens ferrum, ferroq; nocentius aurum
Prodierat. Vnde de hominibus intentè fodientibus, illud Phaletij dictum, Plutonem breui ad superos adductum iri, Strabo in tertio geograph. commemorat. Quare Diogenes, teste Laërtio, rogatus cur palleret aurum, admodum scitè respondit; Quia multos, inquit, habet insidiatores. Hoc, autore Plinio libro 7. Cadmus Phœnix ad Pangæum montem primus inuenit: ut alijs placet, Thoas, & Baclis in Panchaia, aut Sol Oceani filius. Argentum uerò Mercurius quintus, unde uiuum argentũ uulgò Mercurium appellant, uel Erichthonius Athenienſis, aut Ceaeus. Ad Pangæum autem Thraciæ montem hæc metalla ideo, ut mea quidem fert opinio, primùm inuenta traduntur, quoniam ibi, teste Herod. libro 7. aurum & argentum maximè abundat. Ferrum Idæi Dactyli in Creta adinuenerunt. Plumbum ex insulis contra Celliberiam sitis, quas Strabo libro 2. Cassiterides appellat, Midacritus primus asportauit. Aes in Cypro insula Cynira Agriopæ filius reperit, item forcipem, marculum, uectem, incudem, ex Plin. libro 7. & 34. à quo Solinus discrepat, ita scribens, cùm de

Creta

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Creta loquitur: Calthis eadem habita est apud priscos, ut Calidenus autor est, ære ibi primùm reperto. Sicuti nec de ferro Clemens assentitur, tradens Selmentem & Damnameneum Iudæos in Cypro inuenisse. Aerariam fabricam alij Chalybas, alij Cyclopes inuenisse uolunt, qui ferrariam primò exercuerint. autor Plinius. Atqui æris usum Pannonios monstrasse Clemens tradit. Aes conflare Aristoteles ait Lydum Scytham docuisse: Theoprastus Delam Phrygem putat. Strabo uerò libro 14. geograph. dicit Telchines populos ferrum & æs omnium primos esse fabricatos, utpote qui harpen, id est, ensem falcatum, Saturno fecerint. Compactionem ferri Glaucus Chius, teste Herodoto in primo, excogitauit. Auri conflaturam ipse Cadmus, ut ait Plinius, inuenit. Cæterùm hæc ferè omnia Diodorus cùm Idæis Dactylis, tum Vulcano assignare uidetur, ita libro sexto scribens. Idæi Dactyli traduntur ignis usum, ac æris ferriq; naturam, quoq; modo fabricentur, in loco quem Berecyntum dicunt, inuenisse. Et alibi: Vulcanum, inquit, ferri, æris, argenti, auri, omniumq; quæ igne fabricantur, artem inuenisse ferunt. Verùm huiusmodi metallorũ usus in ipso primordio propè orbis apud Hebræos, qui mortalium omnium primi geniti sunt, ex Iosepho de antiquitate Iudæorum, in pleriq; locis fuisse deprehendimus, qui uolumine primo ferrariam artem Tubalchain Lamech filio assignat, sicut Clemens temperiem ferri Delæ Iudæo attribuit, quamuis Hesiodus Delam ex Scythia fuisse affirmet. Quare eorum qui huiusmodi rerum autores produntur, alios alibi primos hæc metalla, etsi diu antè reperta, monstrasse par est credere. Ignem, teste Diodoro libro primo, quidam sacerdotes affirmant Vulcanum reperisse, & eo beneficio ducem ab Aegyptijs constit

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

constitutum. Vitruuius in secundo de architect. dicit arbores ab initio uentis agitatas inter se terẽtes ramos hunc primùm excitauisse, inde uerò homines ligna adijcientes conseruasse. Alij hoc Idæis Dactylis adscribunt: sed rectius profectò factitarent, si Deo cœli & terræ, ac cuiusq; rei quæ cœli ipsius ambitu continetur, creatori, ut decet, hoc etiam humanæ uitæ aduersus uim frigoris præsidium, acceptum referrent. Ignem è silice Pyrodes Cilicis filius inuenit: at eundem seruare in ferula Prometheus docuit. autor Plinius in septimo. Hic magis meo iudicio admiratione dignum occurrit exploratorũ in castris pastorumq; inuentum, qui cùm ad excutiendum ignem, non eis semper lapidis occasio esset, ignem ex diuersis arboribus concipere didicerunt, dicente Plinio in decimosexto: Calidæ morus, laurus, hedera, & omnes quibus ignaria fiunt. Exploratorum hoc usus in castris pastorumq; reperit. Teritur igitur lignum ligno, ignemq; concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis fungi uel foliorum facillimè conceptum. Sed nihil hedera præstantius, quæ teratur lauro, laurumq; terat. Folles uerò, id est, instrumentum quo attrahitur uentus, atque emittitur ad ignem excitandum, Anacharsis Scytha, teste Strabone libro secundo geographiæ, reperit. Lucernæ usum Aegyptij inuenerunt, autor Clemens.

A quibus primum numus aureus inuentus, aut quis argentum & æs signauerit, atque speculum argenteum fecerit. CAP. XX.

VTinam aurum, sacra fames, ut poëta dixit, posset è uita hominum penitus tolli, ab optimis quibusq; conuitijs proscissum, id quod Crates ille Thebanus ita esse faciendum exemplo docuit, qui, teste D.Hieron. contra Iouin

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uinianum, quamuis Laërtius aliter tradat, proiecto in mare non paruo auri pondere, Abite, inquit, pessum malæ cupiditates, ego uos mergam, ne ipse mergar à uobis. Quod haud mehercule temerè fecit: aurum enim etiam bonos, nedum prauos, transuersos plerunq; agit. Quantò igitur cum rebus humanis felicius ageretur, si res ipsæ inter se permutarentur, sicut Troianis temporibus Homerus tradit esse factitatum? Quamuis usum pecuniarum ex quocunq; essent metalli genere, antiquissimum constet: quia apud Iosephum legimus, Cain Adam primi hominis filiũ anxiè in cumulandas pecunias incubuisse. Pessimum itaque uitæ scelus fecit, qui primus ex auro denarium signauit, quod Plinius libro 33. penitus latere dicit, autore incerto. Verùm Herodotus grauis utique autor in primo historiarum lumine scribit, Lydos primos omnium numum aureum & argenteum ad utendum percussisse. Quod Plinius fortasse minus silentio præterisset, nisi ibi, ut opinor, tantum de Romano numo locutus esset. Romæ autem, ut idem Plinius ait, numus aureus percussus est anno urbis DCXLVII, qui cœpit deinceps ubiq; gentium cudi, & communis esse, & ille in primis, qui quòd Romæ cuderetur, Ducatus est dictus, à Romano ducatu, qui magistratus à Longino fuerat primùm constitutus, quem Iustinus Imperator Narseti Italiæ præfecto successorem dederat. Argentum primus omnium, autore Strabo libro octauo geograph. signari docuit Phædon. At Ephorus, ut idem autor est, scriptis prodidit primò in Aegina à Phidone signari cœptum argentum. Ex quo, ut uidere uideor, huiusmodi scriptores primùm ab Herodoto, qui, sicut ostendimus, Lydis hoc assignat, deinde inter se dissentiunt, nisi in alterutro mendum sit in dictione Phidone, uniùs mutatione literæ. Romæ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mæ signatum anno ab urbe condita, quadringentesimo octogesimoquarto. autor Plinius, *Liuius itidem ab urbe condita testatur serò esse signatum argentum. Eutropius uerò in secundo suarum histor. dicit numum argenteum primùm in orbe esse signatum, anno urbis Romæ circiter* CCCCLXXXIII. *primi autem Punici belli sexto. Nota argenti, uelut* Plinius *ait, fuere bigæ atque quadrigæ. Aes* Ianus *primus signauit. Macrobius libro saturnal. primo. Hic igitur* Ianus *cum Saturnum classe peruectum excepisset hospitio, & ab eo edoctus peritiam ruris, ferum illum & rudem ante fruges cognitas uictum in melius redegisset, regni eum societate munerauit, cùm primus quoque æra signaret: seruauit & in hoc Saturni reuerentiam, ut quoniam ille naui fuerat aduectus, ex una quidem parte sui capitis effigies, ex altera uerò nauis exprimeretur, quò Saturni memoriam etiam in posteros propagaret. Ouidius quoque testatur in primo Fast. scribens:*

Multa quidem didici, sed cur naualis in ære
Altera signata est, altera forma biceps?

Et deinde infert:

At bona posteritas puppim formauit in ære,
Hospitis aduentum testificata dei.

Quapropter miror hoc à Plin. *Seruio regi Romanorum assignari, lib. 33. ita scribente: Seruius rex primus signauit æs, antea rudi usos Romæ Timæus tradit: signatum est nota pecudum, unde & pecunia appellata. Cùm præsertim ipse etiam inferius de illa prima æris signatione meminerit, dicens:* Nota *æris fuit, ex altera parte* Ianus *geminus, ex altera rostrum nauis. Sed* Plinius, *ut arbitror, forsitan intellexit Seruium, sicuti credere par est, æs signasse*

uel

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uel primùm apud Romanos *dũtaxat, uel primùm, ut idem in principio libri* 18. *capite tertio dicit, ouium boumq; effigie: nam* Ianus *multò ante conditam urbem, teste* Macrobio, *in* Latio *regnauit.* Eutropius *autem secus etiam sentit, in primo, scribens* Saturnum *numos æreos* Latinis *primùm instituisse. Sed utcunq; res se habeat,* Saturni *tempore, uel paulò pòst institutum signandi æris cœpisse, iam liquidò liquet.* Speculum argenteum, *autore* Plinio *in* 33. Praxiteles *primus fecit* Magni Pomp. *ætate.* Inuenta *sunt item specula ex ferro, plumbo, crystallo, uitro, mistisq; materijs, in quibus effigiem nostram contemplamur, ab* Aesculapio *primo* Apollinis *filio. autor* M. Tull. *libro de natura deorum tertio.*

De origine annulorum, ac primo gemmarum usu, & cur digitus sinistræ manus minimo proximus, annulo coronari consueuerit. CAP. XXI.

CVm Prometheus, *ut poëtæ tradunt, cœlestem ignem furatus esset, ferunt* Iouem *illum in monte* Scythiæ Caucaso, *ferrea catena uinxisse, aquilamq; addidisse, quæ iecore eius assiduè renascente perpetuò pasceretur.* Martialis,

Qualiter in scythica religatus rupe Prometheus
Assiduam nimio pectore pauit auem.

Post hæc Prometheum, *ut sibi* Iouem *conciliaret, hac arte usum fuisse:* Iupiter *amore* Thetidis, *conspecta eius pulchritudine, fortè exarserat: quod sentientes* Parcæ, *quarum prouidentia non fallitur, cecinerunt, quicunq;* Thetidi *connubio iunctus esset, eius filium patris gloriam longè superaturum. Hoc cùm fortè intellexisset* Prometheus, Iouí *renuntiasse dicitur: qui ueritus talionem, id est, ne quod ipse* Saturno *patri fecisset, à filio pateretur, omnem de*

Thet

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Thetide cogitationem deposuit, & ne erga Prometheum parum gratus uideretur, uinculis eum liberauit: & ut liberationis eius perpetua memoria foret, facto ex utraq; re, hoc est, saxo, ad quod alligatus fuerat, & ferro, ex quo catena constabat, annulo, digitum eius sinistræ manus minimo proximum cinxit. Quæ prima annuli & gemmæ inuentio fuit: quod Plin. libro 37. probè nimirum sentiens, fabulosum appellat, dicens: Fabulæ primordium à rupe caucasea tradunt, Promethei uinculorum interpretatione fatali, primumq; saxi fragmentum inclusum ferro, ac digito circũdatum, hoc fuisse annulum, & hoc gemmam. Quis tamen inuenerit annulum, ipse in 33. ait omnino ignorari. Constat ueteres, ut idem autor est, ferreo annulo esse usos, & ut tertio bello Punico Appianus ait, omnes præter tribunos usurpasse: ac longo certè tempore ne senatum quidem Romanum habuisse aureos manifestum est, tam serò inuenti sunt: qui in eodem libro inquit: Nec Iliacis temporibus ullos fuisse annulos uideo. Nusquam certè Homerus dicit, cùm & codicillos missitatos epistolarum gratia indicet, & conditas arte uestes, ac uasa aurea argenteaq;, & ea colligata nodi, non annuli nota. Hæc ille. At in Genesis libro, cap. 38. patet Plinium non inuestigasse annulorum uetustatem: ibi enim legimus Iudam filium Iacob rem habuisse cum Thamar nuru sua, & id fecisse imprudentem, quòd mulier mutato uestitu, personam dissimulauerit, ac illi promisisse munus, fideiq; seruandæ pignus dedisse annulum, & armillas. Item Iosephus cùm in tertio antiquitatum de uestibus sacerdotum meminit, quas Moses constituerat, qui, ut sæpius ex testimonio Eusebij ostẽdimus, fuit ante CCCL. & eo amplius annos, quàm est gestum bellum Troianum. Annulis etiam in uestibus, alijsq; operibus

k uete

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ueteres Hebræos Iliacis temporibus esse usos, sic scribens testatur: Ad hæc autem, inquit, tertio induitur indumento, quod dicitur Ephot: fit enim hoc modo, ut sit textus eius magnitudine cubiti de cunctis coloribus, auroq; uariatis, amplectẽs omnem pectoris locum. Et infrà: Vtitur Ephot cum rationali, annulis aureis per circulos singulos sub æqualitate commissis, per uittam hyacinthinam, quæ immittitur pro ligaturis & consertionibus alterutris annulorum. Et deinde subiungit: Cùm ergo per se illi quos diximus, annuli sint infirmi, nec possint pondus lapidum sustinere, alij duo maiores, & reliqua. Et cùm de mensa loquitur, quam idem Moses fecerat, ait: Et per singulos eius pedes superiore labio erant annuli, per quos uectes deaurati mittebantur. Idem testimonio est, iam id temporis gemmas cœpisse esse pretiosas ac celebres, cùm dicat ephot, quod nos superhumerale uocamus, prout infrà dicetur, cùm de nostrorum sacerdotum indumentis sermo fiet, habuisse in utroq; humero duos lapides, onyches, uel ut alij uolunt, smaragdos, & rationale duodecim fuisse ornatum lapillis. Hinc igitur, hoc est, ab Hebræis, si antea non fuerit, annulorum gẽmarumq; usum fluxisse credamus licet, eorum tamẽ ueluti multarum quoq; rerum obliteratis certis autoribus. Macrobius autem libro Saturnal. 7. inquit: Veteres non ornatus, sed signandi causa, annulum secum circumferebant. Vnde nec plus habere quàm unum licebat, nec cuiquam nisi libero, & imprimebatur sculptura materiæ annuli, siue ex ferro, siue ex auro foret. Postea usus luxuriantis ætatis, signacula pretiosis gemmis cœpit insculpere, & hæc certatim omnes imitatio lacessiuit, ut homines aliquantò studiosius lapides pretiosos requirerẽt. Hinc factum est, ut annulus in digito qui minimo proximus

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ximus est, sinistræ manus gestaretur, ne pretiosi lapides (est enim hæc manus otiosior) frangerentur. Vel ideo ille digitus, ut idem Macrobius ait, annulo coronatur, quia ab eo neruus quidam ad cor pertinet. Deinde, teste Plinio libro 33. gemmas uiolari nephas putarunt, ac ne quis annulis amplius signaret, solidas gemmas addiderunt. Annuli insuper, ut hoc quoq; ponam, apud Romanos distinxerunt alterum ordinem, id est, equestrem, cuius ipsi annuli notæ erant, à plebe, ut semel cœperunt esse celebres, sicut tunica ab annulis senatum tantum.

De origine uitri, & electri, & quis primus inuenerit minium, & myrrhina in urbem asportauerit, & de crystallo. CAP. XXII.

QVoniam Plinius lib. natur. histo. 36. de uitri origine eleganter scribit, eius ideo uerba ponam, quæ sunt: Pars est Syriæ, quæ Phœnice uocatur finitima Iudææ, intra montis Carmeli radices, paludem habens, quæ uocatur Candebœa: ex ea creditur nasci Belus amnis, quinq; millium passuum spatio in mare profluens, iuxta Ptolemaidem: lentus hic currit, insalubris potu, sed cærimonijs sacer, limosus, uado profundus, non nisi refuso mari harenas fatetur: fructibus enim uolutatæ nitescunt, detritis sordibus: nunc & à marino creduntur astringi morsu, non prius utiles. Quingentorum est passuum non amplius littoris spatium, idq; tantum multa per secula, gignendo fuit uitro. Fama est appulsa naue mercatorum nitri, cùm sparsi per littus epulas pararent, nec esset cortinis attollendis lapidum occasio, glebas nitri è naue subdidisse, quibus accensis, permista harena littoris, translucentes nobilis liquoris fluxisse riuos. Et hanc fuisse originem uitri. De hoc amne Iosephus etiam in 2. de bello Iudaico:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Stadijs, ait, duobus à Ptolemaide Belus amnis distat, iuxta quem sepulcrum Memnonis est, & uitrea in rotunda ualle harena, quam uenti ex circunicctis iugis conuehunt, inexhausta seculis ui, sed ante omnia, mirabili natura, mutandi alia quoq; in uitrum quæ attigerit metalla. Electrũ, teste Diodoro lib.6. primò in Basilia insula inuentum est, quæ Scythiæ supra Galatiam opposita in Oceano est, in quam, ut idem ait, tempestas electrum plurimum eijcit, nulla alia in parte orbis repertum. Nec me præterit fabulas ex lachrymis sororum Phaëthontis fieri tradere. Sed de electro, id est, succino, uariæ sunt scriptorum opiniones, quas Plinius lib.natural.hist. ult. latè exequitur. Minium quod in argentarijs quoq; reperitur, inuentum est, ut autor est Plin.in 33.à Callia Atheniense, initio sperante aurum posse excoqui, harena rubente in metallis argenti, id quod in Ephesiorum agris, Vitruuio libro 7.architect. repertum placet. At minium Priscis Romanis sacrum fuisse constat, quare Iouis simulacri faciem diebus festis minio illini solitam, triumphantiumq; corpora, ac sic Camillum triumphasse, idem Plinius testatur. Myrrhina quæ, teste Plinio, Oriens mittit (est enim humor sub terra calore densatus) Pomp. Magnus primo in triumpho, quem de piratis duxit, in urbem inuexit. De crystallo cùm in plerisq; locis reperiatur, nullo huius rei ab initio inuẽtore prodito, non habeo quicquam dicere, nisi quòd Plinius libro ultimo natural.hstor. prodit, crystallum gigni gelu uehementiore concreto, nec aliubi certè reperiri, nisi ubi maximè hybernæ niues rigent, & glaciem deniq; esse. Quod Solinus falsum esse probat. Nam si ita foret, inquit, nec Alabanda Asiæ, nec Cyprus insula hanc materiam procrearent, quibus regionibus citatißimus calor est. Verùm hoc significantius

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tantius à Diodoro in tertio declaratur, sic scribente: Crystallus enim lapis ex aqua oritur pura congelata, non quidem à frigore, sed diui caloris ui, qua duritiem seruet, uariosq; suscipiat colores.

De origine simulacrorum, et qui primi statuas posuerint, & Græcos contrario Romanorum more, eas non uelare, & quædam memoratu digna de imagine Magni Alexandri. CAP. XXIII.

VT posset eorũ memoria retineri, qui uel morte subtracti, uel absentia separati essent, idcirco ab hominibus, ut nemo sanè ambigit, fingendarum similitudinum ratio inuenta est. Quo fit, ut cùm Deus ubiq; præsens sit, nihil à principio post homines natos, stultius uisum sit, quàm eius simulacrũ fingere. Quamobrem Moses uir sanctus & innocens ac sapientissimus, autore Iosepho in primo contra Apionem, & in 17. antiquit. suis legibus prohibuit omnino simulacrum fieri, aut in templo poni. Ex quo cùm Caius princeps Petronium legatum in Syriã misisset, eiq; mandasset, ut omni ope modisq; omnibus curaret, suum simulacrum in templo Hierosolymis erigẽdum, Iudæi ne patrias leges frangerent, adeò resistere cœperunt, ut iamiam ad arma uentum esset, nisi, ut idem testis est libro 18. antiquitatum, Agrippa Iudæorum rex à Caio impetrasset, ne huiusmodi statua in templo poneretur. Apud Seres etiam, sicut tradit Eusebius, lib. de præparat. euang. 6. lege exceptum erat, ne simulacra colerentur. In Romanorum quoque templis Clemens ait ex decreto Numæ, Mosaica dogmata penitus æmulati, annis C. atque LXX. ab urbe cond. nullam imaginem, neq; fictam, neque pictam esse conspectam. Asserit idem & Plutarchus in uita Numæ. Persæ itidem, teste Herod. lib. 1. & Strab. 15. geo-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

graph. statuas non extruebant. Verùm ut ne nostri peccasse uideantur, qui postremò colendarum imaginum institutum admiscerunt, alibi causam ponemus. Sed unde simulacra fingendi usus profectus sit, non facilè inter autores conuenit. Macrobius enim ab Hercule autumat, qui libro Saturnalium primo, Epicadus, inquit, refert Herculem, occiso Geryone, cùm uictor per Italiam armenta duxisset, pónte qui nunc Sublicius dicitur, ad tempus instructo, hominum simulacra pro numero sociorum, quos casu peregrinationis amisisset, in fluuium denusisse, ut aqua secunda in mare deuecta pro corporibus demortuorum ueluti patrijs sedibus redderentur: & inde usum talia simulacra fingendi inter sacra mansisse. Verùm deinde sibi magis placere ait, hunc morem à Pelasgis fluxisse. Sanè illi, teste Dionysio Helicar. in primo annal. Romanorum, postquam diu errabundi in Latium uenerant, in lacu Cutuliensi ena tam insulam deprehenderunt, decima prædæ secundum responsum Apollini consecrata, erectisq; Diti sacello, & Saturno ara, illum humanis capitibus, hunc uirorum uictimis placare se existimabant, propter oraculum, in quo erat, Et capita inferno & patri transmittite lumen: Saturi sacra, Saturnalia nominãtes. Post hæc Herculem ferunt cum Geryonis pecore per Italiam reuertentem, suasisse illorum posteris, ut faustis sacrificijs infausta mutarent, offerentes Diti non hominum capita, sed oscilla, id est, parua ora, ad humanam figuram formata, & Saturni aras non mactatis uiris, sed accensis cereis excolentes. Inde fuit consuetudo, ut & cerei Saturnalibus mitterentur, & sigilla, hoc est, oscilla arte fictili fingerentur. Alij, autore Diodoro libro quarto, dicunt Aethiopes simulacrorum usum primùm inuenisse, & ab eis dein Aegyptios accepisse. Sed Lactant

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr
Cantius Firm. à Prometheo manasse huiusmodi usum tradit lib.diuinarum institut.2.cùm inquit: Verùm quia poëtas dixeram non omnino mentiri solere, sed figuris inuoluere & obscurare quæ dicant, non dico esse mentitos, sed primùm omnium Prometheum simulacrum hominis formasse de pingui & molli luto, ab coq; natam esse primò artem statuas & simulacra fingendi. Hæc ille. Reperimus tamen longè ante Prometheum, qui, teste Eusebio, post Ogygium diluuium in Attica fuit simulacrorũ usum fuisse: nam Rachel, teste Iosepho in 1.antiquitat. cùm Iacob eius uirè Mesopotamia à Laban socero aufugisset, simulacra deorum furata est. Eusebius etiam ex testimonio Plutarchi in 3.de euangel. præparat. simulacrorum fictionem esse antiquissimam comprobat, sic, ut si eorum originem accuratè exquiramus, facilè inuenerimus Deum ipsum primùm demonstrasse modum fingendarum similitudinum, qui ut sui intelligentiam rudes rerum cœlestium homines à principio doceret, sibi humana membra assumpsit, ut quasi oculis occurreret, qualis esset. Ait enim, ut est in Genes.lib.cap.18. clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendam & uidebo, utrum clamorem qui uenit ad me, opere compleuerint. Idem Exodo capite septimo, Immittam manum meam super Aegyptum. Descendere hic & uidere ac immittere manum, est habentis pedes, oculos, & manum. Quin & propheta, ut planius personam Dei nobis ostendat, dat ei aures & faciem, Psalmo 16. canens: Auribus percipe orationem meam. & Psalmo 50. Auerte faciem tuam à peccatis meis. At Esaias integrum dat corpus, cùm capite 6. inquit: Vidi Dominum sedentem super solium. Formulam igitur fingendæ similitudinis Dei,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quò eius memoriam facilius animo complecteremur, ipse Deus nobis præmonstrauit. Proinde homo, qui suopte ingenio paratus est ad imitandum, si quid sit quod ad ipsius disciplinam, contemplationem, delectationemq; attineat, Dei memoriæ retinendæ gratia, quàm prudẽtissimè ab initio ipsius Dei simulacrum sibi finxit, ut qui intelligebat oportere se eum, quemadmodum CHRISTVS apud Marcum testatur, diligere ex toto corde suo, et ex tota intelligẽtia, & ex tota anima, & ex totis uiribus: idcirco putauit se diligentius facturum officium, si ob oculos exẽplar continenter haberet. Atq; istæc uera simulacrorum origo. Sed cætera prosequamur. Romæ, teste Plinio in 34. simulacrum ex ære factum Cereris primum constat ex peculio Sp. Cassij, quem regnum affectantem pater ipsius interemerat. Postea à dijs ad homines statuæ transierunt, & id quidem, cùm excellentium uirorum memoriæ perpetuandæ, tum uirtutis imitandæ causa, quod Sallustius in initio sui Iugurthini plenè testificatur, scribens: Nam sæpè audiui Q. Maximum, P. Scipionem, præterea ciuitatis nostræ præclaros uiros, solitos ita dicere: cùm maiorum imagines intuerentur, uehementissimè sibi animum ad uirtutem accendi, scilicet non ceram illam, neque figuram tantam uim in sese habere, sed memoria rerum gestarum eam flammam egregijs uiris in pectore crescere, neque prius sedari, quàm uirtus eorum famam atque gloriam adæquauerit. Quare Athenienses primi statuas publicè posuisse Harmodio & Aristogitoni tyrannicidis dicuntur, id quod haud prorsus Plinius scire affirmat. Statuam auream & solidam primus omnium Gorgias Leontinus Delphis in templo sibi posuit, septuagesima circiter Olympiade: quamuis ut idem ait, statua ex auro solida, quam

Græci

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Græci holoſphyraton uocant, omnium prima in templo Anaitidis poſita dicatur. Argenteam quidam primam fuiſſe uolunt, quam ſibi fecit Pharnaces, quam Magnus Pompo. in triumphis tranſtulit. autor Plinius. In Italia, teſte Valer. Max. lib. II. M. Attilius Glabrio primus ſtatuam equeſtrem auream patri ſuo poſuit. Fiebant etiam ex ære, equore, ligno, & marmore. Romanis antiquitus, quod non eſt prætereundum, ſtatuas uelare, contrà Græcis nudas ponere mos fuit. Illi item ſolebant ad eas thus adolere, & cereos accendere: teſtis Cicer. qui lib. III. Offic. de ſtatuis C. Mario à multitudine poſitis, ita ſcribit: Omnibus uicis ſtatuæ factæ ſunt, & ad eas thus & cerei. In hac ſtatuaria arte plurimi olim floruerunt, quos Plin. in XXXIIII. luculenter explicat: ante omnes tamen Phidiam Athen. magnis ad cœlum fert laudibus, de quo Fab. itidem libro XII. meminit. Occurrit hic memorandum, uti Romæ Matrianorum familia ſolenne ſemper habuit, ut Alexan. Magnum, uiri in auro & argẽto, mulieres in reticulis & annulis exculptum geſtarent, quòd, ſicut Iulius Capit. in uita XXX. tyrannorum teſtatur, diceretur iuuari in omni actu ſuo, qui Alexandrũ ſculptum aut auro aut argento geſtaret. Quare, ut opinor, Augu. Cæſar in ſignandis epiſtolis, Magni etiam Alex. imagine diu uſus eſt. autor Tranquil.

De origine picturæ, & quis primus colores inuenerit, aut penicillo pinxerit. CAP. XXIIII.

PRoximum eſt, ut poſt ſtatuariam artem de picturæ initijs primùm dicatur, quandò illa effigies rerum lignis, ebore, metallis, ut dictum eſt, fingit, hæc imagines colorum uarietate, aut lineamentis quibuſdam ſimilitudines reddens facit. Picturam itaque, teſte Plin. lib. VII. Gyges Lydius omnium primus inuenit in Aegypto, in Græcia

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uerò Pyrrhus Dædali cognatus, *ut* Aristoteli *placet: ut* Theophrasto, Polygnotus Atheniensis. *quod haudquaquam idem* Plinius *lib.* x x x v. *cap.* 1 x. *approbare uidetur, sic scribens: Sicut* Polygnotus Thasius, *qui primus mulieres lucida ueste pinxit, capita earum mitris uersicoloribus operuit, plurimumq; picturæ primus contulit: siquidem instituit os adaperire, dentes ostendere, uultum ab antiquo rigore uariare. Incerta igitur de picturæ initijs quæstio est: nam & Aegyptij, eodem* Plinio *teste, ante sex millia annorum apud se inuentam, quàm in Græciam transiret, affirmant. Græci autem alij apud Sicyonios, alij apud Corinthios repertam dicunt: omnes ab umbra hominis lineis circunducta.* Quod Fabius *aperte testatur in* x. *dicens: Non esset pictura, nisi quæ lineas modò extremas umbræ, quam corpora in sole fecissent, circunscriberet: ac si omnia percenseas, nulla sit ars, qualis inuenta est, nec intra initium stetit.* Quintilianus *hactenus. Talis itaque prima fuit pictura. Altera, singulis coloribus postea operosior inuenta est, duratq; talis etiamnum. Linearis, ut* Plinius *in* x x x v. *tradit, à* Philocle Aegyptio, *uel à* Cleanthe Corinthio *inuenta est. Primi eam* Ardices Corinthius *&* Telephanes Sicyonius *exercuerunt, sine ullo etiam colore.* Cleophantus Corinthius *colores inuenit. Idem autor, Penicillo gloriam* Primus Apollodorus Atheniensis *contulit. In hac illustres fuerunt* Timagoras Chalcidensis, Pythis, *deinde* Polygnotus, Aglaophon: *alij quoque post hos, de quibus* Plinius *&* Fabius Quintil. *in* x ii. *affatim scribunt, quos studio breuitatis omitto, cùm præsertim tale minimè sit instituti operis munus. Non silebo tamen de ciue meo, qui nobis sua industria & ingenio picturam uelut de integro in præsentia restituit, atque illos*

qui

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

qui in ea olim maximè claruere, nauiter uel arte refert, uel peritia æquat, adeò proprios ducit de coloribus uultus. Is est Raphaël cognomine Sanctus, unde eius quoque metiri posses & mores, & uitam.

De primis plastices inuentoribus, & quis rotam figulariam reperierit. CAP. XXV.

CO nuenit picturæ contexere plasticen, hoc est, figulinam artem, quæ ex terra similitudines itidem fingit. Hanc, ut Plin. in VII. ait, Chorœbus Atheniensis inuenit. Sed idem libro XXXV. Dibutadi hoc assignat, dicens: Dibutades Sicyonius figulus primus inuenit Corinthi, filiæ opera, quæ capta amore iuuenis, illo abeunte peregre, umbram ex facie eius ad lucernam in pariete lineis circunscripsit, quibus pater eius impressa argilla, typum fecit, & cum cæteris fictilibus, induratum igni proposuit, eumq; seruatum in nymphæo, donec Corinthum Mummius euerteret, tradunt. Sunt qui in Samo primos omnium plasticen inuenisse Rhœcum & Theodorum prodant, Demaratumque Corinthium profugum, qui Tarquinium Priscum populi terrarum principis regem in Hetruria genuit, comitatos fictores Euchiram, & Eugrammum, & ab ijs Italiæ deinde traditam plasticen. Eproplastice, id est, forma, quæ ad fingenda alia opera adhibetur, effigiem formare primus inuenit Lysistratus Sicyonius frater Lysippi: idem hominis figuram gypso è facie ipsa primus omnium expressit. Sic res usque cò creuit, ut nulla signa statuæue sine argilla fierent. Quo apparet antiquiorem hanc fuisse scientiam, quàm fundendi æris. Hæc ex Plinio. Hinc insuper plurima uasorum fictilium genera reperta sunt, quæ modò humanæ uitæ usui sunt. Rotam figulariam, autore Ephoro, ut ait Strabo

libro

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

libro VII. *geograph.* & *Laërtio libro primo,* & *Plinio in* VII. *Anacharsis Scythes Philosophus primus inuenit. In quo tamen ipse Strabo Ephorum arguit: Hæc, inquit, ipsa autem loquor apertè, haud ignarus, quòd hic ipse non omnia uerißimè proferat, & illud præcipuè de Anacharside: nam quomodo rota ipsa ex eius inuentione est, quam Homerus antiquior illo nouerit? Ceu figulus cui dextra rotam quatit, ocyus aptam, & reliqua. Hyperbios Corinthius, ut alij uolunt, inuenit. Diodorus uerò libro* V. *dicit, Talaum Dædali sororis filium reperisse. Figuli autem, teste Plinio, laudatißimi fuere, Dimophilus & Gorgasus.*

LIBRI SECVNDI FINIS.

POLYDORI VERGILII VRBINATIS DE INVENTORIBVS RERVM LIBER III.

A quibus primùm inuenta agricultura, & quot ea redundet bonis. CAP. I.

ON SVM *equidem nescius quosdam fore, qui uehementer demirabuntur, nos postremo ferè loco de inuentoribus agriculturæ aliquid tradere distulisse, cùm præsertim uti Cicero in officialibus libris inquit, omnium rerum ex quibus aliquid exquiritur, nihil sit agricultura melius, nil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Verùm nec eò mihi succenseant, quatenus hoc ipsum consultò, uel, ut uerius dicam, ex industria fecimus, ut longo legentes itinere defatigati, nouum tandem*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

dem pastum, siue, ut ita dixerim, nectar offenderent, quo uires recreare, & ueluti diutinam famem explere possent. De huiusce igitur rei initijs hîc commodè dicemus, postquam demonstrauero quantis eam laudibus iure ac meritò præstantissimi autores efferant, utpote quæ multis abundat bonis. Columella itaque in primo de re Rustica, conquerens sui temporis mollitiem, ait: At mehercule uera illa proles Romuli assiduis uenationibus, nec minus agrestibus operibus exercitata, firmissimis præualuit corporibus, ac militiam belli, cùm res postulauit, facilè sustinuit, duratam pacis laboribus, semperq; rusticam plebem urbanæ præposuit. Cato itidem de agricultura inquit: Fortissimi uiri & milites strenuissimi ex agricolis gignuntur, minimeq; malè cogitantes. Ex quo, teste Cicerone de senectute, in agris senatores erant, ut L. Quintius Cincinnatus, qui dum agrum arabat, renuntiatus est dictator, ut Curius, & cæteri senes. Quare qui eos accersebant, uiatores nominati sunt. Quid, quòd etiam, teste Plinio, lib. XVIII. agrum malè colere, censorium probrum iudicabatur? atque ut inquit Cato, quem uirum bonum colonum dixissent, amplissimè laudasse existimabant? Et id sanè quia, quemadmodum Cicero pro Roscio Amerino docet, rustica uita parsimoniæ, diligentiæ, iustitiæ magistra est, at urbana non item, quam luxuries facilè inficit: ex luxuria necesse est existat auaritia, ex auaritia erumpat audacia, inde omnia maleficia gignantur. Sed ne putes hoc tantum in Romana republ. contigisse: de cultura agri præcipere principale etiam, ut Plinius dicit, fuit apud exteros, siquidem & reges fecere, Hiero, Philometor, Attalus, Archelaus. Vnde non iniuria Xenophonti, quemadmodum testis est M. Tullius in Catone, nihil tam regale uidebatur, quàm

stud

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

studium agri colendi. De laudibus hactenus. Agriculturam primùm omnium, teste Diodoro in 1. Osirim, qui & Dionysius dicitur, reperisse ferunt. Affirmat item Tibullus, ita scribens:

Primus aratra manu solerti fecit Osiris,
Et teneram ferro sollicitauit humum.
Primus inexpertæ commisit semina terræ,
Pomaq; non notis legit ab arboribus.

Sed hoc, ut opinor, apud Aegyptios tantummodo, sicut Triptolemus primus in Græcia, & Asia, teste Iustino in 11. inuenit, de quo Ouidius in 1111. Fastorum:

Iste quidem mortalis erit, sed primus arabit,
Et seret, & culta præmia tollet humo.

& in Latio Saturnus, ut suo loco dicemus. Sed omnium primam Cererem, quæ, uti Ciceroni libro 11. de natura Deorum placet, à gerendis frugibus, quasi Geres, nominata est, mortales agriculturam docuisse testatur Vergilius in 1. Georgicorum, sic scribens:

Prima Ceres ferro mortales uertere terram
Instituit.

Testatur & Ouidius libro v. Metamorph.

Prima Ceres unco glebam dimouit aratro,
Prima dedit fruges alimentaq; mitia terris.

Verùm hæc haud scio quantũ fide digna sint, quandò illud uerius esse duco quod Iosephus in 1. antiquitat. tradit: dicit enim Cain Adam filium omnium primum comperisse terram colere, primumq; terræ terminos posuisse. Atque hoc agriculturæ initiũ haud dubiè fuit. Quapropter, ut dubiũ non est, ex illis quos commemorauimus, deinceps agriculturam alios alijs primos monstrasse credere par est. Sed iam ad alia quæ pertinent ad cultum agrorum, transeamus.

Quis

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Quis primus mortalibus fruges, & eas molendi, aut stercorandorum agrorum, uel pinsendi frumenti usum monstrauerit, & boues aratro iunxerit, aut ferramenta rustica inuenerit, uel cribra diuersi generis.

CAP. II.

RErum naturam primum homines glandibus aluisse Plin. in proœmio decimisexti libri autor est. Item & Naso testatur in primo Metamorph. dicens:

Contentiq; cibis nullo cogente creatis,
Arbuteos fœtus montanq; fraga legebant,
Cornaq;, & in duris hærentia mora rubetis,
Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes.

Deinde inuentum est frumentum. Vergil. in 1. Georg.

Cùm iam glandes atque arbuta sacra
Deficerent syluæ, & uictum Dodona negaret,
Mox & frumentis labor additus.

Quod, ut Plinius libro VII. dicit, Ceres, cùm antea, uelut dictum est, homines glande uescerentur, inuenit. Eadem & molere, & conficere docuit, in Attica, Italia, & Sicilia, ob id dea iudicata. Idem quoque Maro affirmat, & Diodorus uolumine VI. scribens, Cererem primam inuenisse usum frumenti, quod fortè inter alias herbas nasceretur ignotum cæteris, docuisseq; homines seruandi ac serendi modum. Sed eidem in Sicilia tantum placet esse inuentum, quoniam ijs in locis agreste triticum oriretur. Strabo etiam libro XV. cùm de Indiæ fœcunditate loquitur, dicit in Musicani regione frumentum sua sponte nasci tritico persimile. Atqui idem Diodorus in primo, huius frugis inuentionem Isidi tribuit. Nec eò tamen, ut opinor, à priore sententia discrepat, quandoquidem ipse paulò superius Isidem dicit eandem esse, quam Cererem nuncupant. Huic deæ Ouidius non modò frumenti, sed omn

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

omnium frugum usum assignat:

Prima dedit fruges alimentaq; mitia terris.

Verùm Iustinus libro suæ epito. I I. scribit sub Erichtheo Athenarum rege, frumenti sationem apud Eleusin à Triptolemo repertam, cui scilicet, teste Diodoro lib. V I. à Cerere mandatum fuit, ut id ab ea antè inuentum homines doceret. Sed idem Iustinus inibi diuersum sentiens, hoc potius Atheniensibus adscribere uidetur, dicens: Primi lanificij & olei & uini usum docuere, arare quoque & serere frumenta, glande uescentibus monstrauerunt. Cui Aristoteles consentit: aiebat enim, Athenienses (sic eos reprehendebat) frumenta & leges inuenisse, uerùm eos frumentis quidem uti, non item legibus. Quod Diodorus probè declarat in sexto, scribens Cererem post Siculos, usum frumenti primos Atheniensis docuisse. Quo fieri potest, ut secundum Cererem, & Siculos, ipsi primi hoc alijs ostenderint. In Latio autem, teste Macrobio, Saturnus omnium primus docuit, de quo Eutropius ipse inquit: Saturnus adhuc rudes populos, domos ædificare, terras colere, plantare uineas docuit, atque humanis moribus uiuere, cùm antea semiferi glandium tantummodo alimentis uitam sustentarent. Vsum autem stercorandorum agrorum, teste Seruio super I X. Aeneidos, Pitumnus inuenit, unde & Sterquilinus dictus est. Pilumnus uerò eius frater pinsendi frumenti, propter quòd à pistoribus colebatur. Pistores autem siue pisores à ueteribus uocabantur, qui tam in pistrino farinam pinsebant, quàm ij qui panem faciebant, coquebantq; Hos Romani tardè publicè habuerunt. Plinius lib. X V I I I. cap. X I. Pistores Romæ non fuerunt, ad Persicum usque bellum, anno urbis conditæ super D L X X X. Ad rem reuenio. Quamuis Plinius in X V I I. hunc stercorandi

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

randi usum iam Homeri ætate fuisse, & Augeam regem in Græcia excogitasse, diuulgasse uerò in Italia Herculem tradat. Boues ad aratrum, Diodorus libro quarto, & quinto, ait Dionysium secundum ex Ioue & Proserpina genitum, uel, ut alij sentiunt, ex Cerere, primùm iunxisse, cùm terra prius manibus hominum coleretur. Plinio uerò libro septimo teste, aratrum Briges Athenienſis inuenit, ut alij tradunt, Triptolemus, de quo Poëta in primo Georgicorum intellexit, cùm dixit:

—Vnciq; puer monstrator aratri.

Quo in loco Seruius: Alij, inquit, Triptolemum, alij Osirim, quod uerius est: nam Triptolemus frumenta diuisit. Tacuit autem de nomine, quia non unus in orbe aratri monstrator fuit, sed diuersi in diuersis locis. Ex quo Trogus prodidit Habidem Hispaniæ regem barbarum populum primò docuisse boues aratro domare, frumentaq; sulco serere. De Osire, ut ostendimus, sentit etiam Tibullus. Cæterùm omnia ferramenta rustica, quibus terra uertitur, simul, ut puto, cum aratro Cererem comperisse, Vergilius proculdubio hoc uersu demonstrat:

Prima Ceres ferro mortales uertere terram
Instituit.

Quod uel Seruius approbat, dicens: Ceres prima omne genus agriculturæ hominibus indicauit: nam quamuis uel Osirim, uel Triptolemum aratrum inuenisse dicant, illa tamen omnem agriculturam docuit: quia ferrum dicendo, omnia agriculturæ ferramenta expressit. Verùm aut illi quos commemorauimus, nouissimi, uel alij alibi hæc commonstrarunt: nam, ut Eusebij atque Lactantij testimonio constat, ante multas tempestates, quàm esset Ceres, Dionysius, Saturnus, Triptolemus, frumenti usus apud mortales

l erat,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

erat, præsertim apud Hebræos & Aegyptios, uti ex Iosepho cognoscere licet. Ille enim in secundo, ubi, ne altius repetam, tradit, quemadmodum Iudæa caritate annonæ laborante, Iacob ad emendum frumentum filios in Aegyptum miserit. Ex quo cùm Hebræi, ut superiore capite indicauimus, primi omnium terram coluerint, porrò extra omnem controuersiam credibile est, ab eis tum agrorum culturam, tum fruges ac molendi usum, tum & ferramenta rustica ad posteros manasse, & hos ea ipsa (nulla enim ars, ut Fabius ait, intra initium suum stetit) deinde adauxisse. Cribrorum genera, teste Plinio lib. 18. è setis equorum Gallia inuenit. Hispania ex lino excussoria ad excutiendam farinam, & pollinaria ad purgandum pollinem, id est, crassiusculum puluerem. Aegyptus uerò ex papyro iuncoq;, postea ex pellibus suillis Italia.

Quis primus uites & alias arbores plantauerit, earumq; insitionem docuerit, & usum uini repererit, & uino aquam miscuerit, deq; nouo uitandæ ebrietatis modo, & qui caupones primi, uel quis oleam & usum olei & mel adinuenerit, uel ex hordeo potum fecerit, atque lac coagulauerit.

CAP. III.

ETsi abundè uidetur natura homini suppeditasse, cùm eum principio talem procreauerit, ut ipse ex omnibus animantibus, unus ratione, sicut ait Cicero, ad Deum quàproximè accedere posset, tamen cùm statim genitus nullo foret subsidio fultus (carebat enim indumentis, ædibus, igne, cibo, præterquam in diem quæsito, multis denique rebus uitæ necessarijs, quas deinde urgẽte necessitate, quæ rerum magistra est, ipse inuenit) non facilè est, ut Plinius in initio VII. libri perhibet, æstimare, natura homini melior parens, an tristior nouerca fuerit. Fatendum est tamen, si nos his quæ illa nobis tradidit, contenti essemus, longè

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

longè melius res sese habituras. Nam, ut de cæteris sileam, ecquis modò fieret temulentus, quod fœdissimum est uitæ dehonestamentũ, sexcentorumq; uitiorum origo, si aquam primum à natura potum homini datum, non uinum potaremus, cuius uim, ut infrà dicemus, eius etiam primus inuentor turpiter perpessus est? Quare diuus Hieronymus *ad* Eustochium *de uirginitate seruanda, inquit:* Sponsa CHRISTI *uinum fugiat pro ueneno, hæc aduersus adolescentiam prima arma sunt dæmonum: non sic auaritia quatit, inflat superbia, delectat ambitio: facilè alijs caremus uitijs, hic hostis nobis inclusus est.* Et *infrà subdit:* Vinum *uoluptatis incendium est, unde proximus à* Libero patre *intemperantiæ gradus ad inconcessam* Venerem *esse consueuit.* Propter *quòd, teste* Valerio Max. *matronæ* Romanæ *uino abstinebant: quod tamen haud obesset, si esset, ut par est, modus in rebus: nam autore* Plinio, *non est quicquam aliud uino modicè sumpto utilius.* Quin *etiam* Persæ *existimabant fomitem esse quendam & incitamentum ingenij uirtutisq;, si mens & corpus hominis uino flagraret, qui, teste* Strabo. *libro* x v. *geograph. de rebus maximis inter uinum consultabant, quas ipsi firmiores putare, quàm quæ in sobrietate fuissent deliberatæ. Cæterùm* Plato *uinum magis senibus utile esse ducebat, qui illud in dialogo secundo de* Legibus, *non facilè utendum concedit iuuenibus, item militibus in castris, seruis, magistratibus, gubernatoribus, iudicibus, consiliarijs, & liberis operam daturis, quia partus gigni debet ex moderato puroq; semine, quod uino refertus, quasi rabie concitatus, serere minus potest, unde filij sæpe fatui & amentes procreantur. Sed iam ipsum uini inuentorem indicemus. Vites & uini usum, atq; cæterarum arborum fructus*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Dionysium inuenisse Diodor. libro 4. autor est, ubi dicit, Dionysium orbem cum exercitu perambulantem, & uitem plantare, et ex racemis uinum torculari, ex quo ipsum Lenæum appellant, educere monstrasse. Et alibi uinum reperisse, & arborum fructus testatur. Quanquam idem alibi dicit, uites ab eo non esse satas, uerùm terram cum cæteris plantis sponte sua tulisse. Item Vergilius hunc uitium ac reliquarum arborum inuentorem fuisse, asserere uidetur, cùm de uitibus & alijs arboribus scripturus, statim in principio 2. lib. Georg. dixit:

Nunc te Bacche canam. Cæterùm Capella de nuptijs Mercurij, tradit eum apud Græcos tantum primum uini usum edocuisse, sicuti Saturnum apud Latinos, Seruius in 8. Aeneidos, & Eutropius testimonio sunt. Alij Icarium Penelopes patrem apud Athenienses id reperisse tradunt, eumq; pòst dedisse pœnas, à colonis ebrijs interemptum. Propertius in fine lib. eleg. 2.

Icare Cecropijs meritò iugulate colonis, &c.

At Athenæus ait apud Aetnam montem Siciliæ uitem inuentam, quòd cùm Oresteus Deucalionis filius eò regnatum uenisset, eius canis ramum fortè euellit, quem ille defodi iusserat, & inde uitium germina nata, quæ à nomine canis œnon appellauit. Vnde apud ueteres Græcos uitis οἴνη uocabatur, & οἶνος uinum dicitur. Idem in Aegypto apud Plinthinam ciuitatem, uinum primò repertum tradit. Ad Gallos primum ferunt uinum detulisse Aruntem Tyrrhenum. Is uir nobilissimus à Lucumone alumno suo domo pulsus, ad Gallos confugit, eisq; dulcedine uini allectis facilè persuasit, ut sibi auxilio in Italiam uenirent, qui illuc facto agmine concurrentes, postea pulsis Tyrrhenis, ea terra potiti sunt. autor Plutarchus in uita Camilli. Quidam

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

dam autem ex arboribus alimenta hominibus à Seculo Venti filio reperta uolunt. autor Eusebius in primo de præpara.Euangel.Culturas earum uel aliarum arborum, teste Plin.in VII.Eumolphus Atheniensis docuit:quamuis uerisimilius sit,id Dionysium priorem præstitisse mortalibus,qui eas,ut ferunt, arbores plantauit. Inserendi autem arbores modum primus docuit Saturnus, testis Macrobius lib.Saturn.primo ita scribens: Huic Deo insitiones surculorum,pomorumq; eductiones,& omnium eiusmodi fertilium arborum tribuunt disciplinas. Insitionum uerò, ut Columella libro suo de arboribus tradit, tria sunt genera: aut enim fissam in arborem surculi inseruntur,aut inter lignum & corticem ponuntur,aut gemma alterius arboris, sed æstiuo duntaxat tempore in cortice alterius intercluditur. Sed hæc apud posteros inuenta,cùm satis constet Noë statim atque egressus est ex arca,terram studiosè coluisse, atque uineam primùm omnium sua manu seuisse. Vnde arguuntur,qui autorem uini Liberum putant. Qua ex uinea cùm primum fructum cepisset, lætus factus bibit usque ad ebrietatem, iacuitq; nudus, id quod Iosephus in primo Antiquitatum tradit. Cauponam, id est, tabernam uinariam,primi aperuerunt Lydi populi Asiæ, ut ait Herodotus, quò,credo, suis ludis locum idoneum haberent: nam, quemadmodum suprà demonstrauimus, uaria ludorum genera inuenerant,quippe tale opus in cauponis maximè semper feruet. Vino aquam admisceri, Staphilus Sitheni filius,ut prodit Plinius in VII. instituit. Cuius rei Diodorus luculenter in V.cùm de Dionysio loquitur, rationem reddit: Aiunt cùm purum in cœnis uinum detur, omnes Deum sospitem optare bibenti: cùm uerò post cœnam aqua mistum sumitur, Iouem uocare seruatorem:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nam puri uini potus ad insaniam redigit, aqua uerò mistus, uoluptatem lætitiamq; affert, & prohibet insaniam. Vnde in conuiuijs aquam uino admiscendi mos fluxit, medicamentum utique præcipuum ad ebrietatem uitandam: sed aliud ponit Plinius libro XXX. *cap.* XIII. *scribens: Hirundinis rostri cinis cum myrrha tritus, et in uino quod bibatur inspersus, securos præstabit à temulentia. Inuenit hoc Horus Assyriorum rex. Potum ex hordeo, ut idem ait, Dionysius, id est, Liber pater, primus confecit, quem, teste Eusebio, in* II. *de Euangel. præparat. ceruisiam uocant: secundum Diodorum, Zythum dicunt, paulùm à uini sapore differentem. Olim in primis fuit communis Aegyptiorum potus. autores Herodo. & Strabo. Quod Dionysius potionis genus eos potißimum conficere docuit, quorum regio uites non ferret. Quapropter hodie Angli, Scoti, Hyberni, item Galli, Germaniq; omnes Oceani occidentalis septentrionalisq; accolæ, eo utuntur potu, qui aduectitij tantum uini copiam habent. Sed Germani dum ceruisiam faciunt, admiscent frugibus herbam lupum, quam uulgò lupulum uocant: hæc enim reddit potum salubriorem. Quanquam Dioscorides non ualde potionem probat, ita lib. 2. scribens: Ex hordeo potus fit, qui ζυθὸς nominatur: is urinam cit, renes & neruos tentat, membranis præsertim cerebrum uestientibus officit, inflationem parit, uitiosum succum creat, elephantiasin gignit. qui eo potus genere perluitur, agilis, & ad opus obeundum expeditus euadit. Hæc ille. Sed eam uim Zythus in eos minus habere uidetur, qui à pueritia eo sunt usi. Oleam autem Minerua Athenis inuenit. Vergilius:*

Oleæq; Minerua Inuentrix. *In hunc sanè modum. cùm enim Neptunus atq; Minerua, teste Seruio, de Athe-*

narum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

narum nomine contenderent, placuit dijs, ut eius nomine appellaretur urbs, qui munus melius mortalibus attulisset. Neptunus *percusso littore, equum animal bello aptum produxit.* Minerua *iacta hasta, oleam creauit, quæ melior iudicata fuit, propterea quòd est insigne pacis.* At Diodorus *in* VI. *dicit* Mineruam *non creasse primùm oleam, sed inter alias arbores natam monstrasse mortalibus, quibus ignota esset. Etenim, uti nos infrà apertè ostendemus, ante huius deæ ortum, erat hæc arbor cum alijs sylueſtribus immista: olei tamen usus, ut* Diodorus *ait, aberat, cùm esset ignota: & eo pacto illam olei exprimendi modum comperisse ferunt.* At Cicero *libro de natura* Deorum III. Aristæum Apollinis *filium oleam inuenisse tradit. Oleum uerò quanquam ipse* Diodorus, *ut monstrauimus, dicit* Mineruam *reperisse, tamen libro* V. *hoc* Aristæo *assignat, sicut lac coagulare, atque mel conficere: quod* Iustinus *in* XIII. *etiam tradit, quamuis in* II. *uti antea diximus, olei usum* Athenienses *inuenisse prodat.* Plinius *uerò in* VII. *scribit oleum & trapetes, hoc est, molam oleariam,* Aristæum Athenienſem, *item mella inuenisse. Oleam præterea longo tempore* Athenis *tantum reperiri, testatur* Herodotus, *qui libro* V. *dicit,* Epidaurios, *cùm eis de agrorum sterilitate oraculum consulentibus* Pythia *iussisset, ut* Damiæ *&* Auxesiæ *simulacra ex ligno oleæ erigerent, quoniam ferebatur nusquam gentium, nisi* Athenis, *illa tempestate oleam esse, rogasse* Athenienſes, *ut sibi permitterent oleam incidere.* Quod *æquè falsum esse ex* Iosephi *testimonio deprehenditur, ac illud,* Mineruam *uel* Aristæum *hanc arborem, aut olei usum primò monstrasse: is enim in primo* Antiquitatum *scribit,* Noë, *cùm iam recedentibus aquis, arca in* Armenia *super uerticem cuiusdam montis*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

resedisset, emisisse columbam, & eam mox oleæ ramum ferentem ad illum redisse. Quo quidem tempore, ut palam est, nondum erant Athenæ. Deinde in III. eiusdem operis, docet Mosen in sacrificijs oleo esse usum, ad lumina seruanda: post quem, autore Euseb. in X. de præparatio. Euangel. Apollo Aristæi pater genitus est. Ex quo credere conuenit, Mineruam & Aristæum in Græcia duntaxat hæc primò monstrasse. In Italiam olea omnino tardè peruenit: nam Theophrastus, teste Plinio in principio XV. libri, urbis Romæ anno circiter CCCCXL. negauit, nisi intra XL. millia passuum à mari nasci. Fenestella uerò dicit, hanc arborem omnino non fuisse in Italia, Hispania, atque Africa, Tarquinio Prisco regnante, ab anno populi Romani CLXXIII. Mel & lac coagulare Aristæum omnium primum comperisse, Diodorus & Plin. autores sunt, cum quibus consentit Iustinus in XIII. licet libro 44. usum mellis colligendi Gargori regi Curetum attribuat, qui in Hispania saltus Cartesiorum incoluit. Sed hic, ut opinor, tantum in Hispania primus fortasse huius rei autor fuit. Verùm hæc Hebræis potius assignauerim: siquidem, teste Iosepho, & mortalium omnium primi pastores fuerunt, & apud eos multò ante Aristæum mellis usus fuerat.

A quibus quædam peregrinæ arbores in Italiam translatæ. CAP. IIII.

ARbores tam magno sunt mortalibus usui, ut sine queis uita degi non possit: arbore enim, ut Plinius ait, sulcamus maria, terram uertimus, tecta ædificamus, simulacra Deorum conficimus: arbores præterea communem animantibus uictum suppeditant, quarum aliæ peregrinæ sunt, de quibus hoc loco carptim ac breuiter dice

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

dicemus. Hæ aliæ alibi nascuntur, quia non omnis terra, sicut poëta inquit, omnia ferre potest. Ex quo multæ in Italiam aliunde translatæ sunt, sicut cerasus, quam L. Lucullus post uictoriam Mithridaticam, teste Plin. lib. 15. anno urbis DCLXXX. primus uexit è ponto. Testatur etiam D. Hieronymus ad Marcellam, sic lepidissimè scribẽs: Accepimus & canistrum cerasijs refertum talibus, et tam uirginali uerecundia rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata existimarem: siquidẽ hoc genus pomi Ponto & Armenia subiugatis, de Cerasunto primus Romam pertulit, unde & de patria arbor nomẽ accepit. At annis CXX. pòst, trans Oceanum, in Britanniam usq; peruenit. Et zizipha & tuberes mãlorum genera, hæc ex Africa, illa ex Syria, Sex. Papinius nouissimis diui Augusti temporibus primus attulit. Et armeniacus et persicus arbores, quæ ex nomine ipso peregrinæ esse apparent, quis tamen eas transtulerit, non facilè dixerim. Multa etiam ficorum genera sunt, quæ ex alijs gentibus ad nos peruenerunt, incertis propemodum autoribus, testis Plinius. Sed Platanus in primis ex ijs quæ aliunde uectæ sunt, mirum in modum celebrata est, quæ ut ad nos uenerit, aut quantum ei honoris accesserit, Plin. in 12. docet, sic scribens: Sed quis non iure miretur arborem umbræ gratia tantum ex alieno petitam orbe? platanus ea est. Hæc per mare Ionium, in Diomedis insulam eiusdem tumuli gratia, primùm inuecta, inde in Siciliam trãsgressa, atq; inter primas donata Italiæ, etiam ad Morinos usq; peruecta, ad tributarium etiam pertinens solùm, ut gentes uectigal & pro umbro pendant. Dionysius prior Siciliæ tyrannus Rhegyum in urbem transtulit eas domus suæ miraculum, & reliqua. At nihil ad nostrã laurum, quæ nonnullis in locis aliquando in peregrinis arboribus fuit, di-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

cente eodem Plinio: Notatum antiquis, nullum genus lauri in Corsica fuisse, quod nunc satum & ibi prouenit, &c. Hæc inquam post hominum memoriã, felicissima arbor est, ad cuius comparationem platanus nihil: quippe non unam habet laurus dotẽ, dicatur enim triumphis, quando triumphantes ea coronantur: ualet aduersus fulmina, quare ante limina excubat. Quapropter ferũt Tiberium Cæsarem tonante cœlo, consueuisse laurea uti corona. Item exornat domos, & idcirco Cæsarum pontificumq; olim ianitrix erat. quin & pacifera habetur, quam prætendi inter armatos hostes, quietis sit indicium. Romanis præcipuè lætitiæ uictoriarumq; nuntia, addebatur lituis militumq; lanceis, ac Imperatorum fasces decorabat: abdicat insuper ignes crepitu, & detestatione quadam, & deniq; Apollinis est arbor. Quas ob res, tantum est huic arbori semper honoris habitum, ut eam prophanis usibus pollui fas minimè esset, uel quòd fortasse unius arborũ Latina lingua nomen uiris imponatur, & cuius folium uocetur Laurea. Appellaui suprà nostram Laurum, utpote quam nostræ Vergilianæ familiæ nomini sacram mei maiores unà cum duobus lacertis, insigne gentis, ratione non inani habuere, id quod carmen illud indicat:

Sum Laurus uirtutis honos pergrata triumphis,
Ianitrixq; domus, fulmina dira fugo.
Hostibus immissa & pacem, requiemq; laborum,
Victori palmam lætitiamq; fero.
Phœbus amat Laurum, & capitis nos illius instar,
Formosam gerimus tempus in omne comam.
Ecce mea gemini ludunt sub fronde lacerti,
Qui mecum quare hæc, accipe, signa colant.
Ver ago perpetuum, hi primo uer tẽpore monstrant,

Vnde

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Vnde tenet nomen Vergiliana domus,
Quæ tam immota diu casuraq; tempore nullo
Stabit, quàm uiridi fronde perennis ero.

Quid, quòd præterea mâlorum pirorumq; genera penè infinita quotidie atque huc atque illuc deferuntur, quarum nonnullæ ab autoribus, ut appia, & pipina, quædam à sapore, ut quæ ferunt melimela, aliæ ab odore, aliæ à colore nomina habent? De his satis superq; : non est enim suscepti operis munus, peregrinas arbores describere: sed hæc quandò ad agriculturam attinent, perstrinximus, ut illi quos res rustica delectat, plurimas arbores quæ modò ubique gentium abundant, aliunde originem habuisse intelligerent.

Quis primus animalibus, rebusq; aliis nomẽ imposuerit, & de primo immolandi instituto, ac carnium esu, usuq; uictus delicatioris, & more nominandi eũ, cui in cõuiuio poculũ tradatur, ac de usu uenandi, piscandi, & salis inuentione, & quis apud Rom. auiaria ferarumq; uiuaria instituerit, aut quæ animalia legionum insignia fuerint. CAP. V.

QVoniam rus diuersi generis animalibus abundat, quæ ueluti humanæ uitæ necessaria Deus finxit, cõsentaneum est ut summatim de ijs aliquid dicatur. Animalibus itaq; simulac creata sunt, Adam, teste Iosepho in primo antiquit. & Eusebio in II. de præparat. euangel. nomina imposuit, quibus etiam nunc uocantur: imposuit & rebus alijs, quibus iam tum uti cœperat, quod à uero non utiq; abhorrere existimandum est: nam multis rebus cùm ipsi Adam, tum eius filijs opus fuerat, quæ sine nomine, internosci minimè potuissent. Istuc autem facere, teste Cicerone in Tuscul. summæ sapiẽtiæ uisum est Pythagoræ. At animalia secundum Plinium uolumi. 7. Hyperbius Martis

filius

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

filius occidere primus instituit, sicut Prometheus bouem. Quod magis Abel Adam filio tribuerim, qui omnium primus, ut Iosephus est autor, primogenita suorum gregum Deo immolauit. Manauit postea iste immolandi mos tam ad Abel posteros Iudæos, quàm ad alias quoq; gẽtes, reiq; apud eas initium fecit suillũ pecoris genus, si Varroni credimus, qui lib. de re rust. 2. eius opinionis argumentũ sumit ex eo, quòd initij Cereris, porci immolabantur, quòd in fœdere feriẽdo porcus occidebatur, quòd in coniunctione nuptiali, noua nupta & nouus maritus primùm porcum immolabat, quòd deniq; prisci Latini, & etiam Græci in Italia idem fàctitabant. Et illi porci ad sacrificium electi, eximij porci dicebantur, quòd ut maiores et optimi de grege eximerentur. Ritus uerò sacrificandi talis erat: primùm lotis manibus, hostias pura aqua purgabãt, fruges capitibus earum inspergentes: deinde precabantur, uotaq; nuncupabant, postea hostiarum tempora uectibus percutiebant, ac occidentes membratim diuidebant, ita primitias ex omnibus membris & exta collecta postquam farris inuoluissent farina, proijciebant dijs, in altaria, focum'ue, aut aras, hoc est, uasa, quæ tripodes dicebantur, atq; postremò succendebant uina fundentes. Huius moris meminit Vergil. cùm dijs marinis sacrificium fieret:

Dij quibus imperium est pelagi, quorũ æquora curro,
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Constituam ante aras uoti reus, extaq; salsos
Porriciam in fluctus, & uina liquentia fundam.

Qui uerò immolabant, non deos modò uoce precabãtur, sed etiam aras manibus prehendebant. Idem:

Talibus orantem dictis arasq; tenentem.

Quapropter Varro scribit, aras primò ansas dictas, quòd à sa

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

à sacrificantibus tenerentur, quæ deinde mutatione literarum, aræ uocatæ sunt. Et is hostiarum etiam humanarum dijs immolandarum modus, quem Homerus in sua poësi posuit, & Romani quoque, teste Dionysio Halicar. libro septimo, usurparunt. Carnes autem sub Saturno, hoc est, in aureo seculo cùm omnia humus funderet, nullum comedisse, sed uniuersos uixisse frugibus & pomis, quæ sponte terra gigneret, autore diuo Hieronymo aduersus Iouinianum, testatur Dicæarchus in libris antiquitatum, & descriptione Græciæ: & Asclepiades Cyprius, ætate qua Pygmalcon in Oriente regnauit, scribit usum comedendarum carnium non fuisse. Cheremon Stoicus de uita antiquorum Aegypti sacerdotum scribens, narrat eos ex eo tempore quo cœpissent diuino cultui deseruire, carnibus & uino se abstinuisse: ouum quoque pro carnibus uitauisse, & lac, eorum alterum carnes liquidas, alterum sanguinem esse dicentes colore mutato. Brachmanæ apud Indos, teste Eusebio libro sexto de præparatione euangel. nihil animatum edebant. Iosephus libro secundo de bello Iudaico, & in decimotertio, & decimooctauo antiquitatum, treis describit sectas Iudæorum, Pharisæos, Sadducæos, Essenos: quorũ nouissimos fert ad cœlum laudibus, propterea quòd ab uxoribus, & uino, & ut Hieronymo placet, carnibus semper abstinuerint. Nec etiam, sicut idem sentit, Hebraico populo statim post peccatum Adam, ut carne uesceretur, à Deo concessum est, hoc est, non ante tempora Noë. In Creta, ut Euripides tradit, Iouis prophetæ non solùm carnibus non uescebantur, sed ne coctis cibis quidem. Herodotus uerò in primo, Babylonios piscibus olim tantum uictitasse dicit. Xenocrates autem philosophus ex Triptolemi legibus, apud Athenienses, tria duntaxat præcepta

in

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

in templo Cereris Eleusinæ, remansisse scribit: Honorandos parentes, uenerandos Deos, carnibus non uescendum. Lacedæmoniorum etiam mensæ summæ frugalitatis erat. Multa denique huiuscemodi continentiæ exempla referre possem, quæ in præsentia non inuitus consultò omitto, nonnulla pòst ad hæc additurus, cùm de modo Christianæ abstinentiæ tractabitur in libris insequentibus. Secundas mensas, quæ bellaria nuncupantur, Iones primi omnium, teste Valer. Maxi. inuenerunt. Idem & unguenti & coronarum in conuiuio dandarum consuetudinem, haud parua luxuriæ inuitamenta repererunt. Quamobrẽ Spartana ciuitas, ut idem autor est, seuerissimis Lycurgi legibus obtemperans, aliquandiu ciuium suorum oculos à contemplanda Asia retraxit, ne illecebris eius capti, ad delicatius uitæ genus prolaberentur: utpote quæ audierat lautitiam, inde etiam immodicos sumptus, & omnia non necessaria uoluptatis genera fluxisse. Quæ ea omnia ipsa tamen Sparte non potuit ita abstinere, quin postremò receperit: siquidem apud Græcos passim conuiuia magnificè & splendidè concelebrabantur, quorum moris fuit nominare eum cui poculum tradituri erant, quò unà biberent. Mos iste hodie ubique propè gentium retinetur, sed certè quidem nescio quàm salubriter, ne dicam, quàm prudenter, ut quis edendo cogatur pro alterius arbitratu bibere. Nam idcirco cibum potumq; capimus, ut corpus nutriatur: quare æquè debemus cibum potione temperare, atque fabricator murorum temperationem facit aquæ, arenæ & calcis, quæ si nimis dura aut liquida sit, ut tenacior non est ad consolidandum murum, sic cibus multo liquore in stomacho fluctuans minimè alit. Fuit alius ipsorum Græcorum mos ualdè quidem honestus, ut in conui-

uio

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mio uirorum non accumberent mulieres. autor M. Tullius in Tuscul. & in Verrem. Redeo rursus eôdem. Vnde postea ad Romanos hanc mali contagionem transisse uerisimile est, apud quos in dies magis magisq; latius serpere: nam tanta erat conuiuiorum luxuria, ut facilè una mensa patrimoniũ etsi amplum, absumeretur, magnumq; sæpius respub. detrimentum pateretur. Quare Cato uerus in hac parte uates, teste Plutar. aiebat, difficile esse eã Rempub. saluam fore, ubi pisciculus pluris quàm bos uenit. Quod Iuuenalis satyra II. conquerens inquit:

Multos porrò uides, quos sæpe elusus ad ipsum
Creditor introitum solet expectare macelli,
Et quibus in solo uiuendi causa palato est.
Egregius cœnat meliusq; miserrimus horum. &c.

Ex quo multæ leges quas Cato cibarias uocat, de coërcendis sumptibus latæ sunt. Sed quid de Romanis loquor? non ne illa Cleopatra luxuriosissima centies sestertium, ut testis est Plin. in 9. hoc est, centies centenus sestertijs, quæ faciunt ducẽta quinquaginta millia aureorum nostrorum, cœnata est, hausto unione pretiosissimo? At, ut ueterum mores omittamus, quæ ætas unquam maiore aut cura, aut luxu gulæ indulsit, quàm nostra? palati enim causa totum percurrimus æquor, &, ut ait Hierony. propter breuem gulæ uoluptatem, terram lustramus & maria, & ut mulsum uinum pretiosuq; cibus fauces nostras trãseat, totius uitæ opera desudamus. Iuuenalis:

Interea gustus elementa per omnia quærunt.

Verius uero igitur est quod Socrates dictabat, multos propterea uelle uiuere, ut essent & biberent: se autem bibere atq; esse, ut uiuceret. Possem in hoc loco multorum inuitamentorum gulæ inuentores prodere, quos tamen malo

in

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

in tenebris iacere, quàm eos nominando, tot conuitijs obnoxios reddere. Vsum uenandi & piscandi, quidam, teste Eusebio, in primo de præparatione euangel. apud Phœnices repertum uolunt: ueluti salem & eius usum Misor & Selech inuenisse dicuntur. Romæ pauonem Q. Hortensius augurali cœna primus posuit, autores Varro in 3. de agricultura, & Plinius in 10. & Macrobius libro Saturnal. 3. Auiaria, hoc est, loca in quibus domi aues educantur, primus, teste Plinio, instituit, inclusis omnium generum auibus, M. Lælius Strabo Brundusij equestris ordinis. Habuit etiã Romæ Alexander Imperator uoluptatis gratia. autor Lampridius. Ex quo cœptum est animalia carcere coërceri, quibus natura cœlum aut terram assignauerat. nam & leporaria, id est, uiuaria ferarum, muris undiq; septa, autore Plin. in 8. à Fuluio Hirpino primùm condita sunt, ut etiam hodie nonnulla in Italia extant: diuus enim Federicus dux Vrbini duo equidem fecit, in quibus omne ferarum genus inclusit, ut quoties per negotia liceret, animi causa, se honestissimo huiusmodi uenationis genere exercere posset. At alibi, & præsertim in Anglia, passim eiusmodi uiuaria sunt, quæ cum roboreis sudibus septa sint, rectè ueteri uocabulo roboraria dici possunt. Et hæc loca Angli in summis cùm uoluptatibus tum opibus habent, quandò nulla apud eos uidetur magnifica uilla, quam uiuarium ferarum, ceruorum & damarum non ornarit. Non est insuper ab re demonstrare, tantum honoris quibusdam accessisse animalibus, ut legionum Romanarum insignia ferent: erant enim signa, lupi, minotauri, equi, apri, & aquila, quam legionibus C. Marius in secundo consulatu suo proprie dicauit. autor Plinius libro 10. naturalis historiæ.

Quis

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Quis primus inuenerit linum, retia, nendi texendiq; modum, uel artem fulloniam, et saponem: aut qui lanas infecerint, aut repererint lanificii, uestiumq; ac pelliũm usum, fusos, aulæa, sutoriam artem, sericum, & quando eius copia per Europam fieri cœperit, ac bombycinam uestem atq; purpuram, & quid ipsa sit purpura, ac quanto in honore olim & pretio fuerit. CAP. VI.

Mille lini usus sunt, sed præsertim in uelis faciundis, quod execratione dignum est, ad perniciem hominum. Quod enim maius miraculum uideri potest, quàm ut herba sit hoc linum, quæ eatenus Aegyptum, Syriam, Africam, Hispaniam, Galliam Italiæ admoueat, ut multi paruo quidem temporis spatio, ad ea ipsa loca leuissimo etiã uentorum flatu perueniant? Audax itaq; uita & scelerum plena, ut Plin. ait, aliquid serere uoluit, ut uentos procellasq; reciperet: ita enim tam paruo semine nascitur, quòd orbem terrarum ultro citroq; portat, hominemq; ipsum, perinde quasi parum fuisset in terra mori, cogit perire in aquis, ubi insepultus à monstris marinis uoretur. Propter quod Plin. ait, haud se scire quæ execratio satis esset contra inuentorem. Sed ad rem ueniamus. Linum Arachne uirgo, quæ Lydia fuit, omnium prima, teste Plinio lib. 7. inuenit: quanquam eius usum apud Hebræorum antiquissimos multò antè fuisse comperimus. Hæc lanificij peritissima Mineruam incertamen prouocauit, à qua in bestiolam, quæ araneola dicitur, conuersa est. autor Ouid. in 6. metamorph. Hæc eadem retia inuenit, quæ feris auibusq; atq; piscibus capiundis tenduntur. Nendi autem texendiq; artem Palladem instituisse nemo ambigit, quippe quæ Mineruæ ars nominatur. Quod innuere uidetur Naso in primo de arte amandi his uersibus:

Quid facis Aeacide? non sunt tua munera lanæ,

m At

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

At titulos alia Palladis arte pete.

Et Ausonius libro primo:

Litia qui texunt, & carmina, carmina musis,
Litia contribuunt casta Minerua tibi.

Plinius tamẽ in 7. dicit Aegyptios textilia comperisse, qui etiam plurimis litijs texere, quæ πολύμιτα uocant, simul instituerunt. idem autor libro 8. Fulloniam artem Nicias Megarensis inuenit, quam qui exercent, fullones nominantur: ij uestimenta curant, poliuntq;, & ad id sapone utuntur, quem Plinius libro 28. cap. 12. à Gallis inuentum tradit. Græcè dicitur σμῆγμα quicquid purgat. Idem libro 27. cùm de osyris herbæ folijs et semine tractat, Smegmata, inquit, faciunt mulieribus ex his. Lanas infecere primùm Sardibus Lydi, autor Plinius. Vsum uerò lanificij Iustinus lib. 2. Athenienses primos docuisse tradit. Quod ego Mineruæ potius tribuerim, siquidem illa erat antequam Athenæ conditæ forent: & quoniam lanificium callebat, credibile est eam primò lanificium monstrasse, præsertim Athenienſibus, apud quos castissimè colebatur. Quapropter Iustinus, ut puto, facilè intelligit Athenienses lanificij usum primos post Mineruam docuisse, ueluti eos, autore Diodoro, primos secundum Cererem, uel Siculos, frumentum monstrasse probauimus. Fusos in lanificio reperit Closter filius Arachnæ, testis Plinius. Illud quasi præteriis non omittam, olim in plerisq; Italiæ locis, lege pagana sancitum fuisse, ut ne mulieres fusos per itinera ambulantes torquerent, ne'ue detectos ferrent, quòd id aduersaretur omnium spei, præcipueq; frugum. Hinc cognoscere licet, quàm uana fuerit ueterum religio: hodie enim Italicæ mulieres illud passim faciunt, sine tamen alicuius rei maleficio. Aulæa ornamenta quibus parietes & aulæ teguntur,

primùm

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

primùm,teste Scruio super tertio georg.in aula Attali regis Asiæ, unde nomen habent, inuenta sunt, postquam is populum Romanum fecit hæredem. Sutoriæ artis inuentionem Plinius nescio cui Boëthio assignat:ego uerò dixerim Hebræos primos sutores fuisse, quandò satis constat Mosen calceatum extitisse,cui,uelut in Exodo capite tertio patet, dictum à Domino fuerit, Solue calceamentum de pedibus tuis. Vestium usum Palladem inuenisse Diodorus libro sexto, autor est. Sed,ut ait Eusebius, cùm de rebus Phœnicum in primo de euang.præparat.scribit, Vso ex Siculi genere ortus,traditur primus corporibus tegmina ex pellibus ferinis confecisse. Quod ego illi apud Phœnices duntaxat tribuendum duco, quandò Adam primus à Deo creatus,pelliceam sibi uestem fecit,quod proculdubio uestes faciundi posteris exemplar extitit. Præterea, quoniam de uestibus facta est mentio,uidetur locus exigere,ut singulorum uestimentorum inuentores prodamus. Latus clauus primùm repertus est ab incolis Balearium insularum,quo Caius Cæsar, autore Tranquillo,ad manus fimbriato usus est,& à latis clauis,qui eius uestitus tunicæ inserti erant,nomen habet:unde tunica lati claui palmata à genere picturæ dicta. Auri intexendi modum, uti Plin.in 33.& in 8.est testis, Attalus rex Asiæ inuenit, unde attalicæ uestes dictæ. Acu facere excogitauerunt Phryges Idæi, ideoq; phrygiones uocati sunt,& uestes ipsæ Phrygianæ. Rectam tunicam Tanaquil prima contexuit. Apud Græcos inuentum est pallium, sicut apud Hetruscos prætexta, ita nuncupata, quòd eius circuitus & oræ purpura prætextæ essent: & magistratuum uestitus erat.Contrà toga alia pura dicebantur,cui nihil purpuræ fòret prætextum, qua teste Plin.in 8.tyrones ac nouæ nuptæ induebantur.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Item colores diuersos intexere Babylonij cœperũt. Martialis: Veste semiramia, quæ uariatur acu. Vndulatam uestem, quæ toga regia dicebatur, qua Seruius Tullus usus est, fecit Caia Cæcilia, quæ eadem Tanaquil uocata est. autor Plin. in octauo. & undulata dicta, quòd undis aspersa foret, quæ fit ex pilis hircorum caprarumq;. Hoc genus panni nos symballoton uulgò uocamus. Dalmatica uestis longa, non admodum lata, à Dalmatis primùm confecta. Gabanium à Græcis inuentum eiusdem ferè formæ, ac dalmatica est, manicis eius longitudinem æquãtibus, quo Itali etiam nunc unà cum Græcis utuntur. Eorundem Græcorum inuentum fertur mantæle, quod est genus penulæ, quam ipsi μανδύαν uocant, nos uerò mantælum, at uulgò cappam, cuius nunc ubiq; gentium usus est perquam celebris. Braccæ Gallorum uestitus fluxus intonsusq;, ac uarij coloris: unde pars Galliæ Braccata appellata est. Sindonem ex lino amictum primum in urbe Sidone factam constat, quà corpus Seruatoris nostris inuolutum Matthæus tradit. Hæc de uestimentis, quorum autores produntur, dicere habui. Erant uestes aliæ alijs peculiares, ut toga Romanis & Gallis, ex quo Gallia Cisalpina Togata nuncupata est. Tunica interior uestis sine manicis, senatoria, eadem nobis linea proxima carni est, quam camisiam uocamus. Bulla aurea puerorum nobilium Romanorum erat, trabea triumphantium, lacerna ludorum spectantium: militum uerò, paludamentum, chlamys, quæ & Macedonum, Græcorumq;, abolla, læna, & sagum, quod uulgò sayon uel cotta dicitur, à quo milites nostros sagatos appellamus. At stola matronarum erat ad pedes usq; demissa, extremaq; in parte instita, fasciola exornata. Atque hæc Romanorum aliorumq; populorum uestimenta propria,

quæ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quæ uno altero ue tempore ab illis ipsis inuenta dixerim. Est & cilicium uestis genus, confectum ex uillis hircorum atque caprarum, quod teste Varrone, Cilicia, unde nomen habet, primùm inuenit, ut illud dense duplicatum adhiberetur, ad sagittarum ictus excipiẽdos. In eo apud nos summa est sanctitatis tutela, quandò uiri sanctissimi ad domandum corpus proxime carnem utuntur. Pellium usus frigoris uitandi causa, olim apud Britannos fuit, quẽadmodum in nostra Anglica historia ostendimus. Item apud Scythas. Ouidius de Trist. lib. 3. inter quos exulauit:

Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis,
Oráq; de toto corpore sola patent.

Apud ueteres Romanos non fuisse testatur Tranquil. scribens Augustum solitum esse hyeme se quaternis tunicis munire, aduersus uim frigoris: quod utiq; non fecisset, si pellibus longè mollioribus uti mos fuisset. Postea Neronis temporibus ea mollitia ad ipsos quoq; Romanos irrepsit, quandò Seneca in epist. frigoris causa, meminit de pelliculis uulpium et murium Ponticorum, quas Itali zebellinos, & alij præsertim Angli sables uocant, quæ ut quàm aliæ molliores, ita pretiosiores multò sunt. Sed longum etsi nimis facimus, non præteribo tamen sericum, fœminarum uirorumq; luxuriæ uberrimum alimentum. Hoc Seres Scytharũ populi, à quibus nomen habet, primùm inuenerunt, dicente Plin. in 6. Primi sunt hominum qui nascantur, Seres, lanicio syluarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium caniciem: unde geminus fœminis nostris labor, redordiendi fila, rursumq; texendi: tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, ut in publico matrona transluceat. Item Verg. in 2. Georg.

Velleráq; ut fõlijs depectant tenuia Seres.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Ex his autem Vergilij uerbis multi suspicãtur huiusmodi uellera non à uermibus, ut apud nos fiunt, confici, sed sua sponte in frondibus illarum arborũ nasci. Cui opinioni Solinus etiã suffragari uidetur, cùm scribat, Seres aquarum aspergine inũdatis frondibus uellera arborum adminiculo depectere, liquoris & lanuginis teneram subtilitatem humore domantes. Verùm Seruius hoc non minus scitè quàm eleganter declarat super 2. Georg. ubi Maro ostẽdit apud alias quoq; gentes lanigeras arbores nasci, dicens:

Quid nemora Aethiopum molli canentia lana? &c.

Ait enim: Apud Indos & Seres sunt quidam in arboribus uermes, qui bombyces appellantur, qui aranearum more, fila tenuissima deducunt, unde est sericum. Hæc Seruius: cui Plinius suppetitas ferre uidetur, cùm in 11. de bombyce Coa loquitur, scribens: Et in Co insula nasci traduntur cupressi, terebinthi, fraxini, quercus, florem imbribus decussum terræ halitu animante. Ficri autem primò papiliones paruos nudosq;, mox frigorum impatientia uillis inhorrescere, & aduersas hyemem tunicas sibi instaurare densas, pedum asperitate radente foliorum lanuginem in uellera. Hanc ab his quoq; cogi, subigiq; unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine, & reliqua. Bombycinas igitur uestes à sericis non distinguunt, quas in filum retorquere, ac inde texere, in Co insula Pãphila Platis filia inuenit. autor Aristoteles de animalibus, & Plinius in 11. At serici usus tardè omnino ad nos acceßit, magniq; fuit pretij: nam uti Vopiscus testatur, Aureliano principe, qui regnare cœpit anno circiter salutis humanæ CCLXXIIII. serici libra auri pondo, id est, libra uendebatur: quare is princeps modestißimus nunquam holosericam uestem, quæ tota ex serico in-

texta

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

textu erat, inducere uoluit, qua paulò antè primus Romanorũ Antoninus Heliogabalus homo luxuriosissimus usus est, autor Lampridius, cùm id temporis tantum in usu esset uestis subserica, cuius stamen ex serico foret, trama autem ex alia materia, cuiusmodi hodie pannum in primis conficiunt Flandri, quem Satin de Bruges uulgò appellant. Posthac circiter annum salutis D L V. ingens serici copia per totam Europam fieri cœpit, cùm per idem tempus duo monachi, uelut Procopius autor Græcus tradit, uermiculorum semen, hoc est, oua ex Serinda Indiæ ciuitatis, ad Iustinianum Imperatorem Constantinopolim attulerint. Fit autem ex puro serico panni in primis triplex genus, unum uulgò dicitur rasum, quòd in eo nullus utrinque sit pilus, apud alios uocatur setin: alterum damascum floribus intextum, quòd Damasci in Syriæ ciuitate primò confectum sit: tertium uillutum, id est, uillosum, quod ex altera parte uillos habet. Purpura uerò quo pacto, & quando sit inuenta, est apud Pollucem libro de uerbis idoneis ad Commodum primo, qui inquit: Tyrij ferunt captum amore Herculem cuiusdam Nymphæ indigenæ, cui nomen Tyros, sequebaturq; eum canis, qui irreptantem scopulis purpuram conspicatus, peresa caruncula, sua sibi labra cruore puniceo infecit. Cùm igitur ad puellam adisset Hercules, delectata illa insueta tinctura, affirmauit sibi cum illo posthac nihil fore, nisi ad se uestem afferret, etiam canis illius labris splendidiorem. Quocirca Hercules inuenta animante, collectoq; sanguine, munus puellæ detulit, primus, ut Syrij dictitant, puniceæ infecturæ autor. Sunt autem purpuræ, teste Plinio libro nono cap. trigesimosexto, pisces ex concharum genere, quæ septem ut plurimum uiuunt annos, congregantur uerno tempore, mutuoq;

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

attritu liquorem quendam ueluti ceræ emittunt: ſed nobilem illum ſuccum, quo ueſtes tinguntur, in medijs habent faucibus, quem cum uita euomunt, ideo uiuæ capiēdæ ſunt. Hinc purpureus color, qui nigrantis roſæ ſplendore ſublucet. Eſt eiuſdem concharum generis ſed non idem murex piſcis, qui & conchylium dicitur, cuius cruore conficitur color etiam purpureus, quem oſtrum appellant. Ex quo à bonis autoribus eiuſcemodi piſcium, purpuræ, muricis, conchylij nomina, pro ipſo colore paſſim uſurpantur. Fuit Romæ purpuræ uſus, iam inde ab initio urbis conditæ, diſtinguebatq; ab equite curiam, id eſt, inſigne erat Romanorum magiſtratuum, quæ idcirco quàm plurimo uendebatur: nam uiolaceæ purpuræ libra tempore Auguſti Cæſaris centum denarijs uenibat, hoc eſt, decem noſtris coronatis aureis. Poſtea dibapha tyria, ita dicta quòd bis tincta eſſet, & apud Tyrios infectores optimos, in libras, ut inquit Plin. non poterat emi mille denarijs, id eſt, centum coronatis. Quapropter cùm poſteritas ſemper luxurioſa fuerit, mirum profectò eſt, purpuræ uſum tam rarum, uel potius nobis penitus eſſe ignotum.

De origine architecturæ. CAP. VII.

HOmines primùm more ferarum, in ſyluis & ſpelunciis & nemoribus naſcebantur, ciboq; agreſti ueſcendo ibi uitam agebant: poſtea reperto igne, ut Vitruuio de architectura placet, cognitaq; eius commoditate, ad teporem propter uim frigoris arcendam, propius accedentes, in unum plures conuenire cœperunt, & in eo congreſſu, quicquid uellent, iam tum facilè tractare, ut qui rationis participes erant: alij ex fronde tecta facere, alij ſpeluncas ſub montibus fodere, uti Troglodytæ et Libyæ quidam populi Heſperijs Aethiopibus uicini, teſte Strabone

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bone in 17.geogr. factitabant: nonnulli hirundinum nidos imitantes, ex luto & uirgultis condere loca quæ subirent. Et sic usu uenit, ut homines, quorum ad quiduis intenditur ingeniũ, ualet, nouis inuentionibus gloriantes, & alij alijs deinde ostendentes, ædificia informare, parietes furcis rectis, & uirgultis interpositis luto texere, luteas glebas are faciẽtes struere, & ut imbres & æstus uitarẽt, arundinibus uel fronde tegere, uel ex ulua palustri tuguria componere cœperint. Quæ ædificia Vitru. testatur, sua etiam ætate construxisse Galliam, Hispaniam, Lusitaniam, Aquitaniam, Phrygiam. At etiam Aegyptus posuerat, secundũ Diodorum: imò apud omnes ferè gentes, talia hodie uisuntur: nec mirum, cùm sint qui etiam nunc sine ædificijs, sub dio uitam ducant, pars in curribus, ut Scythæ propè omnes, pars in campis, ut Nomades & Saraceni, in Africa, qui Sylueſtres nuncupantur. Atq; eo pacto rem paulatim ad artem, id est, architecturam, deductam ferunt, quæ ædificandi rationem docet, quam, autore Diodoro in 6. Palladi assignant. Quod ego ex Iosephi testimonio, aut Cain Adam primi hominis filio, aut Iobal ex Lamech genito potius attribuerim, quorum alter primus, sicut infrà dicemus, oppidũ, alter tabernaculum condidit. Vnde deinceps non modò casas, sed domos ex lateritijs parietibus et lapide structas, tum deorum templa quamornatissima facere cœperunt. Sed iam ad ædificiorum diuersi generis autores transeamus.

Qui primi lureas aut lateritias domos ædificauerint, & tegulas & lapidicinas inuenerint, & de prima columnarum origine, & quando primùm marmorum usus Romæ in ædificiis. CAP. VIII.

DOmos *luteas, teste Plinio libro 7. Doxius Gellij filius primus ædificauit, sumpto ab hirundinũ nidis exem-*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

plo. Lateritias uerò, hoc est, ex lateribus constructas, eodem autore, Euryalus & Hyperbius fratres Athenis primùm fecerunt. Earum structuras Diodorus in 6. dicit Vestam Saturni ex Rhea filiam primam inuenisse. Domos ipsas & agros, teste Laërtio, Epimenides Cretensis primitus expiasse dicitur. Tegulas quibus domus teguntur, Cinyra Agriopæ filius in Cypro insula inuenit. Lapidicinas, hoc est, loca ubi lapides effodiuntur, Cadmus Thebis, aut sicut Theophrasto placet, in Phœnicia. autor Plinius. Verùm ego huiusmodi rerum inuentionem uerius, ut opinor, Cain, aut Seth eius fratris filijs aßignarim, quandò ille, teste Iosepho in primo Antiquitatum, mortalium omnium primus oppidum condidit, de quo infrà mentionem faciam: isti uerò, ut in primo huius operis uolumine demonstrauimus, columnas duas, id est, unam lateritiam, alteram lapideam, ut in eis rerum cœlestium disciplinam inscriberent, construxerunt, quam primam columnarum atque laterum originem esse dixerim. Quo apparet, in ipso ferè mundi primordio domos aliaq; ædificia ex diuersis materijs construendi usum fuisse. Non eo tamen inficias, eos, quos ex autoritate Plin. prodidimus, uspiam deinceps hæc primos docuisse. De marmore restat dicere, cuius fodiendi causa (tantum enim delitiarum olim mortalibus obrepsit) natura ipsa rerum penè acta est in planum, montes ipsi cæsi, promontoria mari aperta, uiscera denique terræ in sexcentas partes dilacerata sunt. Vnde, ut de cæteris sileam, ad Romanos tanta marmoris, cuius conuehendi gratia naues etiam fiebant, copia uenit, ut M. Scauri ædilitate, autore Plinio libro XXXVI. natur. histor. trecentæ sexaginta columnæ marmoreæ ad scenam theatri non diutius ludorum celebritate duraturi, portatæ sint. At L. Crassus orator

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tor primus peregrini marmoris columnas habuit. M.uerò Lepidus primus omnium limina ex Numidico marmore in domo posuit, magna reprehensione, qui consul fuit anno urbis DCLXXVI. *Crusta marmoris primus, teste Cornelio Nepote, totius domus parietes Mamurra eques Romanus operuit, qui fuit præfectus fabrorum C. Cæsaris in Gallia. Marmore autem scalpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus & Scylus, geniti in Creta insula, prius quàm Cyrus in Persis regnare inciperet.*

Qui primi condiderint oppidum, muros, turres, tabernacula, delubra, aut quis primus Deo omnipotenti templum posuerit, & qui puteos foderint. CAP. IX.

Mortales ab initio conditis per rura casis, ut dictum est, paulatim inter se coëundo è fera agrestiq; uita ad mansuetiores mores peruenerunt, tuncq; primum uinculo quodam societatis simul uiuentes, oppidum, hoc est, locum muris munitum, ædificarunt, ut eò opes suas conferrent, ubi nullum esset hostium periculum: qui inde ciues à coëundo uocati sunt, & ipsum oppidum urbs, quam colit ciuitas, id est, ciuium cœtus, dicta ab uruo parte aratri curuata, quo illi antiqui homines ritu hetrusco, sulcum ducebant, intra quem oppidum posituri essent, ut illud fossa muroq; munitum foret. Hoc primus omnium, teste Plinio, Cecrops condidit, qui fuit, ut Iustinus ait in secundo, ante Deucalionis tempora, id'que à se Cecropiam nominauit, quæ deinde arx fuit Athenis. Aliqui Argos, quod Pelasgicum, autore Strabone libro VIII. *geograph. Homerus uocat, à Phoroneo rege antè conditum uolunt, de quo Lucanus in sexto:*

-Vbi nobile quondam, Nunc super Argos arant.

Fuit alterum Argos in Attica: aliud, ut Plinius in IIII.

est

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

est testis, in Achaia Hippium cognominatum. Quidam etiam Sicyonem prius constructam dicunt. Aegyptij uerò multò antè apud se Diospolin, id est, Iouis oppidum, ædificatam asserunt, quod fidem propius est, cùm ipsi omnino antiquissimi sint. De hoc oppido Strabo libro XVII, *meminit. Muros Thrason fecit primus omnium. Turres, ut Aristoteles ait, Cyclopes inuenerunt: ut Theophrastus, Phœnices. Quod Vergilius Palladi assignare uidetur in Bucolicis:*

– Pallas quas condidit arces Ipsa colat.

Quæ quidem omnia postea inuenta puto, cùm Cain Adam filius, qui, sicut palàm est, in ipso propémodum orbis principio fuit, autore Iosepho in primo Antiquitatum, mortalium omnium primus orbem condiderit, murisq; muniuerit, quam ab Enoch filio suo seniore Enochiam appellauit. Turrim uerò quæ præ altitudine uix oculis terminari poterat, in eo loco quæ deinceps Babylon uocata est, ut idem testatur, iuuentus post diluuium Noë, rursum uim aquarum formidans, id suadente Nemroth, primùm construxit. Quare Cecropiam, Argos, Sicyonem, Diospolin, urbes unà cum turribus postea conditas fuisse, iam meo iudicio liquidò constat. Tabernacula, teste Iosepho in primo Antiquitatum, Iobal filius Lamech fecit, quamuis Phœnices Seculi nepotibus attribuant. autor Eusebius de præparatione Euangel. Delubra Epimenidem Cretensem primum ædificasse, autor est Diogenes Laërtius libro primo. At Vitruuius Pythium architectum primum omnium Priene ædem Mineruæ fecisse tradit. Herodotus tamen libro II. *Aegyptios, ut nos in primo huius operis uolumine scripsimus, primos dijs delubra statuisse prodidit. Romæ, teste Liuio, Romulus templum locauit Ioui Feretrio, quod primum*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

primum omnium more gentis sacratum fuit. Deo autem omnipotenti Solomon rex Hebræorum ab ortu Adam primi hominis, tribus millibus centum & duobus post annis, primus omnium, autore Iosepho libro octauo Antiquitatum, Hierosolymis templum condidit, quod Dauid illius patrem extruere parantem, Deus per Nathan prophetam ab opere, propterea quòd manus hostium sanguine pollutas haberet, revocauit, eiq; iussit, ut id Solomoni filio condendum relinqueret. Quod quidem templum cùm miro opificum artificio, tum ingenti auri copia quo ornatum erat, omnium profectò operum quæ tunc in orbe terrarum extabant, celeberrimum fuit. Secus tamen fabricauit Alexander Romanus Imperator, uir in hac parte haud mehercle contemnendus, qui teste Lampridio, in templis nunquam præter quatuor aut quinque argenti libras, auri ne guttulam quidem, aut bracteolam posuit, identidem uersum Persij repetens, In sacro quid facit aurum? Puteos, autore Plinio in VII. Danaus ex Aegypto aduectus in Græciam quæ uocabatur Argos Dipsion, fodit. Quod sanè absurdum est: nam ut ab ouo, ueluti dicitur, incipiam, constat primò Abraham & Isaac, sicut patet in Genes. lib. cap. XXVI. ac deinde alios Hebræos de Aegypto egressos, duce Mose, per solitudines multos fodisse puteos, quo tempore nondum Danaus erat, dicente Iosepho contra Appionem: Iam palàm uerò est ex prædictis annis, tempore computato, quia hi qui uocabantur pastores, id est, nostri progenitores, ex Aegypto liberati, ante tres & nonaginta atque trecentos annos hanc prouinciam inhabitauere, quàm Danaus Argos accederet. Sed nec Argis quidem Danaus puteos fodit, uerùm eius filiæ: poëtæ enim aiunt, ut testis est Strabo libro VIII. Argos aquis carere.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rere. Vnde Homeri uersus:

Θεοὶ δ' ὦ θέσαν Ἄργος ἄνυδρον.

Dij posuere Argos lympharum protinus expers.

Sed non ipsam regionem, quæ amnibus irrigua est, aquarum inopia laborare uolunt, uerùm oppidum. Vrbem uerò illam, ut Strabo ait, in loco iacuisse arido ferunt, in qua magna erat puteorum copia, quos non Danaus, sicut Plinio placet, sed eius filiæ fecerunt, testificante hoc carmine:

Ἄργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναὰ θέσαν ἄργος ἔνυδρον.

Argos aquis uacuum Danaæ struxere redundans.

De primis labyrinthorum pyramidumque autoribus, & de mausoleo sepulcro, ac de uario apud gentes olim sepeliendi usu, & unde apud Romanos mos cremandi cadauera, consecrandorumque Imperatorum post mortem, atque de origine funebris orationis. CAP. X.

OPeræpretium est, ut antequam hinc digrediamur, labyrinthos dicamus portentosissimum humani ingenij opus: in se enim continent mille itinerum ambages, occursus ac recursus inexplicabiles, crebris foribus inditis, ad fallendum occursus, redeundumque in errores eosdem. Quatuor fuisse commemorantur: primus in Aegypto, quem alij regiam Mothærudis principis fuisse existimant: alij sepulcrum Meridis, quod etiam Diodorus sentit: plures alij Solis honori extructum ferunt. Hunc Plinius libro XXXVI. ait à Petesuco rege, siue à Tithoë esse conditum. At Herodotus libro II. commune Aegyptiorum regum opus appellat, seque illum uidisse paulò supra stagnum Myrios, uersus Crocodilorum urbem conditum testatur, de quo Strabo etiam in decimoseptimo meminit. Hinc sumpsisse Dædalum exemplar illius, quem fecit in Creta, non est

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

est dubium, sed centesimam tantum eius portionem imitatum. Alter hic ab Aegyptio labyrinthus fuit, de quo intellexit poëta in sexto Aeneidos, dicens:

Hic labor ille domus, & inextricabilis error.

Et Ariadne apud Ouidium epistola x.

Cùm tibi, ne uictus tecto morere recuruo,
Quæ regerent passus pro duce fila dedi.

Idem Naso in VIII. Metamorph.

Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis,
Ponit opus, turbatq; notas, & limina flexu
Ducit in errorem uariarum ambage uiarum.

Plinius quoque & Plutarchus in uita Thesei, & Strabo atque diuus Hieronymus mentionem faciunt. Tertius in Lemno fuit, quem, eodem Plinio autore, fecere architecti Zmilus & Rholus & Theodorus indigena, cuius Plinij ætate, ut ipse est testis, reliquiæ extabant. Quartus in Italia: omnes lapide polito, fornicibus tecti. Italicum Labyrinthum, sicut testatur Plinius, sibi fecit Porsena rex Hetruscorum sepulcri causa, de quo Varro: Sepultus est Porsena sub urbe Clusio, in quo loco monimentum reliquit lapide quadrato, singula latera pedum lata tricenûm, alta quinquagenûm, inq; basi quadrata, intus labyrinthum inextricabilem, &c. De labyrinthis satis est dictum. Sequuntur pyramides, quarum autores minimè sunt sua laude fraudandi, propter uidelicet earum magnitudinem: tam altæ enim in Aegypto fuisse traduntur, ut magna omnũ admiratio fuerit, qua ratione in tantam altitudinem subuecta forent cæmenta. Tres autem pyramides, autore Plinio, inter Memphim & Deltam fuisse constat, quarum unam ac reliquarum maximam, teste Diodor. libro II. CCCLX. hominũ millia annis XX. construxisse produntur, quam,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quam, ut idem dicit, sibi fecit ut in ea sepeliretur, quandò istæ pyramides aliud nihil erant, nisi sepulcra, Chemis rex, quem Herodotus Cheopem appellat. Post hunc regnum obtinuit, sicuti Diodorus ait, Cephus eius frater: quidam non fratrem, sed filium nomine Chabreum regnum tenuisse asserunt, quod similius uero Diodorus autumat. At Herodotus non Chabreum, nisi codex mendosus est, sed Chephrenem, & non filium, uerùm fratrem illius qui primam condidit pyramidem, uocat. Conueniunt tamen ut hic, siue filius eius, siue frater fuerit, alteram pyramidem ædificauerit, arte priori similem, magnitudine quidem imparem. Et hæ duæ, autore Strabo. inter septem spectacula mundi numeratæ sunt. Martialis:

Barbara pyramidum sileat miracula Memphis.

Hunc regem, ut Herodotus & Diodorus produnt, secutus est Mycerinus rex, prioris pyramidis autoris filius. Is tertiam pyramidem longè minorem paterna uicenis, uelut testatur Herodot. in 11. pedibus, ex omni parte reliquit. Hanc quidam, teste Strabone, Rhodopæ meretriculæ ab amantibus positam uolunt, narrantes huiusmodi fabulam. Cùm ea aliquando lauaretur, aquila alterum calceum è manu ancillæ rapuit, & in gremium regis iura Memphi dantis dimisit: rex demiratus, perquiri mulierem iussit, quam in urbe Naucratitarum inuentam uxorem duxit, & mortuæ inde pyramidem construxit. Quod Herod. prorsus falsum esse dicit, cùm Rhodope mulier longè pòst fuerit quàm reges qui pyramides fecissent. Isti igitur reges quos commemorauimus, pyramidum autores traduntur: etsi Diodor. lib. 2. & Plin. in 26. natur. histor. à quibus factæ sint, non satis constare dicunt, iustissimo casu obliteratis tantæ uanitatis autoribus. Pyramides autem faciendi, teste

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

teste Plin. causa à quibusdam traditur, ne plebs esset ociosa. Quare Iosephus in 2. antiquit. dicit, Aegyptios coëgisse Hebræos pyramides ædificare, ut eos huiusmodi labore attererent, aut ne reges pecuniam successoribus, aut æmulis insidiantibus relinquerẽt uel præberent. Propter quòd ipse Plinius hæc opera, regum pecuniæ ociosam ac stultam ostentationem uocat. Verùm ego hanc potius fuisse causam opinor, quòd Aegyptij, ut ait Diodorus, domos nostras diuersoria appellabant, tanquam breui tempore à nobis inhabitandas: mortuorum uerò sepulcra sempiternas domos, quoniam apud inferos infinitum sit tempus: idcirco domus ædificandæ curam contemnebant, sepulcrorum magnificentiæ, ut stultissimè fit etiam apud nos hodie, summum studium operamq; tantum impendentes. Quamuis nonnulli, teste Diodoro, Aegyptios huiusmodi sepulcrorum præcipuum studium ab Aethiopibus esse mutuatos asseuerent. Nemo tamen rex ex ijs qui eas pyramides condiderant, in illis sepultus est. autor Diodo. in 1. Mausoleum autẽ, id est, Mausoli regis Cariæ monimentum, autore Strabo. lib. 14. geogr. Artemisia eius uxor extruxit, quod, teste Plin. lib. 36. inter septem miracula adnumeratum est. Martialis:

Aëre nec uacuo pendentia Mausolea.

De quo etiam meminit Cicero, Lucanus, Gellius, & Vitruuius. Varius præterea apud gentes olim usus sepeliendi cadauera fuit: mortui enim Persarum non prius humabantur, quàm aut ab alite, aut à cane traherentur. Massagetæ & Derbicæ miserrimos putabant, qui ægrotatione morerentur: & parentes, cognatos, propinquos, cùm ad senectutem peruenissent, iugulatos deuorabant, rectius esse ducentes, ut ipsi potius quàm uermes comessent. Tibareni quos dilexissent, senes suspendebant patibulis. Albani

n Caucasi

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Caucasi montis accolæ, mortuorum curam habere, aut meminisse, nefas putabant, quibus cum etiam pecunias defodiebant. Aegyptij statim mortuo homine, ferro incuruo cerebrum per nares educebant, locum illum medicamentis explentes, dehinc acutissimo lapide æthiopico circa ilia conscindebant, atque illac omnem aluum protrahebant, quam ubi repurgauerant, rursus odoribus cõtusis resarciebant, inde iterum consuebant, ubi hæc fecissent, saliebant nitro abditum LXX. dies: nam diutius salire non licebat: quibus exactis, cadauer sindone inuoluebant, gummi illinientes. Eo deinde recepto, propinqui ligneam hominis effigiem faciebant, in qua inserebant mortuum, inclusumq; ita reponebant. Et id, ut arbitror, ideo fabricabant, ut eo pacto condita cadauera diuturnius incorrupta seruarentur: nam Aegyptij, teste Seruio in tertium Aeneidos, secuti Stoicorum sententiam, persuasum habebant tandiu animam durare, quandiu duraret & corpus. Aethiopes Macrobij, id est, longæui, in uitreis sepulcris mortuos condere. Scythæ eos qui à demortuis amati fuissent, uiuos infodiebant cum ossibus mortuorum: regem autem suum ubi mortuum ad eas gentes quibus imperasset, circuntulissent, similiter humo tegebant, atq; cum eo sepeliebant aliquam eius pellicum strangulatam, & eum qui uina miscuisset, aut qui præfuisset nuntijs, necnon omnium rerum primitias. Nasamones sedentes mortuos humabant, obseruantes, ut dum quis cœpisset agere animam, eum sedentem constituerent, ne supinus spiritum efflaret. Hyrcani uolucribus & canibus semiuiuos proijciebant. Thraces mortuos suos per lusum & lætitiam terræ demandare, prædicantes in qua tot malis liberati essent felicitate: contrà edito puero, propinqui eum ploratu prosequebantur, exponentes

quasi eum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quascunque necesse foret illi, quòd uitam ingressus esset, perpeti humanas calamitates: institutum mehercle inter tot uitæ mala, sapientiæ plenum. Eorum autem optimates *simulatque combusti essent, sepeliebantur.* Quidam Aethiopum *demortuos in flumen proijciebant, existimantes id optimum sepulcrum esse: aut uitro circundatos domi seruabant: aliqui fictilibus condebant, atque infodiebant.* Assyrij *melle condebant, ac cera oblinebant.* Nabathæi *cadauera prostercore habebant, regesq; suos in sterquilinijs defodiebant.* Taxili *mortuos uulturibus non secus proijciebant, atque* Caspij *cæteris bestijs.* Quædam Indicæ *fœminæ cum uiris cremari sibi felicissimum gloriosumq; putabant.* Bactriani *canibus ad hoc ipsum nutritis obijcere senes.* Quod ut diuus Hieronymus *est testis, quum* Alexandri *præfectus* Nicanor *emendare uoluisset, penè amisit prouinciam.* Parthorum *sepultura, aut auium aut canium laniatus erat.* Issedonum Asiaticæ Scythiæ *populorum mos erat parentum funera cantibus prosequi, & proximorum congregatis cœtibus, cadauera ipsa dentibus laniare, pecudumq; carnibus mista comedere, ac capitibus auro incinctis pro poculo uti, quæ autore* Plinio *libro 4. ultima erant pietatis officia.* Herodotus *tamen in quarto dicit, illos parentum capitibus non loco poculi, sed pro simulacro usos esse, immolantes illis quotannis maiores hostias multis cum cærimonijs.* Hyperborei *hoc sepulturæ genus optimum arbitrabantur, ut si quos satietas teneret uitæ, epulati delibutiq;, de rupe nota præcipitarent: sese in mare profundum.* Romani, *teste* Plinio *in septimo postquam longinquis bellis obrutos erui cognouerunt, cadauera comburere cœperunt.* Primus *omnium in* Cornelia *domo,* Sylla *dictator crematus est, ucritus talionem, id est,*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

timens ut suum corpus è sepulcro extraheretur, perinde ac ipse Marij cadauer eruisset. Hinc igitur apud Romanos cremandorum cadauerum usus increbuit: sed hunc magis foris quàm domi seruatum esse duco, nec tamen semper combusta sunt. Illud uel scire licet, apud Roma. consueuisse filios & propinquos mortuorum corpora in rogum inijcere. autor Cicero, qui lib. Tusculan. 1. ita de ea re scribit: Metellum multi filij, filiæ, nepotes in rogum imposuerunt. Fuit & apud alios huiuscemodi mos comburendi. Pliniius enim testatur in XIX. cùm de lini generibus loquitur, scribens: Regum inde funebres tunicæ corporis fauillam ab reliquo separant cinere. Optimates etiam Thracum, ut diximus, comburebantur. Sed de hac re funerea plura alibi dicemus, cùm de anniuersarijs nostrorum exequijs disseretur. Non est tamen silendum de more Imperatorum consecrandorum, qui Romanis talis fuit. Sepulto corpore, Imperatoris imaginem fingebant, eamq; in regiæ uestibulo supra lectum eburneum ponebant, ad ægroti speciem pallidam, quam circunstantibus utrinque senatu & matronis nobilioribus, medici inuisebant quotidie, septimo autem pòst die ubi uisus erat obijsse mortem, iuuenes utriusque ordinis lectum humeris in uetus forum primò, dein in campum Martium perferebant, ibiq; in tabernaculo ad exemplum turris structo, ac aridis fomitibus oppleto locabant, cum ingente aromatum aceruo. Hic cærimonijs patrio more concelebratis, successor imperij facem tabernaculo admouebat, cæterisq; ignem subijcientibus, cuncta comburebantur: mox è fastigio quodam aquila dimittebatur, quæ in cœlum credebatur ipsam principis animam deferre. Ac iam ex illo, unà cum cæteris numinibus, Imperator colebatur. De hac re Herodianus statim in initio
©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tio I I I I. *libri latius meminit. Cæterùm hanc consecrandi rationem posteritas sumpsisse uidetur ex Cæsaris dictatoris funere, cuius forma non multum ab ista fuit diuersa. Funebrem orationem de Bruti laudibus primus Valerius Publicola habuit, quæ adeò grata iucundaq; Romanis fuit ut ex eo consuetudo manserit, ut qui strenuè pugnando interijsset, ab optimatibus laudaretur. Dicitur etiam funebribus Græcorum orationibus illa uetustior fuisse, nisi iam Solon, qui teste Gellio libro* X V I I. *Tarquinio Prisco Romæ regnante, leges Athenienſibus dedit, huius rei autor, ut Anaximenes orator dicit, antea fuerit. testis Plutarchus in uita Valerij. Apud Romanos deinde, autore eodem Plutarcho in uita Camilli, cùm mulieres ornamenta aurea, quibus utebantur, ad conficiendam pateram in Delphum mittendam contribuerint, senatus decreuit, ut quemadmodum pro uiris, ita etiam pro fœminis, in funere orationem habere liceret. Hinc igitur de mortuos laudandi mos fluxit, quem nos hodie seruamus: seruamus autem, in laudandis illis, si ne quid falsi dicere audemus, qui dum uixere, summopere curarunt, ut ab omnibus bene audirent: nam hoc unum in primis indicium uirtutis & uitij in homine existit. Quippe natura quadam optimus quisque inuigilat, ut de se reliqui mortales non malam imbibant opinionem, & post mortem omni tempore bene loquantur: at ignauissimus non item. Cuius sane rei coniectura, Plato in episto. I I. ad Dionysium tyrannum, se duci affirmat, ut credat esse aliquem sensum ijs qui mortui sunt, rerum nostrarum.*

Qui primi obeliscos fecerint, aut Romam inuexerint, & inibi locus Plinii emaculatus, & de notis obeliscorum, & quales essent Aegyptiorum literæ. CAP. X I.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

LAbyrinthos ac pyramides regum opera omni admiratione digna, superiore capite descripsimus, eorum simul proditis autoribus. Sequuntur modò obelisci, quos reges iuxtà certatim fecerunt. Sunt autem obelisci trabes lapideæ Solis numini sacratæ, propter quòd ad radiorum similitudinem fiebant. Apud Aegyptios nomen habent à radio, & planè talis est radij forma, dum per fenestram intrat. Græci à ueru similitudine nuncupant, apud quos ὀβελὸς ueru est. Obelisci primùm in Aegypto, inde Romæ plures erecti sunt. Primus omnium, teste Plinio libro XXXVI. hoc opus instituit Mitres, qui in Solis urbe regnauit, somnio iussus: hoc enim ipsum in eo inscriptum erat. Postea & alij Aegyptiorum reges in eadem urbe fecerunt. Sochis enim quatuor erexit, quadragenorum & octonûm cubitorum longitudine. Rameses autem is quo regnante Ilium captum est, XL. cubitorum: idem & alium posuit longitudine undecentenis pedibus, per latera cubitis quatuor. Erant & alij duo, unus à Myrne positus, alter à Phio. Hæc ex Plinio uolumine XXXVI. Verùm quidam codices non à Myrne, sed à Smarre, & non à Phio, sed ab Eraphio habent, ut in alterutris mendum sit. Vnum Alexandriæ statuit LXXX. cubitorum Ptolemæus Philadelphus. Phæron etiam duos in æde Solis posuit, hanc ob causam: ferunt enim hunc regem, teste Herodoto libro II. ficinus adnisisse, quòd spiculum in medios fluminis uortices contorserit, & propter id euestigio amisso uisu, decennio cæcum fuisse: undecimo autem anno ab urbe Buci oraculum accepisse, uisum esse sibi rediturum, si oculos abluisset lotio mulieris, quæ cæterorum uirorum expers, suo tantum uiro contenta fuisset: & ante omnia, cùm lotium uxoris tentasset, ac nihil amplius cerneret, reliquarum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rum deinde urinam expertum tandem uidisse, ibiq; omnes mulieres quas fuisset expertus, præter eam (uxorem enim duxit) cuius lotio lotus uisum recepisset, concremasse, atque ea calamitate liberatum, cùm alia in alijs templis donaria posuisse, omnia memoratu digna, tum maximè memorabilia ac spectaculo digna in templo Solis gemina saxa, quos obelos uocant à figura ueru, centenûm cubitorum longitudinis, octonûm latitudinis. Fuerunt & plures alij in ipsa Aegypto, quapropter Augustus Cæsar, teste Ammiano, duos Romam ex Heliopoli urbe Aegyptia transportauit, quorum unus qui, ut autor est Plinius, excisus fuit à rege Semneserteo, in circo maximo, alter qui à Sesostride factus est, in campo Martio positus fuit. Tertius in Vaticano erat, à Caio principe inuectus, qui etiam nunc eo loci stat, de quo Plinius libro XVI. *cap.* XI. *cùm de arborum magnitudine loquitur: Abies admirationis præcipuæ uisa est in naui, quæ ex Aegypto Caij principis iussu, obeliscum in Vaticano circo statutum adduxit. Hunc, ut idem in* XXXVI. *testatur, fecerat Sesostridis filius Nuncoreus. Et deinde subdit: Eiusdem remanet & alius centum cubitorum, quem post cæcitatem, uisu reddito, ex oraculo Soli sacrauit. Hæc Plinius. Ex his uerbis facilè conijcere possumus, Plin. intelligere de altero obelisco, quem, ut suprà ostendamus, ex testimonio Herod. Phæronem, non Nuncoreum, ut apud Plinium legitur, recepto oculorum uisu, Soli sacrasse constat. Ex quo extra omnem controuersiam, Plin. locus deprauatus est, qui ut emaculetur, loco Nuncoreus, legendum esse duco Phæron, nè duo inter se grauissimi autores certare uideantur, cùm haud difficulter fieri potuit, alterum ex ijs quos Phæron fecerit, eundem esse, quem Caius Romam*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

portarat. Quod demiror Hermolaum Barbarum, uirum utique sagaciſsimi ingenij, non animaduertiſse, præsertim cùm paulò superius admonuiſset undecimo capite, eiusdem trigesimi sexti Plinij uoluminis, ubi Nuncoreus inscriptus est, legendum esse Sesostridis, non Sesotidis, qui, teste Hero doto, fuit huius Phæronis pater, de quo Plin. lib. 6. cap. 29. meminit, & Strabo lib. 7. & Iosephus contra Apionem uolumine 2. Non est etiam tacitum relinquẽdum, obeliſcos quamplurimum notis quibusdam, id est, uaria animalium effigie, inſculptos fuiſse, quæ uel regum gloriam, uel eorum persoluta uota sequentibus ætatibus monstrarent, quæ loco literarum erant, dicente Plinio lib. 36. Etenim sculpturæ illæ effigies q̃ quas uidemus, Aegyptiæ sunt literæ. Et Cornelius Tacitus libro suarum histo. 13. Primi, inquit, Aegyptij per figuras animalium, sensus mentis effingebant, & antiquiſsima monimenta memoriæ humanæ impressa saxis cernuntur. Strabo etiam libro 17. ait: In obeliſcis quibusdam literæ sunt, quæ regum illorum diuitias ac potentiam declarant: nam per speciem apis mella conficientis, regem indicabant, cui cum iucunditate moderante, aculei ineſse debent. Per accipitrem, rem denotabant citò factam, quoniam hæc aliarum fermè omnium auis sit uelociſsima. Per instrumenta etiam quædam membráue humana scribebant: quod Diodorus statim in principio quarti libri planè demonstrat.

A quibus primò asylum constitutum fuerit, & quo nos pacto asylis utamur. CAP. XII.

POstquam Hercules migrauit è terris, nepotes eius, autore Seruio in octauo Aeneidos, timentes inſidias eorum quos auus afflixiſset, Athenis sibi primi omnium asylum, hoc est, templum miſericordiæ, collocarunt, unde nullus

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

lus per uim posset abduci: nam componitur ex α, quod est sine, & σύρω traho: quod Statius affirmat in 12. Thebaidos dicens:

Fama est deficissos acie post busta paterni
Numinis, herculeos sedem fundasse nepotes,
Sic sacrasse loco commune animantibus ægris

Confugium. Cuius Plutarchus etiam in uita Thesei mentionem facit. Verùm ego hoc primum inuentum Mosi ucrius, ni fallor, assignauerim, qui, ut autor est Eusebius, longè ante Herculem fuit. Is enim, teste Iosepho lib. antiq. 4. in tribus ex ijs urbibus quas ipse condiderat, dum Hebræum populum in patrium solum reduceret, asylum constituit, quod illis tantum profugio foret, qui minimè sciētes homicidium cōmisissent. Secundum hæc, longo deinde tempore Romulus, ut haberet aduenas plures, cū quibus conderet Romam, ad imitationem Atheniensis, ut Seruius tradit, asylum, teste Liuio in primo ab urbe condita, & Dionysio lib. 2. aperuit, quô quisquis proficisceretur, ab omni noxa liberatus esset. Ouid. in 3. Fastorum:

Romulus ut saxo lucum circundedit alto,
Quilibet huc, inquit, confuge, tutus eris.

Vergilius quoq; in 8. ait:

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum
Rettulit. Fuit & aliud asylum, autore Strabone, in octauo geograph. non procul Trœzene, in insula nomine Calauria, Neptuno dicatum. Tum aliud quoq; in Aegypto, ad Canopicum Nili ostium, Herculi consecratum, de quo Herodotus lib. 2. meminit: Erat, inquit, & in eo littore quod nunc quoq; est, Herculis templum, ad quod si quis cuiuscunq; hominis seruus confugiens capiat sacras notas, sese Deo tradens, eum nefas est tangere. Quæ sanctio ad

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

meam usque ætatem, prorsus immota perseuerauit. Fuit etiam in ipsa Aegypto, sicut commemorat Strabo lib.17. & ultimo geograph. Osiris asylum, & in Syria Apollinis. Sunt hodie in orbe nostro Christiano, præsertim apud Anglos, passim asyla, quæ non modò insidias timentibus, sed quibusuis sontibus etiam maiestatis reis patent: quod facit ut manifestè appareat, nos id institutum non à Mose, qui illis duntaxat qui nolentes hominem occidissent, asylum posuit, sed à Romulo esse mutuatos. Quæ nempe res haud dubiè in causa est, cur bene multi à maleficijs minus abstineant manus. Quid, quod templa nostra ubique gentium istiusmodi sceleratis hominibus instar asylorum sunt? & id contrà quàm Moses etiam constituerit, qui in Exodo capite 21. ita sanxit: Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo auellet eum, ut moriatur.

De origine theatri, & in eo recitãdi comœdias tragœdiasq; modo, & qui primò Romæ theatrum, & amphitheatrum ac circum construxerint, & quare amphitheatrum arena spargeretur, & inibi de frequẽti apud ueteres lauandi usu, ac thermarum origine. CAP. XIII.

THeatri, quod hemicycli specie constructum erat, ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, quod est uideo, appellatum, Latine dici spectaculũ potest, consuetudo, teste Cassiod. in epist. à Græcis sumpta est: nam cùm agrorum cultores feriatis diebus sacra diuersis numinibus per lucos uicosq; celebrarent, Athenienses primùm hoc in urbem spectaculum transtulerunt, theatrum Græco uocabulo appellantes, quòd in eo eminus astans turba conueniens sine aliquo impedimento conspiceret: apud quos, autore Eusebio in 2. de euang. præparat. Dionysius primus theatrum fecit; propter quod, ut

mea

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mea fert opinio, Seruius ait theatrales ludos in honorem duntaxat apud ueteres Liberi patris fieri consueuisse. Plutar. similiter Athenis theatra fuisse, in uita Thesei apertè ostendit. Sanè apud Alexandriam, in Antirrhodo insula theatrum etiam fuisse, Strabo in 17. autor est. Hunc morem Romani quoque, ut pleraq; alia, in urbem construendi theatri transtulerunt, quod ita dispositum erat, ut à fronte inter duo cornua, scena esset, dicta ἀπὸ τῆς σκηνῆς, quod apud Græcos tabernaculum significat, ita appellatum à facienda umbra. Scena primò inuenta est umbræ gratia, in qua ludi ab eo loco scenici nuncupati, à principio facti sunt, qui, teste Liuio, anno urbis cond. CCCXCI. C. Sulpitio Petico, C. Licinio Stolone COSS. pestilentiæ sedandæ causa instituti sunt. Porrò cùm uis morbi nec humanis consilijs, nec ope diuina leuaretur, inter alias iræ cœlestis placationes eiusmodi ludos introducere placuit, insanis certè hominum mentibus, qui putarent Deum lasciuis saltationibus sibi placatum iri. Itaque ex Hetruria ludiones acciti, qui sine carmine ullo, sine imitandorum carminum actu, ad tibicinis modos saltantes, haud indecoros motus dabant. Res noua sic bellicosum populum delectauit, ut iuuentus inde iocularia simul inter se uersibus inconditis fundentes, eos imitari cœperint. Hæc ridicula carmina sine cantu iactitata, Græcè exodia appellabantur, sicut epodia, quæ cantabantur. Et quia hister thusco uerbo ludius uocabatur, id nomen histrionibus est inditum. Post annos deinde centum & uiginti duos, qui fuit annus ab urbe condita DXIII. Liuius Andronicus fabulam uersibus intextam primus recitandam dedit. Ac ita ludus paulatim in artem uersus est, cùm in scena comici tragicique, & cæteri poëtæ sua recitarent poëmata: in

ea

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ea etiam erant præcones, tibicines, citharœdi & huiusmodi, qui uel in fine cuiusq; actus canerent. Hoc sanè loco nõ abs re uidetur esse aliquid dicere de modo in primis agendi comœdias, tragœdiasq;. Nam cùm Cic. lib. 3. de Orat. de Roscio, qui fuit homo Gallus, & comœdus peritissimus, ac eius præceptor in pronuntiationis gestumq; exercitatione, dixerit: Nunquam agit hunc uersum Roscius eo gestu, quo potest: nonnulli suspicati sunt comicos & tragicos suà poëmata recitare solitos, & mimos, hoc est, histriones, præstò fuisse, qui personarum inductarum facta dictaq; exprimendi causa, eorum uoces gestibus tantum persequerentur, id quod alibi Cicer. in Paradoxis falsum esse demonstrat, cùm inquit: Histrio si paulò se moueat extra numerum, aut si uersus pronuntiatus est syllaba una breuior aut longior, exibilatur & exploditur. Si igitur histrò gestu, non item uoce agebat, quì fieri potuit, ut mutus in pronuntiatione reprehenderetur? Theatralis autem scena apud antiquissimos parietem non habebat, sed frondibus tantum tegebatur: postea tabulata cœperunt componere instar parietis, & sic binis & sæpe pluribus contignationibus constabat. Deinde erat proscenium, suggestum in quo ludi exercebantur. Vergilius:

–Et ueteres ineunt proscenia ludi. In medio orchestra, in qua senatorum sedibus erant loca designata, unde omnium agentium gestus spectari possent: dicta orchestra, quòd in ea saltationes fieri consueuerunt: ὄρχησις enim Græcè, saltatio dicitur. In cauea uerò, quæ pars media theatri erat, subsellia equitum erant in cuneos eodem modo diuisa. In circuitu hemicycli erant gradus ita dispositi, ut altiores in ambitu semper excrescerent, in his plebs promiscuè sedebat. Quibus non erat locus sedendi, ij stantes

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tes in cauea spectabant: nam senatus à populo secretus ludos spectare. Cuius rei, teste Liuio in quarto de bello Macedonico, & Plutarcho, Scipio ille Africanus, & Valer. Sempronius Longus Consules, primi autores fuerũt, quod & uulgi animum auertit, & fauorem Scipionis magnopere quassauit. Valerius autem Maximus hoc ex sententia posterioris Africani actum esse narrat. Caueæ theatri nullis fornicibus obductæ, uelis tegi solebant. Ex quo primus omnium Q. Catulus, teste Plinio in 19. linteis theatro umbram fecit, primusq; byssina uela duxit. In hanc sanè formam, theatrum M. Scaurus in sua ædilitate, nõ quidem perpetuò duraturum, sed in triginta tantum dies scenicorum ludorum (principio enim ad tempus fiebant theatra) primus omnium Romæ extruxit, dicente Plin. lib. 36. capite decimoquinto. Hic fecit in ædilitate sua opus maximum omnium, quæ unquam fuere humana manu facta, non temporaria mora, uerumetiam æternitatis destinatione, & reliqua. C. autem Curio, qui bello ciuili in Cæsarianis partibus obiit, in patris funere theatra duo è ligno construxit, quibus inter sese auersis, ne inuicem obstreperent scenæ, & repentè circumactis, ac cornibus inter se coëuntibus, faciebat amphitheatrum, & gladiatorum spectacula edebat. Mansurum theatrum è quadrato lapide, ut ait Cornelius Tacitus, primus Romæ construxit Pompeius Magnus, cuius exemplar ex eo quod Mitylenæ erat, post deuictum Mithridatem sumpsisse, testis est Plutarchus. Amphitheatrum autem, qui locus erat spectaculorum gratia, forma rotunda, & ueluti, ut suprà ostendimus, ex duobus constans theatris, primus omnium, teste Cornelio de gestis Neronis, in campo Martio posuit C. Iulius Cæsar, quod paulò post, autore Tranquillo, Augustus mausoleum

ædifi

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ædificaturus destruxit, qui & ipse amphitheatrum destinauit media urbe, quod à Vespasiano conditum fuit, & à Tito consecratum. autor Sueton. in eorum uitis. Sed quoniam Domitianus, ut idem est testis, omnibus operibus que post mortem illorum uel restituit uel perfecit, suum dunaxat titulum addidit, sine ulla pristini autoris memoria: hinc, ut opinor, illi de hoc amphitheatro Martialis statim in principio sui operis adulatur, dicens:

Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro,
Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Augusto etiam Cæsari Herodes Hierosolymis theatrum & amphitheatrum condidit, autor Iósephus in 15. antiquitatum. In amphitheatro autem bestiarum & gladiatorum ludi celebrabantur: nam permulti capite damnati, aut in bellis capti, illic cum feris pugnando mortem oppetere cogebantur. Quod epigrammaticus poëta affirmat, de delatoribus dicens:

–Nec cepit arena nocentes.

Seneca testatur duos qui ad id certamen destinati erant, sibi prius mortem consciuisse. Arena, ut hoc commodum moneamus, aliquando pro amphitheatro, id est, contentum pro continente, ab autoribus eleganter ponitur. Martialis rursus:

Quicquid fama canit, donat arena tibi.

Et id, quoniam amphitheatrum spargi arena solebat, uel ne pugnantes fœdarentur cruore occisorum, uel ne cruor sparsus spectantibus esset horrori, propter quod iuuenum multitudo arenam uertendo cruorem obtegebat. At quidã aliam spargendæ arenæ causam commentati sunt, tradentes eam sterni, ne gladiatores diffluerent. Circo, de cuius forma libro superiore, cap. 14. affatim diximus, regnante

Tarq

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Tarquinio Prisco, locus primùm designatus est, atq; simul patribus equitibusq; loca diuisa, unde spectarent ludentes. Certamen fuit equorum pugilumq;, qui ex Hetruria accersiti fuerant. Is Maximus circus dictus est. Postea duo alij positi sunt, Flaminius & Neronis. In hoc obeliscus olim fuerat, qui nunc Romæ in Vaticano extat. In circo item, teste Dionysio, athletæ certabant, qui aut pugnabāt, aut currebant, uel luctabantur: quorum certamen tum primò Romanis spectaculo fuit, cùm Sp. Postbumius Albinus, & Q. Martius Philippus consules fuere, anno urbis conditæ DLXVIII. autor Liuius libro nono, decadis quartæ. Sed horum operum magnificentiæ iam iungatur thermarum luxuria: fuit enim mos priscorum quotidie lauari, quòd ea res, credo, teste Celso, ad prosperam ualet conseruandam ualetudinem. Ex quo usu uenit, ut ciuis quisq; pro opibus, priuata haberet balnea: sed postea crescente principum luxuria, publicæ balneæ haberi cœpere: quippe loca assignata erant, quæ aut aquis calentibus, aut igne calefactis, lauandi sudandi ue usum præberent, quæ Græcè thermas appellarunt. & cùm alibi, tum Romæ in modum prouinciarum, ut ait Ammianus, uidebantur extructæ, in quibus plebs etiam Lauaretur: fuitq; adcò populare principibus id cum ea promiscuè facere, ut Commodum, Gordianum, & Galenum iuniores, alios ter, alios quinquies uel septies æstate, bis uerò hyeme in die lauasse Capitolinus tradat, in thermisq; cœnitasse. Admittebantur & mulieres, idoneum uoluptatis instrumentum. Thermæ in primis celebres Romæ fuere, agrippinæ, neronianæ, Titi Vespasiani, Domitiani, antonianæ, alexandrinæ, gordianæ, seuerianæ, diocletianæ, aurelianæ, constantinianæ, nouatianæ. Hæ magno sumptu ædificatæ sunt instar ferè

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ferè urbium. Erant in his areæ amplissimæ, erant porticus, in porticibus exedræ habētes sedes, in quibus Philosophi, rhetores, reliquiq; quibus studia erant cordi, sedebant disputantes. Erat & palæstra, in qua se athletæ exercebant. Erant præterea multa intus loca ad fouendam luxuriam fabberrimè extructa. Adeò uesana dementia, omnium uoluptatum quæsisse tentamenta uidentur Romani principes, cum tanto impendio tam paucis profuturo.

Quis primus inuenerit fabricam materiariam, & in ea serram, asciam, perpendiculum, terebram, glutinum, normam, libellā, tornum, clauem, circinum, securim, dolia & uasa uiminea. CAP. XIIII.

FAbricam materiariam, hoc est, lignariam, Dædalus, ut Plin. lib. 7. scribit, primus omnium inuenit: & in ea serram, asciam, perpendiculum, id est, instrumentum quo plumbo à filo & gnomone pendente, rectio siue obliquitas operis perpenditur, hoc est, examinatur: & terebram & glutinum, quod Græci collam nominant, quo ligna coniunguntur, conglutinantur. Normam autem & tornum atque clauem Theodorus Samius reperit. Ouidius tamen libro 8. Metamorph. dicit Perdicem Dædali ex sorore nepotem, circinum, hoc est, instrumentum quo circuli uertendo designantur, & serram inuenisse: traxerat enim in exemplum spinas in medio pisce notatas, de quo etiam in Ibim ait:

Vt cui causa necis serra reperta fuit.

At secundum Diodorum libro 5. Talaus, non Perdix, adolescens filius sororis eiusdem Dædali, qui ab eo erudiebatur, reperta serpentis maxilla, paruulum cum secuisset lignum, imitatus postea dentium serpentis spissitudinem, serram ferream primus omnium fecit: reperit etiam tornum, &

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

& rotam figuli, ut antè monstrauimus: ita cùm pluribus rebus hominibus profuisset, magna laude celebratus est. Hũc puerum Dædalus inuidia motus, existimans turpe esse, magistrum ab adolescẽte gloria uinci, dolo interfecit. At normam, cuius ratio ut longè alia sit, ac communis normæ, nõ modò in mensuris, sed etiam in ædificijs utilis est, inuentum Pythagoræ esse Vitruuius libro nono dicit, eiusq; formam ualde artificiosam ponit. Securim Pantesilea Amazonum regina inuenisse fertur. Cæterùm ego huius lignariæ artis, uel eiusdem instrumentorum, quamuis alia aliubi usurpentur, inuentionem potius Hebræis tribuerim, apud quos multò ante Dædalum optimi opifices fuerunt, præsertim in constructione tabernaculi, quod Moses, qui etiam Dædalo, ut autor est Eusebius, antiquior fuit, Deo dicauit. Vel assignauerim Tyrijs, qui, teste Iosepho in octauo antiquitatum, in ea arte Hebræis longè excellentiores fuerunt, propter quod Solomon Deo templum conditurus, ab rege Tyri per literas fabros lignarios, sicut idem Iosephus & Eusebius testimonio sunt, petijt. Quo pacto autem ex gracilioribus lignis capacia & in uentrem tumentia uascula, ueluti sunt dolia, fierent, Pseusippus, autore Laërtio, docuit. Vasa ex uiminibus facta, ut quallos, corbes, &c. teste Seruio in primum georg. Ceres omnium prima monstrauit.

Quis primus mari imperauerit, & ut primò nauigari cœptum sit, & qui inuenerint artem nauigandi, naugia diuersi generis, remum, uela, anchoram, & pugnam nauale m. CAP. XV.

QVis non fatetur humanum genus merito suo insaniæ audaciæq; coargui, cùm sese intra suos fines minimè sciat tutum continere? Nam quamuis Deus opt. ma-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

xi.ei abundè consuluerit, sua tamen sponte in pericula ruit. Ille enim nobis terram ueluti solidum & ad nos sustentandum idoneum elementum dedit, at nos cœlum atq; mare tentamus. Non'ne Dædalus fabricatis alis, cœlum ipsum adiuit? non'ne modò sæua pecuniæ cupiditate obcæcati, tenui ligno freti mare non dico sulcamus, sed propemodum habitamus? Quod Flaccus Horatius dolens in primo carminum inquit:

Nequicquam Deus abscidit
Prudens Oceano dissociabili
Terras, si tamen impiæ
Non tangenda rates transiliunt uada.
Audax omnia perpeti
Gens humana, ruit per uetitum nefas.

Et in eum paulò superius qui hoc primùm tentauit:

Illi robur & æs triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem Primus.

Et Propertius libro 3. de Peti naufragio dicit:

Ergo sollicitæ tu causa pecunia uitæ æs,
Per te immaturum mortis adimus iter.
Tu uitijs hominum crudelia pabula præbes,
Semina curarum de capite orta tuo.

Et deinde subiungit:

Ite rates curuæ, & leti quoq; texite causas,
Ista per humanas mors uenit acta manus. Idem:
Natura insidians pontum substrauit auaris. & reliq.

Quid deniq;, ut poëta ait, non mortalia pectora cogit Auri sacra fames? Itaq; adeò ab initio mare à mortalibus frequentatum est, ut deinceps omissis ratibus, quibus primum est nauigatum, naues instar domorum ædificauerint, quibus

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bus etiam nunc totum ferè pelagus sternitur. Et ita nauigandi arte comperta, maris imperium sibi pro se quisque uindicare ausus est, in eoq; non secus ac in terra bella gerere. Sed iam ad rem ueniamus. Minos, *teste* Strab. *libro decimo* geograph. *mari primus imperauit: quod* Diod. *in sexto,* Neptuno *assignat, qui primus nauigandi artem inuenit: ait enim,* Neptunus *secundum* Cretenses, *primus nauigandi arte inuenta, classem instituit, eiusq; præfectus est à* Saturno *factus.* Quapropter *traditum est posteris,* Neptunum *imperasse mari.* Cretenses *omnino iampridem, ut* Strabo *demonstrat, nauigandi principatum tenuerunt, à quibus propter id fluxit prouerbium,* Cretensis *nescit pelagus, in eum, qui ea quæ probè nouit, se ignorare dissimulat, ut in nostris adagijs exposuimus.* Primum *autem, autore* Plin. *in septimo, inuentis ratibus, in mari rubro, inter insulas ab* Erythra *rege nauigari cœptum est.* Quod etiã *testatur* Quintil. *in* 10. *dicens: Si nemo plus effecisset eo quod sequebatur, nihil in poëtis supra* Liuium Andronicum, *nihil in historijs supra pontificum annales haberemus: ratibus adhuc nauigaremus, &c.* Ipsas *uerò rates sunt qui non* Erythram *regem, sed* Mysios *&* Troianos *priores inuenisse in* Hellesponto *putent, cùm transirent aduersus* Thraces. Alij *in* Britannico *oceano primò inuentas produnt corio circunsutas.* Nauem, *sicut* Plin. *lib.* 7. *scribit, primus in* Græciam *ex* Aegypto *inuexit* Danaus: *at alij, teste* Eusebio *in* 1. *de euangel. præparat. à* Samothracis *inuentam dicunt, aut, ut* Clementi *placet, ab* Atlante: *alij uerò, uelut ostendimus, à* Neptuno, *alij à* Minerua. *autor* Tertull. *libro de militis corona.* Verùm *ego hoc aliquanto uerius, ut par est,* Noë *tribuendum iudico, qui ex testimonio* Eusebij *libro decimo de præparat. euangelica*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

perdiu ante Danaum & Neptunum fuit. Is enim uir sanctus & innocens, autore Iosepho in primo antiquit. cùm à Deo diluuium ad perniciem humani generis futurum esse cognouisset, ut aquarum uim euaderet, arcam sibi ligneam fabricatus est, quæ haud dubiè nihil aliud fuit, nisi nauis, & condendorum diuersi generis nauigiorum primum ac unicum posteris exemplar. Berosus itidem Chaldæus, ut Iosephus est testis, eam ipsam arcam nauim appellat. Ac non iniuria igitur & nauigandi et condendarum nauium usum primum à Noë, ante quem, quod memoriæ proditum sit, nemo mare tentauerat, fluxisse credere conuenit, cùm præsertim ab eodem Iosepho accipiamus, illius nepotes, dum alij aliam orbis regionem ad habitandum peterent, multis nauibus esse usos. Tibullus autem hoc Tyrijs assignat, elegia 7. dicens:

Vtq; maris uastum prospectet turribus æquor,
Prima ratem uentis credere docta Tyros.

ob hoc hercle, ut puto, quòd Tyrijs, teste Strabo libro 16. diu nauigandi arte excelluerunt. Ex quo fit, ut etiam qui post tempora Noë, ad hanc usque ætatem, huiusmodi artem exercuerunt, nonnihil bene meriti sint: nam cùm nulla ferè ars intra initium suum steterit, multa idcirco cùm nauigiorum, tum cæterarum rerum nauticarum genera reperta sunt, quæ plurimum artem illustrarunt, quorum proinde autores commemorare haud omnino alienum instituto nostro ducimus. Longam itaque nauem Iason primus ædificauit, qua apud Aegyptios, ut puto, Diodoro libro primo, teste, Sesostris rex Aegyptiorum primus omnium postea usus est. Biremem Erythræi fecerunt. Triremem Amoclem Corinthium inuenisse, prodit Thucydides. Quadriremem Carthaginenses, secundum Aristotelem.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

lem. Quinquerēmē instituit Nesichthon Salaminius, quod nauigij genus, teste Polybio uolumine primo, Romani primi omnium in Italia, in apparatu primi belli Punici ædificarunt. Sed ordinum Zenagoras Syracusanus, ab ea ad deciremem Nesigiton, ad duodecim ordines Alexander Magnus, ad quindecim Ptolemæus Soter, ad triginta Demetrius Antigoni, ad quadraginta Ptolemæus Philadelphus, ad quinquaginta Ptolemæus Philopator, qui est Tryphon cognominatus. Onerariam nauem Hippius Tyrius inuenit. Lembum Cyrenenses, Cymbam Phœnices, Celocem Rhodij, Circerum Cyprij, Lintres Germani circa Danubium habitantes, Scaphas Illyrij, quæ nauiculæ maiores sequuntur naues. Remum autem Copæ inuenerunt, latitudinem eius Plateæ, uela Icarus. Diodorus tamen dicit Aeolum uelis uti nautas primùm docuisse. Malum, id est, arborem nauis, & antennam Dædalus. Hippagines, hoc est, ut Festo placet, naues quibus equi uehuntur, Salaminij uel Athenienses. Tectas longas Thasij. Rostra addidit Piseus, Tyrrheni anchoram. Eupalamius eandem fecit bidentem. Quod inuentum quidam, autore Strab. libro 7. Anacharsidi ascribunt, qui inuenit harpagonas, id est, telum in summitate aduncum, quo nauigia capiuntur, ab ἁρπάζειν, quod est rapere. Adminicula gubernandi Tiphys, sumpto à miluo aue exemplo: hæc enim auis, teste Plin. libro 10. uidetur artem gubernandi docuisse caudæ flexibus, in cœlo monstrante natura, quod esset opus in profundo. Classe uerò primùm depugnasse Minoêm, autor est Plin. Hæc de nauigijs dicta satis sint, quæ cùm potissimum merces ultro citroq; conuehendi causa reperta sint, eis utiq; conuenire uisum est mercaturæ inuentores quam primum subtexere.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Qui primi mercaturam inuenerint, & de primis institoribus. CAP. XVI.

MErcatura haud equidem paruo mortalibus auxilio est, quandò in asportandis mercibus, uitæ humanæ necessaria ubiq; locorum suppeditat, multarum quoq; ac maximarum rerum usum experientiamq; homines edocet, ad barbarorum insuper necessitudines regumq; amicitias contrahendas plurimũ ualere censetur. Quapropter Plin. in 33. haud temere putat commercia uictus gratia esse inuenta: sed ibi, ut opinor, de rerum cõmercijs loquitur, quæ, ut ipse tradit, Troianis temporibus in permutandis rebus ad uictum necessarijs, mortales inter se exercebant, propter quod cum illis tũc haud dubiè multò præclarius agebatur. Posthac autem reperto, sicut idem sentit, aureo numo, tanta hominibus lucri cupiditas incessit, ut merces asportandi causa, sese ad omnia pericula, uel, ut ita dicam, ad aleam, ueluti etiam hodie fit, exponerent. Ex quo uerissimè Flaccus Horatius de his ait:

Impiger extremos mercator currit ad Indos
Per mare pauperiem fugiens, per saxa per ignes.

De huiusmodi mercatura Cic. quoq; in 1. de offic. Mercatura autem, inquit, si tenuis est, sordida putanda est: sin magna & copiosa, multa undiq; apportans, multisq; sine uanitate impertiens, non est admodum uituperanda: atque etiam si satiata quæstu, uel contenta potius, ut sæpe ex alto in portum, ex ipso portu se in agros possessionesq; cõtulerit, uidetur iure optimo posse laudari. Mercaturam etiã, teste Plutar. uiri præclarissimi exercuerũt, Thales, Solon, Hippocrates, & Plato. Hanc, autore Plin. lib. 7. Pœni inuenerunt: uerùm Diodo. in 6. Mercurio assignat, id quod Galli quondam sibi persuasum habuere, qui, ut Cæsar ait,

deum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

deum maximè Mercurium colebant, cuius plurima erant apud eos simulacra: hunc enim omnium inuentorem artium ferebant, hunc uiarum atque itinerum ducem, hunc ad quæstum pecuniæ mercaturasq; uim maximam habere arbitrabantur. Sed Plinius sibi omnino repugnare uidetur, cùm in eodem lib. dicat, emere ac uendere instituisse Liberum patrem, præsertim cum mercatura, quam ait Pœnos inuenisse, nil aliud sit, nisi actus quidam emendi uendendiq; merces. Quare ita fortasse intelligendum est, ut Pœni mercaturam à Libero patre institutam primi exercuerint. Cæterùm neque hoc primò Pœnis, aut Mercurio, uel Libero patri assignandum ducimus, quando ex testimonio Iosephi, libro 1. antiquit. usum uendendi & emendi multò antè apud Hebræos, hoc est, Noë temporibus fuisse constat. Institores uerò primi, teste Herod. in 1. Lydi fuerunt. Sunt autem institores, non qui egregiè mercaturam exercent, sed qui à mercatoribus emunt, ut diuisim deinde merces emptas uendant: de quibus M. Tullius in 1. offic. intellexit: Sordidi etiam, inquit, putantur, qui mercantur à mercatoribus, quod statim uendant: nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur.

Quis primus instituerit artem meretriciam, & Bacchanalia sacra, ac qualis pœna adulterii, aut inuenerit tincturam capillorum, uel usum tondendi, & quãdo primùm tonsores Romæ. CAP. XVII.

VEnerem, quam ex spuma maris procreatam, princeps apud nos poëtarum, & Ouid. testimonio sunt, impudicam, ad omnesq; diuulgatam libidines fuisse propalàm est, quippe quæ plures ex adulterio filios procreauit: nam ex famoso Martis stupro, genuit Harmoniam, de qua Plutarchus in uita Pelopidæ affatim meminit: ex Mercu-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rio Hermaphroditum, ex Ioue Cupidinem, ex Anchisa Aeneam, & ex Bute Erycem: quas ob res, amorum gratiarumq́; , item pulchritudinis & delitiarum & uoluptatum omnium, & libidinis atque coitus dea habita est. Hæc autem ne sola impudica uirorumq́; appetens uideretur, omnium prima, teste Lactantio libro primo, ut est in historia, quam prisci sacram appellabant, meretriciam artem instituit, autorq́; mulieribus in Cypro insula fuit, uti uulgato corpore quæstum facerent. Ex quo apud Cyprios, teste Iustino lib. 18. mos inoleuit, ut uirgines ante nuptias statutas, dotalem pecuniam quæsituras in quæstum ad littus maris mitterent, pro reliqua pudicitia, libamenta Veneri soluturas. Harum ex numero LXXX. admodum uirgines rapi, & in naues imponi iußit Elisa, cùm illac transiret è Tyro fugiens, ut iuuentus matrimonia, & urbs sobolem haberet. Apud Babylonios etiam consuetudo fuit, ut cùm rem domesticam consumpsissent, unusquisq́; plebeius ob uictus inopiam, filias suas adigeret ad quæstum corpore faciundum. Item mulieres semel in uita omnibus indigenis communes erãt: sanè ad templum Veneris sedebant, nodis corollisq́; tempora reuinctæ, è quibus aliæ ad diuerticula, quæ aditum externis præbebant ad mulieres, dum se conferebant, aliæ regrediebantur. Etenim cùm semel illic sederant, non prius domum redire fas erat, quàm hospitum aliquis pecuniam in sinum mulieris iecisset, ac cum ea consuetudinem habuisset. Mulier acceptam pecuniam ad sacrum usum reseruabat, hospes uerò dans dicebat: Tanti ego tibi deam Mylittam imploro: ita Assyrij Venerem uocant. At pulchriores citò expediebantur, deformiores non item, quas sæpe uno uel altero anno expectare oportebat. Ac talis erat lex, honoris deæ Veneri

haben

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

habendi gratia. autor Herodotus uolumi. 1. Sed bacchanalia sacra uberrimum apud cunctas fermè gentes libidinis seminarium fuere, quorum, ut idem testatur Herodotus, autor fuit Melampus Amytheonis filius, primusq; ad Græcos detulit ex Aegypto, ubi ea sacra fieri cœpere: fœminæ enim statuas cubitales è neruis compactas, quibus ingens mentula in uentre extabat, per pagos præeunte tibia circumferebant, Bacchum canentes. Deinde in Parnaso monte bacchanalia, quæ Græcis Dionysia dicuntur, alternis annis acta sunt, magno cum hominum multo mero incalentium clamore, tum tympanorum crepitu. Haud ita multò post, Græcus quidam homo ignobilis eiusmodi sacrorum antistes in Hetruriam uenit, docuitq; ritus. Ex Hetruria ea mali labes mox Romam penetrauit, ubi mirandum in modum morbi cõtagione matronarum pudicitiam corrupit: primò sacrarium fœminarum fuit, nec quisquam uirorum admittebatur: tres in anno statutos dies habebãt, quibus interdiu Bacchis initiarentur, Sacerdotes inter se matronæ creabantur: cùm demum Paculla Minia Campana facta est sacerdos, hæc omnia tanquam Deorum monitu immutauit, sanè uiros & cum primis filios initiauit, nocturnumq; sacrum ex diurno, & pro tribus in anno diebus, quinos in singulos menses dies initiorum sacros fecit. Tum promiscuò sacra uiri fœminis permisti facere cœperunt, ubi cùm per noctis licentiam quiduis scelerum unicuique edere liceret, nihil facinoris, nihil flagitij prætermittebatur: siquidem eo loci stupra pariter atq; cædes redundabant, quandò qui aut ad Venerem pigriores, aut dedecoris minus patientes erant, (nam postremò nemo maior uiginti annis initiabatur) morte afficiebantur: nec id multis cognitum, cùm nulla uox queritantium præ ululatu,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tympanorum cymbalorumq; strepitu exaudiri posset, & mortui ex conspectu illicò in specus abderentur. Summa religionis erat inter eos, uiros uelut mente captos, corporis iactatione fanatica uaticinari, matronas Bacchanum habitu crinibus passis cum facibus ardentibus discurrere, & mactatos dici à dijs raptos. Verùm ad extremum tantorum scelerum indicio ad Sp. Posthumium Albinum & Q. Martium Philippum COSS. delato, religio pestifera extincta est, anno urbis conditæ DLXVIII. Atqui non est quòd plura uetterum probra uitæ repetamus, cùm nos forsitan magis reprehendendi simus, quando apud nos præ Veneris institutis, parũ Dei opt. max. præcepta ritè seruantur. Moses enim mulierẽ adulteram cum adultero, ut in Leuit. cap. 20. est, morte mactandam statuit apud Romanos & Græcos, adulterium crimen etiam capitale fuit: Arabes qui Felicem Arabiã incolunt, uirũ etiam adulterũ capite mulctabant. Quin & diuus Clemens epistola sua prima dicit, secundum hæresim, adulterium omnium grauissimum esse peccatum, atque apud iustum iudicem maiore pœna lui, & tamen ioco habetur. Quid, quòd uxores & uiri palàm multis adulteriis inquinati, eò quòd aut ad nullam, aut ad minorem pœnam quàm culpa sit, uocantur, nihil pensi habẽt sacrosanctum matrimonij fœdus uiolare? Ita apud nos mansuetudo puniendi, illecebra est peccandi. Non sola igitur, ut ipsa cupiebat, Venus impudica est, nec tamen prima fuit, siquidem satis constat iam inde ab initio fermè orbis conditi, fuisse malieres, quæ nulgato corpore quæstum fecerint. Legimus enim in Geneseos libro, Iudam Iacob filium eò rem habuisse cum Thamar nuru sua, quòd suspicatus esset illam esse meretricem, prout mulier talem se esse uestitu pariter atque arte simularat.

At

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

At quanto Venere præstantior Lucretia fuit, quæ non pudicitiæ omnibus peruulgandæ, sed cōstanter seruandæ unicum edidit exemplum, sibijpsi mortem conscisceńs? Hæc tamen non facilè multas sui similes habet, adeò libido creuit, quæ mehercule nihil in uita mortaliū turpius fœdiusq; esse potest, quandò hæc nobis cum belluis communis est, & hac una tantum humanæ uitæ internoscitur infirmitas. Quapropter Magnus Alexan. ut testis est Plutarc. se duabus potißimum rebus mortalitatem intelligere aiebat, sopore ac coitu, quas sola naturæ infirmitas pareret. Pythagoras uerò rogatus quando concumbendum esset, Tunc, inquit, cùm teipso infirmior fieri uis. autor Diogenes lib. VIII. Quod nos etsi rectè scimus, nihilominus tamen mulierum illecebris in libidinem trahimur, ueluti canis, ut dicitur, ad uomitum suum reuertitur. De his satis. Tincturam capillorum, teste Clemente, Medea primùm inuenit. Vsum autem tondendi ab Abantibus fluxisse ferunt: ita enim huiusmodi populi cùm natura bellicosi forēt, expeditius cum hostibus cominus congrediebantur. Testatur utrunq; Plutarchus in uita Thesei, scribens: Vigebat etiam illis temporibus consuetudo, ut qui ex ephebis excessissent, delati in Delphos, de comis Deo primitias darent. Accessit igitur in Delphos Theseus, & anteriorem partem capitis arrasit. At Abantes primi hoc tondendi more usi sunt, quem quidem non ab Arabibus, ut quidam existimant, didicerunt, nec Mysios imitati, sed quòd natura bellicosi essent, & propè pugnandi ac præter cæteros manus cum hostibus conserendi peritiam tenerent. Et pòst paulò infert: Ne igitur ullas hostibus ad capiendum ansas darent, tondebantur. Hæc ille. Ea etiam de re Magnus Alexan. suis ducibus imperasse dicitur, ut Macedonum barbas arraderent.

Tonso

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Tonsores in Italiam ex Sicilia primùm uenere, anno post conditam urbem CCCCLIIII. *adducente* P.*Ticinio Mena, testis* Varro: *antè intonsi fuere. Primus omnium radi quotidie instituit Africanus, sequens Diuus Augustus cultris iugiter usus. autor* Plin. *uolum.* 7. *natur. histor.*

Multa cùm uetera tum noua inuenta esse, quorum autores ignorentur. CAP. XVIII.

Q*Vanquam probè scimus, quantum laudis præmijs debeatur illis, qui olim aliquid suo ingenio, uel ad usum uitæ, uel ad animum excolendum utile, nihil non necessarium excogitarint, eoq; huiuscemodi rerum autores hoc uno opere omnes complecti, ne quempiam sua laude fraudasse uideremur, diligentius elaborauì: attamen nobis per uetustatem, quæ, ut* Varro *inquit, multa tollit, pauca non deprauat, id præstare minus licuit, quòd multis utimur, quæ aut ad suos minimè referuntur autores, aut omnino ad nullos, utpote qui non produntur. Quapropter si scriptores quos sequeremur nullos planè habuimus, nemini sanè mirum sit, nos quædam silentio præterisse: quandò illud admiratione dignius est, ut plurima noua inuenta sint, quorum inuentores non tradantur, & ex ijs quædam nec scripta habeamus, quo nomine uocari possint.* Nam *quid iucundius reperiri potuit horologio? quo nobis, etsi occultato sole, per tintinabulum sua, ut ita uidetur, sponte sonans, horæ nuntiantur. Aut quid gratius ipso tintinabulo, quod alij campanam, nonnulli nolam nuncupant, inuenire potuit? quod licet recens inuentum non sit,* Mosis *enim temporibus, teste* Iosepho *in* III. *Antiquitatum, eius usus erat, de quo* Martialis *ait:*

Redde pilam, sonat æs thermarum, ludere pergis?
Virgine uis sola lotus abire domum?

utriusq;

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

utriusque tamen pariter autor latet. Sed & aliud meo iudicio admirabilius fuit, inuenire pyxidem illam, qua nautæ admodum peritissimè nauigationem moderantur: quis tamen eam repererit, omnino in aperto non est. Adde præterea illud tormentum æneum, quod bombardam uocant, omni admiratione execrationeq; dignum, ad perniciem hominum excogitatum, quod haud adduci possum, ut humanum ingenium inuenisse credam, sed mehercule potius malum quempiam dæmonem mortalibus monstrasse puto, ut inter se non modò armis, uerumetiam fulminibus (est enim, ut alio loco diximus, quamsimillimum fulmini) pugnarent, cuius autor Perilli exemplo, sicut opinor, monitus, non temere nomen suum occultauit, ne in se, uti merebatur, primum huiusmodi tormẽtum experiri cogeretur. Perillus enim, teste Plin. lib. 34. uir Atheniensis, ut Phalaridi Agrigentinorũ tyranno post hominum memoriam crudelissimo placeret, ex ære taurum artificiosissimum fabricauit, cui ianuam in latere posuit, ut cùm reus inclusus subiectis ignibus torqueretur, mugitum, non hominis uocem uideretur emittere: pro quo opere cùm à tyranno prætium postulasset, in illo ipse includi omnium primus à Phalaride iussus suppositis ignibus, artificij sui uerum experimentum præbuit: de quo Ouid. in 1. de arte amandi ita cecinit:

Et Phalaris tauro uiolenti membra Perilli
Torruit, infelix imbuit autor opus.
Iustus uterq; fuit, neq; enim lex æquior ulla est,
Quàm necis artifices arte perire sua.

Est & illud nouum inuentum, in quo uterque pes utrinq; eius quiescit, qui equo insidet: nam ut in marmoreis statuis Romæ conspicitur, antiqui non utebantur, nec quo nomine appelletur, apud autores legitur: uulgò staffa nominatur,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tur, quòd in eo pedes commodè stent. Sunt & huiusmodi plurima, sed illa in primis incitamenta gulæ, quæ hodie tam diuersi generis ex saccaro fiunt: uel etiam pars maxima armaturæ, quæ cùm suis uocabulis haud aptè explicari queant, nihil est quod proferam. Est uel nouitiũ inuentum illud laneum tegmen capitis, quod biretrum uocant: uetere enim omnino caput non uelabant, sicuti testantur numismata, uel ipsæ statuæ, quæ, ut Romæ uidimus, apertum caput habent, præsertim cùm propalam sit, nos patrio more eo fingi uestitu, quo prorsus utimur. Sed hoc omnino C. Cæsaris exemplo significantius comprobatur: is enim, autore Tranquillo, cùm Caluitij deformitatem iniquissimè ferret, obtrectatorum sæpe iocis propositam, deficientem capillum reuocare à uertice consueuit, ut illam obtegeret. Quod quidem quis non uidet, ab eo fieri subabsurdũ fuisse si more patrio, commodius decentiusq; caput, hoc est, debo nestamentum illud caluitij, obnubere potuisset? Ex quo apparet, recens esse inuentum hoc operimentum capitis, quo nunc passim utimur, autor tamen ignoratur. Et sic huiusmodi sexcenta sunt, quorum iuxtà autores non produntur. Acutius est etiam inuenisse, & multò utilius, qua ratione frumentum ad decurrentis aquæ impetum molere possemus, quamuis non utiq; recens sit, tamen apud idoneos autores suo nomine caret, uulgus molendinum uocat. Multa insuper nouissimis temporibus instrumenta musica inuenta sunt, quorum autores iam in obliuionem uenerunt: ex quibus propter suauitatem concentus, omni admiratione & laude digna sunt illa, quæ organa nuncupant, uaide quidem ab illis dissimilia, quæ Dauid Iudæorum rex, ut in 1. huius operis uolumine memorauimus, fecerat, quibus Leuitæ sacros hymnos concinerent, sicut nos his pariter canimus.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mus. Item alia id genus sunt, quæ monochordia, clauicymbala, uarieq; nominantur, eorum tamen æquè inuentores magno quidem suæ gloriæ damno, in nocte densissima delitescunt. Non proditur itidem, quis primus fecerit candelam ex seuo, rem etsi sordidam, attamen apprimè utilem: neq; is qui primùm aues ad uenandum domuerit, quod similiter recens inuentum est. Nec memoriæ proditum est, quis annulos primò repererit, quibus apud Romanos, ut demõstrauimus, magnus honos accessit. Sed quid miramur eiusmodi rerum admodum tenuicularum inuentores, diuturnitatem temporis obliterasse, cum imprimendarum literarum artis nouiter diuino quodam ingenio excogitatæ, ipse autor propémodum in tenebris iaceret? nos tamen pro uirili parte operam impendimus, quemadmodum alibi appositè ostendimus, ut ab omni obliuionis iniuria uendicaretur. Est uel memoria nostra tegumentũ crurum tam commodissimè quàm decentissimè confectum, quod nos caligas dicimus: etsi caliga calceamẽti genus fuerat apud ueteres. ast autor tam necessarij uestitus tamq; honesti, iamiam in occulto latet. Extant plures præterea artes, quæ intra suũ initium tanquam humile cùm minimè steterint, deinde ab insequentibus auctæ, neutiquam ad suos priores autores, sed ad eos à quibus incrementum acceperint, perperam, ut in plerisque locis huius operis docuimus, referuntur.

Quare proinde si uetera quædam inuenta aut noua minus attigimus, id profectò in causa fuit, quòd maluerim paucis uerbis certa tradere, quàm multis incerta persequi.

LIBRI TERTII FINIS.

POL

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

POLYDORI VERGILII VRbinatis in quinque Libros de initijs institutorum rei Christianæ, ad Ioannem Matthæum Vergilium fratrem,

PROOEMIVM.

CHRISTVS seruator noster, qui, quemadmodum ipse testatur, ad nos mortales uenerat, haud legis rescindendæ, sed atque adeò confirmandæ causa, iam inde à principio omnia pura, nuda, apertáq; reddidit, quæ antea Iudæi umbram ipsius legis secuti suffecerant, colorarant, fucosáq; fecerant, & denique quicquid isti laxarant, ac quò minus pietatis plusq; cærimoniarum introduxerant, ille astrinxit, atque plus pietatis, minusq; cærimoniarum esse uoluit. Quod Esaias fore prædixerat, inclamans: Quô mihi multitudinem uictimarum uestrarum, dicit Dominus? Cæterùm deinceps sylua hæc Iudaicarum cærimoniarũ sic paulatim agrum dominicum occupauit, ut periculum sit, ne aliquando ipse dominus illud agricolis crimini det, ab eisq; petat. Quis enim quæsiuit hæc de manibus uestris? Verum ut non parum multa à Iudæis, ita non modica ab alijs gentibus instituta, aut casu, ratione'ue accepta, tam in frequentem usum & consuetudinem uenere, ut pro nostris habeantur. Quod equidem fecit, ut putarim me operæpretium facturum, si origines eiusmodi rerum omnium quæ ad religionem pertinerent, proderem, quò luculentius constaret, quas Seruator, quas Apostoli, quas deinde Episcopi, quas'ue alij introduxissent. Et id amantissimè frater tuo præsertim rogatu, mihi officium præstandum duxi, ut dum tu, qui

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tu, qui Græcis pariter atque Latinis literis es longè eruditissimus, Patauij, quò nuper à senatu Veneto Philosophiæ docendæ causa accitus es, negotiaris, ne ipse otiarer. Itaque omnes nostræ religionis ritus, eorumq; initia, quinque libris exposui, etsi nescio quàm bene, tamen accuratè, quos ad tres illos de rerum inuentoribus libellos ab hinc XVIII. *annos, à me & ætate & fortasse doctrina tyrone compositos adiunxi, demonstrauiq; patres olim in bona illorum parte recipienda, piè ac cum causa fecisse, quippe qui gentes etiam barbaras ad ueræ pietatis cultum ducere auentes, arbitrati sunt humanitatis condimentis tractandas, cum earum instituta haud prorsus horruerint, nec sustulerint, sed meliora fecerint, quò ne ullum religioni periculum crearetur, si uel minus admusissent, minusue mutassent, quemadmodum locis perappositis commodum demonstrauimus, Atque isto ipso labore quem religionis causa non inuitus suscepi, Deum optim. maxim. nobis propitium reddidisse confido. Vale. Nonis Decembr. Londini,* M. D. XVII.

P

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

POLYDORI VERGILII VRBINATIS DE INVENTORIBVS RERVM LIBER IIII.

De principio Ecclesiæ, Christianæque religionis. CAPVT I.

QVAE ab orbe condito, ad nostram usque ætatem, quisque ad usum humanæ uitæ necessaria primus inuenerit, tribus superioribus libris explicauimus: deinceps uerò de principio Ecclesiæ Dei, ac institutis, & eorum initijs Christianæ religionis agetur, quæ sola est, quæ poßit hominem facere ac seruare beatum. Ecclesia uox Græca, apud nos significat congregationem, cœtum, concilium, multitudinem, concionem, & ut plurimùm accipitur pro hominum congregatione credentium uni uero Deo, quos uocant fideles: ac eo pacto Apostolus epist. ad Ephesios ca. 5. appellat CHRISTVM Ecclesiæ caput. At uulgus omne, Ecclesiam uocitat cunctorum Sacerdotum ordinem, singulaq; templa Deo atque diuis eius dicata. Hæc igitur Ecclesia hominum Deo uero credentium, ac summo cultu eundem sancteq; uenerantium esse cœpit iam inde à primordio mundi creati, cùm Adam ac eius filij Cain & Abel Deum colere cœperunt: iuuenes enim statim Deo sua obtulere dona, uelut lib. Genes. extat. Deinde crescente hominum genere, Ecclesia magis fuit celebris, usque ad Noë tempora, cùm exigua admodum facta, ex familia tantum ipsius Noë constitit: postea penè extincta est, sed paulò pòst per Abraham & eius familiam restituta, in suo tandiu stetit mediocri statu, donec cœperit maiorem

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rem in modum florere per Mosen, qui eam mandatis diuinis, legibus cærimonijsq; adauxit, stabiliuit, ornauit. Postremò eam ipsam Ecclesiam populo Hebræo per suos impios reges, & in primis Achaz ad idololatriam impulso, uti est lib. Paralipo. 2. iamuam cadentem prophetæ eatenus sustentarunt, quoad præstò ei fuit CHRISTVS: *de cuius aduentu causaq; adueniendi dicturis, aliquantò altius rursum nobis exordiendum est, prodito iam Ecclesiæ Dei ortu. Hebræi itaque ab Heber, à quo Abraham originem duxit, autore Eusebio de Euangel. præparat. lib. 7. dicti, qui post Mosen, teste Lactantio, lib. diuinarum institut. 4. à Iuda, qui illorum fuit dux contra Cananæum, Iudæi appellati sunt, ante multa secula, quàm esset Moses, absque lege aliqua scripta, piè sancteq; uixerunt, utpote qui naturali quadam ratione, ac mentis acumine, magnitudineq; animi, ueritatem ueramq; pietatem consecuti essent. Quorum principes fuerunt, Enos, qui primus, sicuti suprà ostendimus, nomen domini Dei inuocauit, Enoch, Noë, item post istius tempora, Abraham, Isaac, Iacob, qui quòd Deum uidisset, Israël est ab ipso Deo appellatus, & ab eo Hebræi Israëlitæ nuncupati. Ab hoc duodecim tribus Iudæorum profectæ sunt, singulæ à singulis eius filijs denominatæ. Præter hos Iob, qui etsi homo alienigena (erat enim è terra Hus, in Arabiæ Idumeæq; finibus sita) pietate tamen & innocentia Hebræis comparandus est. Sed Ioseph Israëlis filius in primis uitæ castimonia excelluit. Iis igitur ob iustitiam commissa sunt, ut apostolus Paulus ait, eloquia Dei. Verùm non diuturna fuit in gente integritas: nam posteaquam fامem declinaturi primùm Abraham, deinde Israëlem secuti, in Aegyptum migrauere, sensim ex pestilenti illius populi commercio*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

patriæ pietatis obliti, adeò sese maleficæ superstitioni addicere, & dæmonibus seruire cœperunt, ut nihil ab ipsis Aegyptijs, nihil ferè à reliquis gentibus, quæ olim ab eis, prout alibi appositè demonstrauimus, ortum habuerant, religione differrent. Deus tamen misertus post annum CCV. ut Iosepho placet, quàm Israël cum filijs in Aegyptum uenerat, & quàm Abraham in eam terram accesserat CCCCXXX. duce Mose, per quem illis deinde lex data est, eos eduxit, liberauitq; seruitute, qua ab Aegyptijs premebantur. Pro ijs diuinis beneficijs, honorem Deo non habuerunt, sed depulsa iam seruitute, in luxuriam delapsi, ad prophanos Aegyptiorum ritus animum adiunxerunt, atque deinceps nunquam peccare cessarunt, ueluti cæteræ gentes factitabant. Quocirca summus Deus ac parens omnium cùm uideret malitiam & falsorum Deorum cultus orbem terræ occupasse, ac iam nomen suum ex hominum memoria penè sublatum, appropinquante iam termino quo religionem suam transferre uoluisset ad nouos cultores, secundum illud Dauid oraculum: Populus quem non cognoui, seruiet mihi: misit in mundum unigenitum filium suum nuntium & doctorem, ad erudiendos mortales præceptis iustitiæ suæ, quem propterea uoluit mortali carne indui, & in crucem tolli, & morte mactari, qui, ut uiua lex, nomen ac templum nouum conderet, pium cultum uerumq; per omnem terram uerbo & exemplo doceret. Sed tamen quò certum esset à Deo missum, oportuit illum non ita nasci, sicut nascitur homo ex utroq; mortali genitus, qui ut cœlestis appareret, crearetur sine opera genitoris, & tunc conciliator inter Deum & homines, ad immortalitatem duceret ipsos homines, & sicuti homo præcepta suis factis approbando, cæteros parendi ne
©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

di necessitate constringeret. Idcirco uoluit morti & afflictionibus cunctis esse expositus, ut ea tolerando uti bonus doctor, doceret illa quoque posse perferri à quocunque mortali homine, qui non ut humanus corpori seruiret, sed ut, quemadmodum Origenes ex apostoli sententia, super Genesim pulcherrimè admonet, exercens bona animi, cuiusmodi sunt, uoluptatum fuga, doloris atque mortis contemptus; cœlestis effectus, imaginem cœlestis Dei acciperet. Venit ergo ad nos similiter diuinus ac humanus doctor, id est, perfectus Deus, perfectus homo, qui uerbum Dei, qui cum patre semper, & pater cũ eo est unus Deus. Ille tanquam sol, hic tanquam radius ex sole porrectus: ille quasi fons, hic riuus: quia æquè una utrique mens, unus spiritus, una substantia est, sicut solis lumen in radio, & aqua fontis in riuo. Sed quomodo ad nos uenerit, & uerbum caro, ueluti euangelista Ioannes ait, factum sit, audiamus Lucam ita intonantem: Missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad uirginem desponsatam uiro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eam, dixit: Aue gratia plena, dominus tecum. Benedicta tu inter mulieres. Et parum infrà: Ecce concipies in utero, & paries filium, & uocabis nomen eius IESVM. Is erit magnus, & filius altissimi uocabitur, & dabit illi dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, &c. Dixit: Dauid patris eius, quoniam tam Ioseph, qui putabatur eius pater, quàm Maria uirgo ex regia stirpe Dauid orta erat, sicuti ex genealogia utriusque apertè liquet, quandò Ioachim, qui ex Anna uxore hanc puellam genuerat, suum pariter genus ad Dauid referebat. Dum igitur pax in terra post hominum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

memoriam summa erat, dum Augustus Cæsar uniuerso orbi imperabat, dum edicto ipsius Cæsaris, Iudæi, ut in alijs quoque gentibus fiebat, à Cyrino qui Syriæ præerat, uocantur, ut tributim dent nomina, dum denique Ioseph ex Galilæa profectus cum coniuge, ut in tribu Iuda cum suis profiteretur, in Bethleem oppido Iudææ morabatur, quæ terrarum ferè media est, contigit ut uirgo quæ diuini spiritus haustu conceperat, filium páreret, sine ullo uteri accepto incommodo, quòd partus diuinus esset, de quo iam multò antea uteres cecinerant prophetæ. Esaias: Ecce uirgo concipiet, & pariet filium. Et rursus: Egredietur uirga de radice Iessæ. Fuit Iessa Dauid regis pater, qui & Isai dictus est, uelut in extremo decimo capite libri primi Paralipomenon legitur. Extiterunt & alibi argumenta quædam mysterij huius. Romæ regione transtyberina, oleum, ut Eusebius scribit, per idem tempus terra erupit, perq; integrum diem, perpetuo manauit fluuio. Item Orosius tradit Augustum eodem die uetuisse edicto, se dominum appellari, manifesto præsagio maioris dominatus, qui tum in terris ortus esset. Fuit hic annus in quem ille sacratißimus incidit partus, alter & quadragesimus imperij Augusti principis, mundanæ uerò originis nonagesimus nonus supra centesimum ac quinquies millesimum. Octauo deinde die, puer ad templum delatus, patrio more circunciditur: non enim uenerat ut legem abrogaret, sed ut consummaret: uocaturq; IESVS, quod idem Hebraicè significat atque seruator. Haud ita multò pòst colitur à Magis, pretiosisq; muneribus donatur. Magos Persæ sapientes uocant, & Chaldæi, quos Græci Philosophos. Deinde matris secuta est purgatio, ut magis lex seruaretur, quàm quòd lustratione aliqua opus esset, unde omnis la-

bes

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bes abfuerat. Tulit uirgo secum puerum ad templum, quem Simeon uir iustus uiro perfusus gaudio cupidissimè complectitur, ac regem, & seruatorem suum prophetico spiritu profitetur. Vnde CHRISTVS ex mystico chrismate dictus, quòd certo argumento potestatis & regni unctus est. CHRISTVS etiam dicitur unctus, quem Hebræi Messiam uocant. Sic IESVS, id est, seruator, & CHRISTVS, hoc est, rex dictus est. Anna itidem prophetica mulier IESVM CHRISTVM uidit & agnouit. Herodes uerò audito nomine noui regis, eum perdendum statuit. Quo cognito, Ioseph diuinitus antè monitus in Aegyptum cum puero & matre aufugit, ubi septem fuit annos. Interim Herodes oraculi nescius, omnes pueros qui tum in Bethleem erant occidit, qui propter id scelus tabo & sacro igne correptus, cruciabiliter uitam finiuit. Tum Ioseph iterũ per quietem monitus in patriam redijt, & cùm audisset Archelaum regnare in Iudæa, loco Herodis patris, in Galilæam diuertit, & Nazareth ciuitatem incoluit, unde puer Nazaræus est appellatus. Secundum hæc, cùm iam puer XII. esset annos natus, Hierosolyma cum parentibus de more ad diem festum agendum proficiscitur, ibiq; in templo cœpit cum doctoribus, cùm percontando, tum respondendo, supra ætatem disputare: mox parentes domum secutus, usque ad XXX. uitæ annum contentus mansit gratia Dei & uirtute, quæ in eo maxima erat. Tum demum Christianæ rei fundamentum iacturus, & suum negotium, propter quod uenerat, gesturus, tinctus est à Ioanne propheta in Iordane flumine, ut ea aqua spiritali, peccata non sua, quæ utique non habebat, sed carnis quam gerebat, aboleret, & quemadmodum Iudæi suscepta circũcisione, sic etiam gẽtes per baptisma,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

id est, salutaris roris perfusionem seruarentur. Delegit apostolos XII. & discipulos LXX. quibus deinde mandaret concionandi munus: seu is delectus paulò pòst quam prædicationem inchoauerat, ab eo habitus est, quod parui refert. Cœpit docere homines, unum esse Deum, & illum solum coli oportere, quòd diligentibus se hæreditatem cœlestem donaret, quò sic eorum mentes à stultitia, qua tenebantur, ad sapientiam, ab iniquitate ad iustitiam reduceret: item debere omnium maximè mutuam charitatem habere, ac cætera præcepta Dei syncera mente seruare: seuerò non Deum, sed nuntium Dei profitebatur, qui non suum, sed patris honorem quæreret: inde maxima simul miracula edere cœpit, non præstigijs magicis, quæ nihil ueri ostentant, sed ui ac potestate cœlesti, quæ iam pridem prophetis nuntiantibus canebantur: sic uiam ostendebat olympo. Quo fiebat, ut populus ex tota Syria ad eum ob eius iustitiam, uel ob huiusmodi miracula confluueret, & præcepta eius audiret, ac à Deo missum, Deique filium crederet. Docuit præterea modum orandi atque sacrificandi, ut nihil omitteret, quod ad ueram religionem faceret, in qua demum cuncti mortales acquiescerent. Hæc sunt facta IESV Christi præceptoris nostri, quæ miraculis constant: hæc eius doctrina, quæ continetur decretis, quæ ipse Euangelium, hoc est, bonum nuntium, appellauit. Cæterùm quò magis hæc à pluribus recipiebantur, hoc acriores inuidiæ stimuli exagitabant Iudæorum primores & sacerdotes uociferantes, legem Dei ob hanc nouam superstitionem (sic enim Euangelium uocitabant) uiolatum desertumque iri, qui usque eò ira obcæcati sunt, ut omnium prophetarum oraculorum immemores, non prius machinari cessauerint, quàm ipsum CHRISTVM in crucem

sustu

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

fustulerint, quò sic per eius mortem, ueteris instrumenti mysterium aperiretur, intelligeretur q̃: ac nouum instrumentum, quod ab eo est conditum, ueteris fieret consummatio, quia ille in utroq; testator est. Sed frustra opponuntur diuinæ uoluntati humana consilia: nã CHRISTVS *post tertium diem, quàm passus fuerat, resurrexit, obtuliturq; gloriosum corpus suis discipulis conspiciendum. Qui fuit annus principatus Tiberij Cæsaris decimusoctauus. Illis per hæc confirmatis, quos iussit spiritum sanctum expectare, qui ad eorum mẽtes instruendas esset è cœlo mox paulò uenturus, post quadragesimum diem quàm resurrexerat, & uidentibus ad patrem ascendit, post annum trigesimumtertium, ac menses tres, quàm ad humani generis instaurationem in terram descenderat. Verùm prius quàm cœlum repeteret, potestatem dedit apostolis, qua rempublicam Christianam conderent, dicens, uti testis est Matthæus euangelista:* Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docentes eos seruare omnia quæcunq; mandaui uobis. *Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Et secundum Marcum, illud ipsum repetens:* Ite in mundum uniuersum, & prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uerò non crediderit, condemnabitur. *Ioannes uerò euangelista nihil diuersum commemorat, cùm inquit:* Venit IESVS, & stetit in medio, & dicit eis: Pax uobis. *Et cùm hæc dixisset, ostendit eis manus & latus suum. Gauisi sunt ergo discipuli, uiso domino. Dixit ergo eis iterum:* Pax uobis, sicut misit me pater, & ego mitto uos. *Et cùm dixisset, flauit in eos, & dixit eis:* Accipite spiritum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſanctum, quorumcunq; remiſeritis peccata, remittẽtur eis, & quorumcunq; retinueritis retenta ſunt, &c. Et hanc CHRISTVS *æquam omnibus apoſtolis autoritatem fecit, poſtquam ſpiritum dederat, ut qui ea deinceps uterentur, ſcirent oportere ſe retinere etiam ſpiritum.* Deinde CHRISTVS *in cœlum ſe contulit, qui poſt decimum diem quàm aſcenderat, ſpiritum ſanctum ad apoſtolorum mentes diuinitus illuſtrandas miſit, qui Hieroſolymis unà erant, & eum paracletum expectabant, quo repentè affla ti, cœperunt loqui alijs linguis, prout ſpiritus dabat ut loquerentur. Atq; ipſum Chriſtianæ religionis principium tale fuit, taleq; fundamentum, quod ſeruator noſter iecit, & denique tale frumenti granum, quod ille ſolo condidit. Sed agè iam dicamus, ut illud enatum ſit, quas ue paulatim protulerit opes.*

De Chriſtianæ reipublicæ origine, eiusq; miro à primo incremento, ac apoſtolorum Petri & Pauli martyrio. CAP. II.

APoſtoli *ſpiritu ſupernè accepto, ut ualido muniti præſidio, nihil formidantes, audacter incipiunt* CHRISTVM *Hieroſolymis prædicare, ubi ille paulò antè datus fuerat neci. Sed Petrus in primis Iudæos tanti parricidij intrepidè coarguit, hortaturq; ut eos pœniteat, ac ueram religionẽ quamprimum complectantur. Ea concio ita mouit, ut tria millia ſexus utriuſq; eodem die baptizata ſint. Cõfirmat Petrus ſtatim animos iſtorum miraculo, qui in aditu templi, ad Speciosam portam, claudum ex utero matris,* IESVM *Nazareni nomine in pedes erexit. Quo uiſo, totus populus ad Petrum & Ioannẽ qui aderat, cucurrit, & ille rurſus concionatur. Poſt hæc à principibus Iudæorum interrogatus, qua arte id miraculũ edidiſſet, apparuit*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rit illud nomine IESV CHRISTI gestum, quem illi iniquè crucifixissent. Ad hæc indignati principes, iubēt, ut ne id nomen amplius apud populum diuulgent: quibus Petrus & Ioannes respondent, se non posse quæ de IESV uidissent, non loqui: qui cùm perseuerarent in ea prædicatione, unà cum alijs apostolis in custodiam conijciūtur, sed statim noctu apertis diuinitus portis, in templum se conferunt, ibiq; docent. Tum iterum à principibus prohibiti ne concionarentur apud populum, respondit Petrus sic: Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. Quare principes indignati, cùm non auderēt in apostolos sæuire, ueriti si id tentarēt, ne in plebe tumultus fieret, Stephanū unum ex septem diaconis, lapidibus conficiunt, cuius cædes nihil minuit piorum alacritatem, cùm audissent illum dicentem: Ecce uideo cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei. Interea conueniebat multitudo uicinarum ciuitatum Hierosolyma, ad eos afferentes ægrotos, et uexatos à spiritibus immundis, qui sanabantur omnes. Per hæc crescebat cœtus Christianorum, quibus erat cor unum & anima una, atq; omnia communia. Apostoli autem communiter uiuebant, & quod illis piè offerebatur (offerebantur autem ad illorum pedes à credentibus pretia agrorum) id extra naturæ usum, pauperibus erogabant. Philippus inter hæc, unus ex septem diaconis, Samaritanos ad religionem trahit, Simonem magum baptizat. Cucurrit illuc Petrus cum Ioanne, qui eam gentem corroboraret. Paulus non multò pòst nominis Christiani acerrimus hostis, in piorum cœtum ope diuina ducitur. Sed ut illud Dauid carmen euento probaretur: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terrarum uerba illorum: haud multò pòst eiusdem Philippi opera, euangelicus sermo

usq;

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

usque etiam ad Aethiopes penetrauit. Philippus porrò postquam Samaritanos uera religione imbuerat, cùm Dei monitu Gazam pergeret, quēadmodum in Apostolorum actis extat, Eunuchum Candaces reginæ Aethiopum præfectum baptizauit, & Eunuchus deinde reginam ipsam, cum tota familia, bonaq; populi parte, sic, ut Christiana religio in gente semper uiguerit. Sanè memoria nostra cùm Clemens VII. Rom. pontifex, & Carolus V. Imperator Bononiam negotij causa conuenissent, accidit ut Franciscus Aluarez legatus Dauid uulgò Prætogiam dicti, regis Abissinorum Aethiopum, qui mediterraneam Africæ partem tenent, eò Ioannis Lusitaniæ regis oratore duce, accesserit, atque in senatu sui regis nomine, promissum fidei obedientiæq; Cleméti fecerit, anno salutis, MCCCCC XXXIII. mense Februario. Ad rem reuertor. Petrus oraculo admonitus Ioppe, ubi Tabitham uita priuatam à morte suscitauit, Cæsaream proficiscitur, ibiq; Cornelium Centurionem cum tota eius familia, primum ex gentibus externis, sacri roris unda eluit. At Paulo id in primis negotium inter gentes deinde datum est. Dum hæc alibi fiũt, Antiochiæ interim prædicatione discipulorum, qui post cædem Stephani Hierosolymis factam aufugerant, multus numerus credentium adiunxit se ad CHRISTVM, ita ut illi primùm eò loci cognominarentur Christiani. Felix Antiochena ciuitas, quæ prima omnium ausa est Christianum proferre nomen, atque nascentis euangelij celebrare gloriam. Nostræ hæc demum religionis origo est, quæ uitiorum omnium expultrix, Deo nos conciliat, & uinculo connectit arctissimo, cuius autor non Saturnus, aut Iupiter, sed uerus Deus, rerum omnium origo. Accepit sensim suum deinde incrementum respublica Christiana:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

na: nam apostoli partiti inter se prouincias, Thomas Parthos sortitus, Matthæus Aethiopiam, citeriorem Indiam Bartholomæus, Andreas Scythiam, Ioannes Asiam, Petro Galatia, Pontus, Bithynia, & Cappadocia obtigit. Erat Petrus Galilæus ex Bethsaide urbe, Ioannis filius, & Andreæ apostoli frater, qui septem inde annos Antiochiæ episcopus Tiberio principe fuit. Quo tempore Iacobus iunior Hierosolymitanæ diœcesi præerat, & is CHRISTI frater dictus, quòd ortus esset ex sorore uirginis, & apostolus, non quòd de numero duodecim fuerit, sed quia teste Hierony. in commentarijs in epist. Pauli ad Galatas, uiderat CHRISTVM, & postea prædicarat: quandò omnes, qui eo pacto de CHRISTO prædicauissent, apostoli nuncupati sunt: item sanctus, qui, ut Egesip. ait, nullũ nouit aut uini, aut carnis usum, intonsus, unguenti & balnei expers, & cui ob aßiduum orandi usum, genua in camelorum speciem occaluissent, quem demum Iudæi è pinnaculo tẽpli præcipitatũ, quòd CHRISTVM prædicasset, fullonum fuste mactarunt. Petrus uerò pluribus in Asia ciuitatibus nouo religionis ritu institutis, et in ijs Antiochena, ad maiora inde rerum initia, Romam anno Claudij Cæsaris II. proficiscitur, docensq; euangelium sacri pontificatus fundamentum iacit, cuius plures inde annos custos fuit. Atq; ita respub. Christiana paßim augebatur, cùm Maria uirgo mater CHRISTI cœlũ assumpta est, qui fuit annus VII. & XL. humanæ salutis. Ducitur haud multò pòst Romam Paulus, qui à Iudæis ad supplicium petitus, Cæsarem ut Romanus ciuis appellauerat. Is etiam ad rem Christianam propagandam mirè intentus, utcunq; in custodia potuit, salubriter docere nõ prius desistit, quàm iussu Neronis, eodem die capite obtruncatus, quo

&

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

& Petrus pedibus in ſublime elatis, cruci affixus eſt. Sic ambo iactis iam ualidis religionis fundamentis, ſunt martyrij coronã adepti: quod uerum eſſe teſtatur Tertul. lib. 4. aduerſus Marcionẽ, ſcribens: Videamus quod lac à Paulo Corinthij hauſerint, ad quam regulam Galatæ ſint recorrecti, quid legãt Philippenſes, Theſſalonicenſes, Epheſij, qui etiã Romani de proximo ſonent, quibus euangeliũ & Petrus & Paulus ſanguine quoq; ſuo ſignatũ reliquerunt. Et lib. de præſcript. hæreticorum, ait Clementem à Petro initiatum, quo nemo homo poßit ambigere, eos apoſtolos apud Romanos autores religionis fuiſſe.

Quando primùm circuncisio inſtituta, & quàm graue uiſum ſit eius rei præſcriptum. CAP. III.

NOs, ſicut Origenes ſuper Geneſin ſcienter diſſerit, ut incorporeum eſſe Deum, & omnipotentem, & inuiſibilem profitemur, ita eum curare mortalia, et nihil abſq; eius prouidentia geri, neq; in cœlo, neq; in terris, confitemur. Secundum hoc itaque, quòd prouiſorem omnium dicimus Deum, conſequens eſt, ut quid uelit, uel quid hominibus expediat, indicet. Sed quomodo id fiat, Plato in magna epiſtola perſpicuè docet, ſcribens: Deus fabulis nullo modo eſt, ſed ex multa inhæſione hærentiaq;, ut ita dixerim, circa rem ipſam, & uitæ integritatem, repentè quaſi ab igne accenſum lumen animo innaſcitur, quod ſeipſum alit. Ita innuit Deum intellectu percipi, quod Propheta multò antè protulit, dicens: Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine, dediſti lætitiam in corde meo. Et rurſus: Et in lumine tuo uidebimus lumen. Sic igitur Deus dicitur eſſe locutus, cùm nobis nota fiunt oraculo ea, quæ eius ſunt uoluntatis indicia. Ad hunc modum Abrahæ inquit: Ego ſum, ecce teſtamentum meum tecum, & eris pater multitudi

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tudinis gentium. Et hæc pòst addidit: Circuncidetur omne masculinum uestrum, & circuncidetur caro præputij uestri, ut sit in signum fœderis inter me & uos, infans octo dierum circuncidetur in uobis. Abraham credidit Deo, uti solebat, quia illi attributum est ad iustitiam, & statim ipsa die nonaginta nouem natus annos, se & Ismaëlem filium ex Agar ancilla susceptum, tertiumdecimum agentem annum, & omnes uernas suos circuncidit, quò deinceps secundum præceptum Domini, præputium carnis sobolis ex se futuræ circuncideretur. Cuius rei diuus Cyprianus rationem reddens, ita scribit: Cùm iam fidei tempora appropinquarent, imperata est circuncisio, & pars illa corporis in qua est uoluptatum seminarium, & libidinis officina, iussa etiam in paruulis amputari, ut proprij primitias sanguinis ei, qui totum sanguinem suum oblaturus erat, offerrent. Fiebat autem circuncisio ad hunc modum. Præputium, hoc est, pellis quæ glandem, id est, partem uirilis membri summam tegit, præputabatur machæra petrina: est enim μάχαιρα uox Græca, & Latinè gladius dicitur. Atque Deus ita fieri iussit, Iosue dicens: Fac tibi cultros lapideos, & circuncide secundò filios Israël. Atque hoc fuit circuncisionis initium, quandoquidem non modò ante Abraham, sed nec prior Mose, de uitæ institutis inter gentes sanxit quisquam. testis est Iosephus aduersus Appionem. Et propterea diuus Ioannes Chrysostomus, homil. 52. in Matth. ait circuncisionem omnium aliorum mandatorum longè antiquissimam esse. Hinc igitur consentaneum est ad alias nationes morem circuncidendi postea manasse: Phœnices enim & Arabes, sicut diuus tradit Cyprianus, item Saraceni, ut Iudæi ueteri ritu circuncidebantur. Plinius Iudæorum, Aethiopum,

&

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

& Aegyptiorum id fuisse institutum, autor est Herod. simul & Colchorum ait, sed ex Aegypto translatitium. Et quia per id Dei præscriptio seruabatur, ideo circuncisio perinde, uti testis est diuus Gregorius, ualebat apud Hebræos, uel ad tollendum originale peccatum, atque apud nos unda baptismi: hoc differebat, quòd per mysterium circuncisionis non conferebatur gratia bene agendi, sicut fit in baptismate. Proderat igitur circuncisio, prout ait apostolus, cùm legem seruarent, cùm erga carnis motus non importuni existerent, nec statutos legibus terminos superarent, nec aliarum fœminarum nisi coniugum legitimarum notitiam haberent, & ea quoque ipsa posteritatis tantummodo causa, certis & legitimis temporibus facerent. Isti circuncisi præputio carnis suæ dicendi erant. Hæc prima, & carnis circuncisio. Altera erat spiritus, & perfectior habebatur, quæ non solùm à uetitis toris, uerumetiam à concessis & licitis temperabat, de qua Moses inuaticinatus est: Ipse in nouissimis diebus circuncidet Deus cor tuum, ad Dominum Deum tuum amandum. Et prima circuncisio, teste Lactan. huius secundæ figura fuit, significans nudandum esse pectus, id est, aperto & simplici corde oportere nos uiuere, quoniam pars illa corporis quæ circunciditur, habet quandam similitudinem cordis, & est pudenda. Vtranq; apostolus innuit, dicens; Non is qui in manifesto Iudæus sit, Iudæus est, nec ea quæ in manifesto sit carnis circuncisio, circuncisio est, sed qui in occulto Iudæus fuerit, is Iudæus est: & circuncisio cordis, circuncisio est, quæ spiritu constat, non litera, cuius laus non ex hominibus est, sed ex Deo. Quod & Origenes explicat: Qui uerò puram fidem in conscientiæ synceritate custodit, iste circuncisus est corde. Et diuus Hieronymus super illud

Hier

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Hieremiæ: Omnis autem domus Israël incircuncisi sunt corde, ait: Omnis domus Israël incircuncisa est corde, non carne, quæ incircuncisio ducit ad mortem: illa enim carnis, hæc spiritus est. Hanc, ut dicit Cyprianus, CHRISTVS *à carne mortali ad animam transtulit, quæ sola mansura est. Cæterùm uisum est præceptũ minimè æquum cùm ita præscriptum esset: Masculus cuius præputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Siquidem id accidere non poterat culpa pueri, sed parentis: quare admodum graue uidebatur, ut negligentia patris deberet fraudi esse filio. Quapropter putant illam pœnã indictam esse patri, cùm subijceretur, Delebitur anima illa. At contrà plures ad filium referendum ducunt, quò uiolatio præscripti maiori sit timori, quando innocens ob alterius culpam plectitur. Verùm diuus Ambrosius neutram opinionem satis probat, qui masculi nomine mẽtem significari autumat, quòd ut sexu potior ille est, ita eius mentis uigor sit ualidior. Ergo ait, hæc ratio est, quòd omnis mens quæ non fuerit circuncisa à superfluis corporalibus, & purgata solenni munere, ut exuat se paßionibus & uitijs, interibit. Non caro, inquit, interibit, non homo, sed anima illa peribit, quia potuit salua fieri, si habuisset purgationem.*

De primo baptismatis usu, & baptizandorum infantium instituto, & de baptismo non iterando, ac modo baptizandi adultos, & quibus diebus. CAP. IIII.

CHRISTVS, *qui æquè mortalium omnium negotium gerebat, uolens uitæ ac saluti nostræ pro æterna sua pietate consulere, docuit, quemadmodum si cor nudaremus, si peccata confeßi satis Deo faceremus, ueniam consequeremur: & ne aberraremus, nobis statim natis gra*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tiam ſuam per baptiſma impertiuit, ut ea aduerſus dæmonum inſidias muniti, recto itinere ad cœleſtem patriã tenderemus. Qua propter prophetam ante ſe miſit, qui nos inſtrueret, ad eam gratiam promerendam. Is fuit Ioannes Zachariæ filius, quo maior ſurrexit nemo, ut ueritas teſtata eſt, ad quem anno decimoquinto, imperij Tiberij Cæſaris, ſicut Lucas perhibet, factum eſt uerbum Domini, & uenit in omnem regionem finitimam Iordani, prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum Eſaiæ prophetæ dicentis: Vox clamantis in deſerto, parate uiam Domini, rectas facite ſemitas eius. Tunc, ut Matthæus teſtatur, egreſſa eſt ad illum ciuitas Hieroſolymitana, & tota Iudæa, totaq; regio undiq; finitima Iordani, & baptizabantur in Iordane ab illo, confitentes peccata ſua. Hoc fuit initium baptiſmi, uel potius gradum faciendi omnibus, qui ſeſe factorum pœnitẽtes, mox digni eſſent qui ad baptiſma CHRISTI percipiendum accederent. Quod Cyprian. comprobat, ita diſſerens: Præparabat uiam Domino Ioannes, lauando exterius corpora, ut præcederet exterius lauacrum ſecuturum baptiſma, in quo conferretur animarum ablutio, & peccatorum remiſsio. Præceſsit quod erat ex parte, ut conſummatio ſequeretur. Et Chryſoſtomus paria teſtatur, ſcribens: Aptè ergo cùm dixiſſet, quòd uenit prædicans baptiſmum pœnitentiæ, adiecit, in remiſsionem peccatorum. Idcirco ſuadebat ut illos pœniteret, quò ſubſequentẽ ueniam facilius impetrarent, credentes in CHRISTVM. Vnde baptiſma illud nullam aliam habuit cauſam, niſi ut inſtrueret ad fidem. Hæc ille. Sed ipſe Ioannes illud ipſum planum facit, cùm inquit: Ego quidem baptizo uos in aqua ad pœnitentiam, qui autem poſt me uentu-
rus
©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rus est (de CHRISTO *loquitur) fortior me est, cuius non sum dignus ut calceamenta portem, ipse uos baptizabit in spiritu sancto & igne, & reliqua. Ego uerò dixerim, Mosen primitus baptizandi rationem ostendisse, quippe qui baptizauit, sed in aqua solùm, id est, in nube & mari: quod, teste Gregorio Nazianzeno, & baptismi* Ioannis *&* CHRISTI *exemplar fuisse constat, quandò ista omnia à* Deo *proficiscebantur. Quòd autem baptizati à* Ioanne, *rursus admouerentur ad lauationem, hoc est, baptizarentur, illud perspicuè constat testimonio* Lucæ *in* Apost. *actis, in hunc modum scribentis:* Factum *est autem cùm* Apollo *esset* Corinthi, *ut* Paulus *peragratis superioribus partibus, ueniret* Ephesum, *& inueniret quosdam discipulos, dixitq; ad eos:* Num *spiritum sanctum accepistis, cùm crederetis?* At *illi dixerunt ad eum: imò neque sit ne spiritus sanctus, audiuimus.* Et *ait illis:* Quo *ergo baptizati estis?* Qui *dixerunt:* Ioannis *baptismate.* Dixit *autem* Paulus: Ioannes *quidem baptizauit baptismo pœnitentiæ, populo dicens, in eum qui ueniturus esset post se, ut crederent, hoc est, in* IESVM CHRISTVM. *His auditis baptizati sunt in nomine domini* IESV. *Et cùm imposuisset illis manus* Paulus, *uenit spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant, &c. Hac igitur de causa* CHRISTVS *uenit ad* Ioannem, *uoluitq; ab eo baptizari, ut suo baptismate illius baptismum approbaret, corroboraret, ac demonstraret neminem esse quamuis iustum & sanctũ, quin ea foret salutari aqua abluendus, cùm ipse nullius purgationis egens sic lustrari uoluisset. Cuius nempe rei* Ioãnes *optimè gnarus, etsi in materno sanctus habitus fuerat utero, prohibebat illum à se, aiens:* Ego *à te debeo baptiza-*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ri, & tu uenis ad me? CHRISTVS *autem respondens, dixit ei: Sine modò. quasi diceret, postea te spiritu baptizabo, quod secundum* Chrysostomum *& fecit.* Quin *& alios baptizasse satis constat, teste euangelista* Ioanne, *capite tertio, ubi ait:* Post *hæc uenit* IESVS *& discipuli eius in terram* Iudæam, *& illic morabatur cum eis, & baptizabat.* Atq; *hoc demum baptismatis initium fuit, hæcq; est unda salutis, qua perfusi innocentes efficimur, sine cuius roris lustratione, nulli fas in regnum intrare cœlorum.* Primus *autē ex gentibus externis,* Cornelius centurio *cum sua familia,* Cæsareæ *à* Petro, *ueluti proximo capite est dictum, baptizatus fuit, qui propterea quòd primus ex gentibus credidit, primusq; gratiā baptismi suscipere meruit, iure primitiæ gentium dici potest, uel* Origenis *testimonio, qui super* Numeros *de eo sic loquitur:* Ex *quibus esse arbitror etiam* Cornelium *illum, qui* Cæsariensis *ecclesiæ, cum ijs, cum quibus spiritum sanctum meruit accipere, primitiæ meritò dicitur: & non solùm huius ecclesiæ, sed fortassis & omnium gentium primitiæ* Cornelius *appellandus est, primus enim credidit ex gentibus, & primus sancto spiritu repletus est, & ideo rectè primitiæ gentium appellabitur.* Hactenus Orig. Quòd *autem infantes baptizantur, id institutum uetus est, & ab apostolis introductum, uti affirmat idem* Origenes *omnium theologorum multò scientissimus: is enim in commentarijs suis in epistolam* Pauli *ad* Rom. *capite sexto, de ea re ita disserit:* Corpus *peccati est corpus nostrum, quia nec* Adam *dicitur cognouisse* Euam *uxorem suam, & genuisse* Cain, *nisi post peccatum.* Deniq; *pro illo, qui natus fuerit, ex lege offertur hostia, par turturū, aut duo pulli columbini, unus pro peccato, alter in holocaustomata.* Nunquid *nuper æditus*

puer

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

puer peccare potuit? & tunc habet peccatum, pro quo hostia iubetur offerri, à quo mundus negatur esse aliquis, etsi unius diei fuerit uita eius. Vnde Dauid: In peccato concepit me mater mea. Secundum historiam enim nullum matris eius declaratur peccatum. Pro hoc & ecclesia ab apostolis traditionē susceperat, ut etiam paruulis baptismum daret: sciebant enim illi quibus mysteriorum secreta commissa fuerant diuinorum, esse in omnibus sordes peccati, quæ ab initio per aquam & spiritum ablui deberent. Vt uerò infantes apud Iudæos octauo ab ortu die circuncidebantur, sic apud nos ut plurimum baptizantur, quod tamē Angli in ipso natali die faciunt, id quod diuus Cyprianus lib. epist. 3. scribens ad Fidum, multis rationibus esse faciendum probat, & in primis, quòd homo id ætatis longè innocentissimus sit. Porrò non ab re 7. diem præterisse expectabant Iudæi, quòd is, Plutar. in problem. & Festo testificantibus maximè periculosus sit infantibus si uexentur, nec ante eum terminum umbilicus resoluatur, ante quem homo propior est plantæ quàm animali. Hunc quoq; diem Romani Hebræos imitati obseruabant, uocabant q; lustricum, quo infantes lustrabantur, hoc est, expiabantur, & ijs nomina imponebant, maribus quidem nono die, unde Nundina dea apud eos colebatur: fœminis octauo, quia in maris conceptione plus esset temporis. Baptismo insuper uel confirmationi, de cuius initio pòst dicetur, ne hæc sacra forent iteranda, quod per patrum decreta fieri non licebat, Iginius Romanus pontifex statuit, ut unus quem compatrem uocant, uti testis interesset. Hodie ut plurimum si mas baptizetur, duo uiri cum una muliere, quæ uulgò commater dicitur, adhibentur, ueluti rei gestæ testes: contrà, si fœmina, duæ mulieres, cum uno uiro: ij uel susce-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ptores nuncupantur, quòd infantem de fonte sacro suscipiant. At in confirmatione unus duntaxat uir seu mulier testis admittitur, qui puerum uel puellam brachijs sustentet. Quòd autem baptisma cum confirmatione (alterum enim ab altero pendet) haud iterandum esse patres sanxerunt, id ab apostolo profectum esse existimant, qui illud colligũt tam ex eius epistola ad Hebræos, ubi inquit: Nam fieri non potest, ut qui semel fuerint illuminati, gustauerintq; donum cœleste, & participes facti fuerint spiritus sancti, si prolabantur, denuò renouentur, per pœnitentiã: quàm ex alia epistola ad Romanos: Nam CHRISTVS quòd mortuus fuit, peccato mortuus fuit semel, &c. Ac ita disputant: Quẽadmodum CHRISTVS semel mortuus, & semel resurgens iam non amplius moritur, ita semel per pœnitentiam, gratia baptismatis nobis collata, iterari non potest, quia per baptismum peccatis pristinis morimur. Vnde propheta: Renouabitur ut aquilæ, iuuentus tua. Præterea cùm seruator, teste Marco, dixisset, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, iam tum unumquenq; oportebat & credere & baptizari, si cupisset se saluum fore. Sed ut illud per se quisq; poterat præstare, ita hoc sine aliena ope fieri non poterat. Quapropter Victor pontificum Rom. ordine XV. decreuit, ut à quocunque uirilis uel fœminei sexus Christiano, & in quauis natiua aqua, baptismum petentes baptizarentur, si necessitas instaret: instabat autem necessitas, causa præsertim infantium, quibus cùm per ætatem non liceret de sua fide testari, à principio, sicut tradit Cyprianus, prouisum fuit, ut per alios credere profiterentur, quò, quemadmodum aliena culpa, id est, Adam primi parentis delictum eis quoq; malo fuit, quòd statim nati originali peccato obligarentur, sic alie-

na

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

na opera bono esset, qui idcirco, uelut ait Ambrosius libro de uocatione gentium secundo, ex aliena confessione credunt, & baptizantur. Atque hoc pacto cunctorum saluti consultum est. Atqui ex euangelio discimus, homines alios aliorum pietate apud Deum iuuari, quod Matth. capite 9. præclarè demonstrat ita scribens: Et ecce uiri adduxerunt illi paralyticum in lecto decumbentem: cumq; uidisset IESVS *fidem illorum, dixit paralytico,* Bono *animo esto fili, remittuntur tibi peccata tua. Atq; paralyticus per fidem baiulorum saluus factus est. Ita perseuerabat in hunc modum celebre baptismatis institutum, cuius triplex est genus: fluminis, quo Ioannes primitus baptizauit: item flaminis, hoc est spiritus sancti, quod* CHRISTVS *instituit: & sanguinis, quo infantes ab* Herode *occisi, sunt initiati.* Cyprianus: *Hi nuper cruore lacteo loti, primitias baptismi martyrio consecrarunt, tradentes posteris formam, ubi necessitatis articulus excluserit moram, non minus ad lauacrum animæ sanguinem efficacem, quàm sanctificatas uerbis aquas, maximè cùm nec sanguis hoc elemento careat, sed aquarum motu per totum corporis alueum fluat. Spiritus uerò sanctus & aquis & sanguini superfertur, qui subiectos sibi fouet & abluit, quo baptizante, idem occisio quod mersio operatur. Hæc Cyprianus. Illud hic admonuerim, in usu ueterum fuisse, ut adulti ferè baptizarentur, induti uestibus albis.* Lactantius:

Candidus egreditur nitidis exercitus undis,
Atq; uetus uitium purgat in amne nouo.

Et id fiebat in pascha, & pentecoste, nisi necessitas urgeret. Interim autẽ dum dies statutos expectabant, de mysterijs religionis erudiebantur, ac ob id catechumeni dicebantur, quòd κατηχεῖν Græcè, sit uoce erudire: qui ita my-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

sterijs initiati, & postea aqua tincti, lac & mel degustabant, teste Tertull. *in lib. de militis corona, ubi ait:* Aquam adituri. & *subijcit:* Dehinc ter mergitamur, inde susceptii lactis & mellis concordiam prægustamus.

De sacerdotii eiusq; graduum apud Hebræos initiis, ac magno pontificis minorisq; sacerdotis consecrationis mysterio, & quibus uterq; amiciretur indumentis sacris, & quantũ temporis daretur leuitis ad ministrandũ. CAP. V.

REmpublicam Christianam duplex genus hominum habet, unum quod prophanorum nomine censetur, & ijs soboli procreandæ ac imperio administrando fas est operam dare: alterum sacerdotum, quod sacrificijs faciundis, precibus, & religioni denique rite procurandæ uacat. Apud Hebræos idem fuit institutum: siquidem principio duces cum populo, deinde reges reipublicæ curam habebant: sacerdotes uerò sacra curabant, penes quos, teste Iosepho libro 3. antiq. sacerdotium cœpit ab Aaron, qui primus unctus atque consecratus fuit per Mosen fratrem, dicente illi Domino: Sume Aaron & filios eius, & stolas & oleum unctionis, et uitulum qui est pro peccato, &c. Quare Moses conuocato populo dixit: Hoc est uerbum quod mandauit dominus facere, & applicuit Moses (sicut etiam est in Exodo, cap. 29.) Aaron fratrem suum, & filios eius, & lauit eos aqua, & uestiuit eum tunica altera summa, altera interiore, & præcinxit zona, & imposuit ei humerale, & cinxit eum secundum formam humeralis, & imposuit super eum logium, et imposuit super manifestationem & ueritatem, & imposuit mitram super caput eius, & posuit super mitram, ante faciem eius, laminam auream sanctificatam, sanctam, sicut præceperat dominus. Hæc fuit sacerdotis primi consecratio, & ea quidem non sine myst

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mysterio. Moses enim, id est, lex, ut Origeni *placet, quam pontifex ignorare non debet, lauit & unxit Aaron summũ pontificem, cum filijs, hoc est, puros reddidit coram populo, quia oportet illum & testimonium habere bonum ab ijs qui foris sunt, sicut Apostolus dicit: postea uestiuit eum duplici tunica, altera ministerij humani, altera intelligentiæ spiritualis: & præcinxit eum zona, antequam talarem tunicam imponeret, hanc stolam nuncupant. Induit eum humerali, quod est humerorum quidam ex circunductione uestis ornatus: humeri autem operum figuram tenent, ac laboris indicia. Et cinxit eum rursus secundum formam humeralis, ut constrictus esset in uerbo, constrictus in facto. Post hæc imposuit logium, quod rationale dicitur, & est sapientiæ indicium, quia sapientia in ratione consistit, super manifestationem & ueritatem. Dabantur & femoralia tanquam indicium castitatis: sed quia licebat sacerdotibus filios generare, ideo* Origenes *uult per femoralia innui, non esse prædicandum uerbum Dei hypocritis, ne illud semen pereat, quasi tunc sit utendum femoralibus, ne in sterilem terram semina iaciantur. Hæc erant pontificis ornamenta, quorum ordo haud mysterio etiam caret: nam humeralis facta præcedunt, logij sapientia sequitur, quia post facta quærenda sapientia: deinde post rationale, manifestatio, quoniam non antè alios docere, quàm nos instruere debemus. Item additur ueritas, quia ueritas est summa sapientia. Postremò Moses ornauit caput Aaron corona, in quo esse debet iustitiæ Dei sedes: propterea accepit cidarim, quod est operculum uel ornamentum quoddam capitis, eri superimposuit mitram, hoc est, indicium scientiæ utriusque instrumenti. Ante faciem, id est, à fronte pontificis, laminam auream sanctam locauit, in qua sculptum*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

erat uocabulum Dei. Hinc nostri pontifices indumenta bina ex parte, sicut mox dicemus, mutuati sunt. Ita Aaron pontifex summus, est à Deo creatus: filij uerò eius, Nadab, Abiud, Eleazar, & Ithamar, longè minoribus cærimonijs initiati sunt, quippe quibus neque bina indumenta tradita, neque humerale, neque rationale, neque capitis ornatus, nisi tantum cidaris, qui propterea loco minorum sacerdotum sunt habiti, quales hodie apud nos sunt qui presbyteri uocantur. Cæterùm libet distinctè ex Iosepho & Hieronymo ad Fabiolam, de his exponere indumentis. Octo enim genera fuere, quorum quatuor communia pontificibus pariter atque sacerdotibus erant: feminalia, quæ linea erant, & usque ad genua & poplites uelabant uerenda, nos ea uocamus brachas: poderis ex lino etiam tunica talaris, quam interulam dicunt: cingulum textum subtegmine trium colorum, coccì, purpuræ, & hyacinthini byssino stamine: & tiara ex byßino confecta rotunda, ut pileus, quasi sphæra media sit diuisa, ut pars ponatur in capite affabre laborata: fuit olim Persarum mulierum capitis ornamentum. Pontificum uerò reliqua quatuor propria indumenta erant: tunica talaris tota hyacinthina, & manicata, in cuius extrema parte circa pedes, septuaginta duo pendebant tintinabula, cum totidem mâlis punicis, quò pontifex in sancta sanctorum uocalis incederet, moriturus statim, si hoc non fecisset. Superhumerale, quod Hebraicè Ephot dicitur, ex byssо, cocco, purpura, hyacinthino, in cuius utroque humero erant duo lapides onyches, seu smaragdi, Iosephus Sardones uocat. In singulis autem inscripta erant sena nomina Patriarcharum, hoc est, in dextro humero filij maiores natu Iacob, in sinistro minores, ut pontifex ingrediens sancta sanctorum, nomina po-

puli

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

pali pro quo erat Dominum oraturus, portaret secum. Item rationale, quod erat pannus breuis, auro & quatuor, haud alio modo ac superhumerale, contextus coloribus, cum duodecim lapidibus, quaterno distinctis ordine: in primo enim ordine inserti erant, sarda, topazius, smaragdus, in altero carbunculus, sapphirus, iaspis: in tertio lyncurion, achates, amethystus: in quarto chrysolithus, onyx, beryllus. Vltimum uestimentum, lamina aurea, cum uitta, qua pontifices tantum utebantur. Isti duodecim lapides uidentur significasse, ut ait Hieronymus, Apostolos duodecim, sicut illi duo superhumeralis portendisse Christum & eius populum, & quatuor colores retulisse quatuor elementa. Atqui byßinum, quod est genus lini subtilißimi, terræ comparari potest, quia ex terra gignitur, sicut purpura mari, quod ex eius cochleolis tingitur: item hyacinthus aëri, propter coloris similitudinẽ: coccus igni & ætheri. Sed ad reliqua persequenda iam recurrat oratio. Fuit tamen ante Aaron, Noë, qui dicitur altare erexisse, & super illud holocaustum domino obtulisse: item Melchisedech, qui primus sacrificauit: & Abraham, Isaac, & Iacob, qui secundum eum itidem fecerunt: sed illos quadam naturali pietate, non sacerdotali autoritate rem diuinam fecisse constat. Alij deinde ministri ab alijs constituti sunt, qui in tabernaculo, hoc est, templo, in ministrando hærerent. Leuitæ ex tribu Leui filij Iacob, statim post datum sacerdotium Aaron, & eius filijs, iubente Domino, à Mose eliguntur, qui semper adessent Aaron sacrificium facienti, excubarent dies ac noctes in tabernaculo, gestarent arcam, & tabernaculum, item uasa, ac in circuitu tabernaculi locum castris statuerent. Hos Græca uoce Diaconos appellamus: siquidem Moses præcipiente Domino,

uti

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uti Iosephus eodem libro testatur, tribum Leui à prophanis officijs segregans Deo consecrauit, eiq; negotium custodiendi tabernaculi dedit. Diaconis adiumento dati sunt ministri, qui illorum dictis audientes essent, & oblationes caperent. Ij apud Hebræos Nathinnei appellantur, hoc est, dati aut donati, uel in humilitate Domino seruientes: nunc Subdiaconi, quòd Diaconis subsint, nuncupantur. At Leuitis istis administrandi tempus terminatum erat per legem, quæ, ueluti in extremo octauo capite Numerorum est, talis fuit: A XXV. annis, & supra, Leuitæ ingredientur, ut ministrent in tabernaculo fœderis, cumq; quinquagesimum annum compleuerint, seruire cessabunt, ut postea custodiant, quæ sibi commendata fuerint, tum enim uasa ac alia tabernaculi instrumenta seruanda curabant. Item nonnullos alios delegit, qui lucernas semper in tabernaculo ardentes curarent. Hos nostri ceroferarios interpretantur, uel Græcè Acolythos, seu potius Acoluthos, qui res corporis ministrant. Postea constituti sunt Ostiarij, qui æditui siue ianitores uocantur, ut ex præscripto legis præessent templo custodiendo, ne impurus quisquam ingrederetur. Item Lectores, quorum ordo à prophetis initium sumpsit, qui concionarentur, & legerent, quibus dictum erat: Clama, ne cesses. Præcentorum, qui Psalmos caneret, autor Dauid, siue Asaph fuisse dicitur, qui post Mosen primi Psalmos composuerunt. Erat eorum ordo per successionem generis, sicuti sacerdotium, qui aßidue in templo canebant, ad uocem unius respondente choro. Exorcizatores, id est, Adiuratores (sic enim nostri interpretantur, aut increpantes) Solomon instituit, qui inuocarent super Catechumenos, uel super eos qui spiritibus malis uexabantur, nomen Domini, ita dæmones subigentes, ut ab eis egre

deren

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

derentur, sicuti ex Iosepho alibi demonstrauimus, ipsum Salomonem effugandorum dæmonum inuenisse modum. Hæc suo ordine, quo apud Hebræos instituta sunt, exposuimus, ut initium cuiusque rei, quod nostri in primis propositi est, perappositè proderetur. Quæ omnia cùm umbra duntaxat futurorum fuerint, iam quæ inde consecuta sint, explicemus.

A quo noster primùm institutus fuerit sacerdotalis ordo, & duplex esse sacerdotium, & quid sit sacerdotis manuum impositio, ac quis episcopus pontifex ue, atq; quale eius munus, & quondam presbyterum uel diaconum dictum episcopum. CAP. VI.

IESVS Christus præceptor noster postremo, autore Eusebio in Ecclesiastica histor. & rex & pontifex fuit, & utrunq; ex testimonio prophetarum probat: cùm enim de IESV meminit, qui Mosi successerat, inquit: Sed & idem Moses longè per Dei spiritum præuidens qui sibi præpararetur successor, & prænoscens eum qui post se regnum susciperet, maioris sacramenti ministrum esse futurum, Iesum cognominauit eum, qui prius Ause parentum fuerat appellatione uocitatus, sciens in huius uocabuli sacramento, maioris cuiusdam gloriæ regem, quàm mortalis natura recipit, esse ponendum. Ita igitur per gemina hæc appellationis indicia, in altero pontificatus, in altero regalis formæ exprimuntur insignia, & IESVS Christus tanquam qui rex & pontifex esset, pariter nominatur. Et paulò post infert: Dauid quoque de CHRISTO testatur, dicens: Sedes tua Deus in seculum seculi, uirga æquitatis, uirga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. In quibus uerbis primùm quidem eum Deum designat, deinde per æquitatis uirgam, sceptrum in eo regale commemorat.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rat. Hactenus *Eusebius. Hic illud appositè admonendum duxi, non rectè in Eusebiano codice scribi, teste diuo* Hierony. *qui statim in principio libri primi commentariorum in Osee prophetam, inquit: Osee enim lingua nostra seruatorem sonat, quod nomen habuit etiam* Iosue *filius* Nun, *antequam ei à* Deo *uocabulum mutaretur: non enim (ut malè in Græcis codicibus legitur & Latinis) Ause dictus est, quo nihil omnino intelligitur, sed Osee, id est, seruator, & additum eius nomini* Dominus, *ut seruator domini diceretur. Hæc* Hieronymus. *Sed domum redeamus. Is igitur pontifex noster primus fuit, qui nobis sacerdotium instituit, idq; duplex esse uoluit, alterum spirituale, alterum ministerij plenum. Sed de hoc postea. Spirituale dedit, cùm se pro nobis obtulit, dicente Apostolo Petro:* CHRISTVS *semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret* Deo, *mortificatus quidem carne, uiuificatus autem spiritu. Et sacerdotium istud omnibus iuxtà Christianis commune est, ea de causa institutum, ut Christum imitaremur, teste apostolo ad Romanos scribente: Obsecro uos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, placentem* Deo, *rationabilem obsequium uestrum. Idem noster seruator alterum sacerdotium ministerij instituit, cùm dogmata legis secutus, quam non soluendi, sed consummandi causa uenerat, ut postquam cœlum ascendissent, nobis non deessent, qui in terris sacerdotium uerum gererent,* XII. *elegit pontifices, quos nouo uocabulo apostolos nominauit, ut qui mittendi essent in diuersas orbis partes, qui nouum dogma, hoc est,* Euangelium, *cui etiam uocabulum innouarat, mortales docerent. Item septuaginta discipulos, quos etiam ad concionandi munus delegerat, sacerdotes*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tes fecit, qui uice filiorum Aaron, ſicut Origeni probatur, apud nos, minores haberẽtur ſacerdotes, quales nunc Græcè preſbyteri uocantur, hoc eſt Latinè, ſeniores, quòd canicies quæ homini prudentiam afferre ſolet, digna ſit honore & munere. Ab his igitur preſbyterorum, ſicut ab illis epiſcoporum, cœpit ordo, quippe qui in eorum locum ſucceſſere, quod uel Cypriani teſtimonio conſtat, dicentis: Meminiſſe autem Diaconi debent, quoniam apoſtolos, id eſt, epiſcopos & præpoſitos dominus Elegit. Et poſt eum, idem Hierony. teſtatur in epiſto. ad Marcellam, aduerſus Montanum ita ſcribens: Apud nos apoſtolorum locum epiſcopi tenent. Hos autem apoſtolos ac diſcipulos myſteriorum Dei miniſtros, non alijs conſtat initiatos ſacris, niſi ſola CHRISTI electione, ſeu uocatione: quod ipſis deinde apoſtolis, & poſtremò Romanis pontificibus, ſicut infrà explicabitur, exemplo fuit eligẽdorum ſacerdotum: ſed ut hæc multis cærimonijs alioq; longè ritu, ita illi ſimpliciter, prout à Chriſto docti erant, illud inſtitutum ſeruarunt. Ad hunc quoque modum Mathias factus eſt apoſtolus, ſic ipſi apoſtoli ſeptem ſibi diaconos inſtituerunt, dicente Luca in Actis: Et elegerunt Stephanum uirum plenum fide ac ſpiritu ſancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum proſelytum Antiochenum. Hos ſtatuerunt in conſpectu apoſtolorum, & cùm oraſſent, impoſuerunt eis manus. Sic Titus in Creta ad præſcriptum Pauli, preſbyteros conſtituit. Sed Beda rem multò luculentiſsimè docet: Erant, inquit, baptizati apoſtoli, at nõ erant ſacerdotes, niſi cùm Chriſtus in cœna fecit illos ſacerdotes, dans eis poteſtatem conſecrandi corpus ipſius uerum, & poſt reſurrectionem, abſoluendi. Cæterùm cùm Apoſtolus epiſtola priore

ad

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ad Timoth. cap. 5. sic præceperit, Manus citò nemini imponas: aliquis posset conijcere eum cuiuspiam mysterij sacerdotes initiandi formulam dedisse, id quod Chrysost. homilia in eam epistolam XVI. affirmare uidetur, ita scribens: Vbi uerò hæc dixit, illud intulit, quod omnium maximè periculosum est, & in primis ecclesiam continet, de ordinationibus scilicet. Quid sibi uult? non ex prima statim probatione, sed ubi consideratio diuturna præcesset, tunc imponito manus. Et Ambrosius hunc quoque locum ita interpretatur: Gratiam dari ordinatoris significat, per prophetiam, & manuum impositionem. Prophetia est, qua eligitur quasi doctor futurus idoneus. Manuum uerò impositiones, uerba sunt mystica, quibus confirmatur ad opus electus, accipiens autoritatem, teste conscientia sua, ut audeat uice domini sacrificium Deo offerre. Sed ipse Paulus epistola secunda ad eundem Timotheum, quid esset manuum impositio, apertè declarare uisus est, cùm scripserit: Quam ob causam commonefacio te, ut suscites donum Dei, quod in te est, per impositionem manuum mearum: non enim dedit nobis Deus spiritum timiditatis, sed potentiæ, ac dilectionis, & sobrietatis. Quæ omnia Chrysosto. ita explanat: Admoneo te ut excites gratiam Dei, quæ est in te, per impositionem manuum mearum: hoc est, gratiam spiritus, quam accepisti ad ecclesiæ institutionem, ad edenda miracula, ad omne religionis obsequium: quippe hanc uel extinguere, uel excitare in nobis est. Hactenus ille. Ac ita per impositionem manuum, uidetur dari sacerdoti electo spiritus sanctus, quemadmodum teste Luca in Actis, cùm de Samaritanis loquitur, recens quoque baptizati afflantur eodem spiritu, quo CHRISTVS suos apostolos in primis ornauit, illustrauit, muniuit, dicens: Accipite

spiritum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſpiritum ſanctum, quorumcunque remiſeritis, & reliqua. Fuit enim ille ſolennis ipſius ſeruatoris modus benedicendi manu pariter atque uoce, teſte Hierony. in Matthæum, cùm apud eum oblati fuerint pueri, ut manus imponeret, & oraret, hoc eſt, benediceret. At reuertamur eôdem. Atque hinc olim factum uidetur, ut in conſecrando epiſcopo, nil amplius cærimoniarũ eſſet, niſi ut multitudo, quæ eius quoque rei gratia, autore Cypriano non uno in loco, & præſertim in epiſtola 4. ad Felicem preſbyterum, ſemper epiſcoporum electioni intererat, precaretur, & preſbyteri manus imponerent. Et hæc dicere habui de prima ſacerdotum conſecratione ab apoſtolis & patribus uſurpata. At poſt CHRISTVM, Petrus in ſacerdotio prærogatiuam habuiſſe dicitur, quòd primus apoſtolorum ordine, & eius ſacroſancti collegij caput fuiſſet. Quapropter diuus Cyprianus epiſt. III. ad Cornelium, cathedram Petri principalem uocat: nam, ne quis erret, nulla alia ratione ſacerdotalis ordo à Romano epiſcopo profectus eſſe dici poteſt, niſi apud Italos duntaxat id factum intelligatur, cùm perdiu ante aduentum Petri in urbem Romam, apud Hieroſolymos ſacerdotium ritè inſtitutum fuiſſe liquidò liqueat: quanquam Chryſoſto. homilia ultima in Ioannem, arbitratur Iacobum primum Hieroſolymitanum epiſcopum à Petro factum fuiſſe, id quod tamen alij non Petro ſolùm, ſed Ioanni quoque, ac alteri Iacobo aſſignant. Imò nemo eorũ illud fecit officium, ſi ipſi diuo Petro credimus, qui apud diuum Clementem, libro recognitionum primo, de ea ipſa re ita teſtatur: Septimana iam una ex paſſione domini complebatur annorum, & eccleſia in Hieruſalem conſtituta, copioſiſsimè multiplicata creſcebat per Iacobum, qui à domino ordinatus eſt epiſcopus, rectiſsimis di-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſpenſationibus gubernata, &c. Igitur ita Petrus apoſtolorum princeps fuit, ita Romani pontifices iam inde ab initio magnæ habiti ſunt autoritatis. Item apud eoſdem Hieroſolymos epiſcopalis cathedra locata ab initio eſt, & utrunque atteſtatur Euſebius libro Eccleſiaſticæ hiſtor. 7. ita ſcribens: Denique Iacobi cathedra uſq; ad hodiernum diem inibi (de Hieroſolymis loquitur) ſeruatur, atque in ea ſedent omnes, qui uſque ad præſens tempus ſedis illius ſacerdotium ſortiuntur, & cum magna ueneratione habetur, uel uetuſtatis uel primi ſacerdotij ſanctificationis obtentu. Hæc Euſebius. Illud idem poſtea à diuo Petro Romæ factum eſſe teſtimonio eſt cathedralis celebritas eius diei, qui nunc ubiq; gentium ſolennis eſt. Veruntamen exiſtunt etiam nunc, qui contendant Petrum in omnes apoſtolos ius habuiſſe: de qua re noſtrum non eſt quicquam decernere, qui ſacerdotij originem tantum quærimus: tametſi contrà nonnulli aliter cenſent, quia id uidetur Paulus ad Corinthios, epiſtola ſecunda, capi. x. negare, ſcribens: Nam ſi & amplius quippiam gloriatus fuero, de poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus, non erubeſcam. Non enim dicit, quam dedit Petrus, ſed dominus. Et ſubijcit: Quam nobis poteſtatem dedit dominus in ædificationem, & non in deſtructionem ueſtri. Ponit Paulus ædificare, ut alibi ſæpe facit, pro prodeſſe, quò demonſtret officium ſacerdotis eſſe, æquè omnes iuuare, ſi uelit poteſtate ſibi data uti. Epiſcopus uerò Græca uox eſt, & plus oneris quàm honoris ſignificat: Latinè dici poteſt ſpeculator: & propriè, ut Martianus ſcribit, ij dicuntur epiſcopi, qui præſunt pani, ac cæteris uenalibus rebus, quæ populis ciuitatum ob quotidianum uictum neceſſariæ ſunt. Vnde pontificibus id nomen inditum par eſt credere: quia quemadmodum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

modum illi quæ ad uitam humanam sustentandam pertinent, procurare debent, ita horum uigilando, docendo, bene agendo, animarum saluti consulere interest, id quod uel Clementis primi pontificis declarat præscriptum, qui decreuisse fertur, ut episcopalis cathedra in eminentiore templi loco collocaretur, sicut hodie seruatur, unde episcopus undique speculari posset. Ex quo quandiu episcopus suum eiusmodi facit officium, non imperare, non regnare, sed tam aptè quàm eleganter dicitur sedere: quo porrò loquendi modo nos quoque scribendo utamur licet. Hinc certè apparet, ut nihil potius esse debeat curæ episcopo, quàm incolumitas gregis sibi crediti: quo fit, ut in ciuitate hoc sit episcopus, quod in naui gubernator, in curru rector, in exercitu dux, utpote cuius, sicut ait Cyprianus, quantum perniciosum est ad sequentium lapsum ruina, tantum contrà utile est & salutare, cum se per firmamentum religionis, fratribus præbet imitandum. Væ igitur episcopis, si qui sint muneris huius obliti: quia, ut dicitur, cui multum datum est, multum quæretur ab eo. Cæterùm olim Episcopi uocabantur Presbyteri, teste non uno in loco Diuo Hieronymo, & præsertim in epistola ad Euagrium, ubi dicit, qua de causa episcopi posthac esse cœperint, ita scribens: Quod autem postea unus electus est, qui cæteris præponeretur, in schismatis remedium factum est, ne unusquisque ad se trahens CHRISTI Ecclesiam rumperet: nam & Alexandriæ à Marco usque ad Dionysium, Presbyteri semper unum ex se electum Episcopum nominabant: quomodo si exercitus Imperatorem faciat, aut Diaconi eligant de se, quem industrium nouerint, & Archidiaconum uocent. Quid enim facit, excepta ordinatione, Episcopus, quod

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

presbyter non faciat? &c. Quid, quod & Chrysostom. homilia 2. in episto. ad Philippenses, demonstrat episcopum dictum etiam esse diaconum, hoc est, ministrum? De episcopi nomine & officio satis dictum habeo: idem uerò pontifex uocatur, à posse & facio, ut Scæuola affirmat: ut autem Varroni placet, à ponte, nam pons in Tyberi nomine sublicius, primum à pontificibus factus est, postea sæpe restitutus, quòd ligneus esset, necnon cæterorum pontium sarcendorum cura eis data est.

De primo ritu sacrorum, quibus initiantur ii, qui sacerdotes fiunt, & amiciendi usu, ac ibidem de sacerdotis officii initio. CAP. VII.

ROmani pontifices Hebræorum secuti institutum, primi omnium sacris quibusdam initiare cœperunt ostiarios, siue ianitores, lectores, exorcizatores, acoluthos, subdiaconos, diaconos, hoc est, Leuitas, quos numero septem ipsi apostoli delegerant, presbyteros, & episcopos, quò sic per gradus ad sacerdotium unusquisq; promoueretur. Quos quidem ordines Caius Romanus pontifex, qui ex Diocletiani Imperatoris genere ortus erat, primus distinxit, quibus tanquam quibusdam gradibus ad episcopatum ascenderetur. Non nemo id Iginio pontifici, qui diu ante Caium sedit, assignat, cum quo me consentire minus pœnitet: nam sic fieri potuit, ut quod Iginius inchoauerat, Caius ritè perfecerit. Atque tum primùm cœperunt apud nos sacerdotes nouis atque sacris initiari ordinibus, quod uel colligere licet ex Tertulliano autore longè antiquissimo, qui libro de exhortatione castitatis, eam rem planam facit, scribens: Nonne & laici sacerdotes sumus? scriptum est, Laici sacerdotes sumus, regnum quoque nos, & sacerdotes Deo & patri suo fecit. Differentiam inter ordinem

&

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

& plebem, constituit ecclesiæ autoritas. hactenus Tertullianus. *Illud idem constat, alio apud nos, ac apud* Hebræos *modo, istos ordines distribuit: illi enim in eo ordine perpetuò erant, in quem à principio recepti fuissent: nostri autem gradatim per omnes ordines ad sacerdotium ueniunt. Fuit iam inde ab initio sacerdoti in primis negotium à* CHRISTO *datum, ut doceret, baptizaret, consecraret eucharistiam, ministraret alijs, ligaret, solueret: quod fit cùm sacerdos ut custos & rector scit, qui apud* Deum *aut ligandus aut absoluendus sit. Item iudicaret de dogmatibus, oraret pro alijs, ac sacrificium laudis, de quo alibi tractabimus, pro salute populi offerret. & hæc ex euangelijs, atque apostolorum testimonijs cognoscamus licet. Videant igitur qui sacerdotes faciunt, quo se crimine obligent, si sint sacerdotes ad ea obeunda munia minus idonei. Sunt autem infiniti, qui tantũ celebrandis* Mißis, *quas dicũt, operam dant, & eius rei causa sacerdotes sunt, perinde quasi in ea omne cõsistat officium. Vestes uerò sacras quibus nostri amiciuntur sacerdotes, ab* Hebræis, *uti superiore capite dictum est, habent: cuius nempe rei argumentum est, quòd nostri tum põtifices, tum sacerdotes, partim eadem induunt uestimenta, utputa zonam, seu cingulum, tunicam talarem, quam uocamus albam, tunicam hyacinthinam, ac mitram, partim non longè fórma aut colore differentia, cuiusmodi sunt amictus capitis tegmen, qui loco cidaris usurpatur, planeta siue casula, quam uocant, fabrefacta instar rationalis, hoc est, logij, pallium haud dissimile superhumerali, & caligæ uice feminalium. Vnde denique liquidò apparet, pleraque omnia ab ipsis* Hebræis *uno uel altero modo sacerdotes nostros esse mutuatos, sicut illos ab* Aegyptijs *principio sumpsisse ueri simile est. Porrò* Ae-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

gyptij ſacerdotes ex Pythagoræ præcepto, linteo tantum ueſtimento, ut puriſſimo mundiſſimo'que in rebus diuinis utebantur: laneum uerò ut prophanum uituperabant, quia ab animato decerpitur, conficitur q; ex mortali materia. Contrà linea ideo pura uidebantur, & ſacrificantibus accommodata, quoniam linum ex terra oritur: quæcunq; autem ex terra naſcuntur, munda & pura exiſtimarunt. Hæc & id genus alia Herodotus libro ſecundo tradit, & apud Philoſtratum memorat Tyanæus Apollonius. At qui pari etiam ratione Hebræi Aegyptiorum inſtitutum imitati eſſe uidentur. Ioſephus enim libro VI. Iudaici belli, ſcribit ſacerdotes ad altare templum q; accedere ſolitos omni uitio carentes, ueſte byſſina, id eſt, linea amictos. Et Hieronymus in libro de ueſte ſacerdotali ad Fabiolam, dicit tunicam poderin, hoc eſt, talarem, ſuperhumerale, quod & orarium dicitur, feminalia, cingulum, & tiaram, lintea eſſe indumenta. Adde & quod ſcriptum legimus in Ezechiele, cuius uerba ſubijciam, quæ ſunt huiuſmodi: Cùm ingredientur portas atrij interioris, ueſtibus lineis induentur, nec aſcendet ſuper eos quiquam laneum, quando miniſtrant in portis atrij interioris intrinſecus. Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, & feminalia linea erunt in lumbis eorum, &c. Sic noſtri ſacerdotes linteis ueſtimentis amicti, templum & altare adeunt, in ſacrorum q; pompa incedunt, ritu dubio procul ab Aegyptijs per manus Hebræorum uſque ad nos translato: & id credo, quia, teſte Cicer. de legibus, color albus præcipuè decorus Deo eſt habitus. Verùm quia ſplendidus cultus facit autoritatem, placuit propterea patribus & bombycinas introducere ueſtes, ut qui arbitrati ſunt, opinor, nequaquam id luxuriæ uitio dari poſſe, quod ad diuini cultus magnificentiam adhibe

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

adhiberetur. Insignia pontificatus ab ipsis etiam Hebræis omnia ferè accepta, id est, linea uestis summa, quæ niueo candore insignis uitam undique puram admonet, uelut mitra bicornis noui pariter ac ueteris instrumenti scientiam. Adduntur bina cornua, quoniam Moses acceptis tabulis, quibus mandata Dei inscripta erant, uisus est suis cornutus. Aureum diadema gemmis distinctum, Constantinus Imperator primus Syluestro pontifici Romano obtulit, quod ille non recepit, ueluti parum religioni idoneum, phrygia mitra candida contentus: sed pontificum posteritas donum deinde principis haud aspernata est. Baculus instar Mosis, seu Aaron uirgæ datus, populi uitia castigandi potestatem attribuit. Annulus, CHRISTI *& ecclesiæ copulationis, ut pignus habetur: sicuti chirothecæ purum manuum ab omni humanarum rerum contagione officium, diuinarumq; administrationem, & pedum tegumenta crediti gregis uigilantissimam curam indicant. Atque hæc ferè omnia ex decreto Clementis accepta ferunt, quæ undecunq; manarint, magis omnino Hebraica quàm apostolica instituta referunt. Quædam quoque alia sunt ad usum sacerdotum, mysticè ab insequentibus quæsita, de quorum initijs nihil omnino certi habeo tradere.*

Vnde mos natus, cur omnes initiati uerticem deradant, ac quàm illud facere olim probrosum fuerit, & ibi de Nazaræorum secta, & quando lege exceptum sit, quibus initiari non liceret, præsertim per bigamiam, & quomodo liceret, ac unde ipsa bigamia introducta sit.

CAP. VIII.

COmmune initiatis omnibus insigne est uertex rasus, præcipuum sacri prophaniq; capitis discrimen, qui admonet sacerdotes, spretis omnibus humanis uoluptatibus, oportere cœlestia tantum meditari. Hoc autore Beda

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

in Ecclesiastica historia Anglorum, ideo per patres in consuetudinem uenit, legeq; sancitum, ut quod à principio ab inimicis probro & ignominiæ est datum, hoc honori deinceps decoriq; haberetur. Siquidem cùm Petrus, prout idem prodidit, Antiochiæ concionaretur, fuit illi ab improbis summum capitis abrasum, ut ludibrio cunctis impendiò magis foret. Fuisse autem radere caput probrosum, hoc arguit, quòd cùm Dauid misisset nonnullos ex suis ad Hanon regem filiorum Ammon, qui eum patris mortem grauiter mœrentem suo nomine consolarentur, ille suspicatus eos uenisse ad explorandum terræ situm, rerumq; statum, rasit illis capita, præcidit'que tunicas usque ad nates, atque ita ignominia notatos domum dimisit. Vnde graue mox ortum est inter reges bellum. Extat historia libro Paralipo. priore, cap. XIX. Item apud Romanos consuetudinis fuit, captiuitate liberatos currum triumphantis sequi, raso capite, & pileatos, etsi illud nota erat adeptæ libertatis. Sed apud Longobardos id in rebus longè post homines natos fœdissimis habitum: sic enim Archpertus inuaso per uim regno, Rhotarim ducem, qui Linthperto regio puero fauebat, captum totondit. Ego dixerim à Nazaræis, quorum secta apud Iudæos celebris erat, initium huius rei ortum, quòd illi prius seruato pilo, denuò post magnam uitæ continentiam, caput abraderent, capillosq; in sacrificij ignem inijcerent, ut eo modo suæ pietatis perfectionem Domino consecrarent. Meminit & Iosephus de huiusmodi more dedicandi capillos, quem Nazaræi obseruabant, libro 4. Antiquitat. scribens: Si quis eorum nouerit, quos Nazaræos appellant, comam nutrire, & uino non uti, isti dum capillos suos dedicant, propter sacrificia, uenientes ad sacerdotes corbam offerunt, quod significat munus. Erant

Naza

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Nazaræi, teste Origene super Numeros, qui semetipsos deuouebant Deo, de quibus lex per Mosen data fuit, ut in ijsdem Numeris extat. Sacerdotes uerò Dominus per Mosen, ut in Leuitico patet, capite & barba rasa esse uetuit: & apud Ezechielem præcepit illud idem, dicens: Sacerdotes caput suum non radant, neque comam nutriant, sed tondeant. Cæterùm Herodotus in Euterpe, & Plinius scribunt, sacerdotes Aegyptios consueuisse derasis capitibus mœrere, & in luctu esse ex morte Apis, qui in Aegypto numinis uice colebatur, ac demum totum corpus eradere, ut ne quid eis inter deorum cultũ, aut pediculi aliarum'ue sordium crearetur. Meminit & Apuleius libro Asini sui aurei 2. de huiusmodi sacerdotibus derasis. Hinc igitur, opinor, fluxit ritus Nazaræorum, & ab ijs nostrorum sacerdotum, qui iubentur caput radere, et comam nutrire prohibentur. Hieronymus uerò, quod & in decretis canonicis scriptum leges, rasum caput et coronam quam appellant, significare autumat diuitiarum omnium derelictionem: at capillos qui remanent, aliqua sacerdotibus esse retinenda ad sustentationem. His autem perbellis interpretationibus bene multi sacerdotes gaudent, ritusq; seruandi causa, latè uerticem radunt, sed ex magnis opibus, quas habent, nihil impertire, nihil deponere, nihil relinquere uolunt. Et hæc est cærimoniarum summa. Paulus apostolus in Cenchreis, Cenchreæ enim portus est Corinthiorum, nutriuit & totondit comam, rasit caluitium, exercuit nudipedalia. autor idem Hieron. aduersus Iouinianum libro 1. Quæ uerò qualia'ue essent nudipedalia sacra, dicetur lib. 6. cap. 11. cùm de uouendi usu agetur. Barbam itidem aut comam ne præsul, ne'ue reliqui sacris initiati nutrirent, ex Mosis præscripto, secundum apostoli præceptum, primus uetuit

r 3 Anae

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Anacletus quintus à Petro Pontifex Romanus. Fuit & eiusdem decretum, ut episcopus à tribus initiaretur episcopis, sacerdos uerò ab uno tantum, cui subesset. autor Gratianus. At Romanus episcopus à tribus quoque, sed certis episcopis apud Lateranum consecratur, hoc est, Ostiensi, Portuensi & Veliterno. Sic Ioannes quintus, primus consecrari uoluit, quem ritum postea successores seruarunt. Quin iam tum mos inoleuit, ut pontifici renuntiato ipse Ostiensis præsul inter sacra coronam imponeret, cùm satis constet antea Pontificem uel Imperatoris Constantinopolitani, sicut infrà dicetur, autoritate electum, consueuisse duci ad cathedram diui Petri, & postquam in ea sedisset, tum ut ritè factum pontificem haberi, alijs cunctis cæremonijs neglectis. Digamus uerò ne ad officium sacerdotis admitteretur, Syricius decreuit, ac si iam admissus esset, ut ab eo pelleretur, quòd apostolus illud antea prohibuisset, qui ad Timotheum scribens, uoluit episcopum unius uxoris esse uirum. Sicut ne debiles membris aut manci in sacerdotum numerum reciperentur, Anastasius primus constituit, & utrunq; ex Mosis legibus esse dixerim, qui ut mãcos procul à sacerdotio esse uoluit, sic ea ratione iussisse uidetur, ut pontifex uirginem tantum duceret uxorem, quò ab eo digamiam excluderet, quæ iam inde ab initio apud Priscos quoq; impedimento esse consueuit sacerdotium petere uolentibus: quod testatur Seruius, enarrans illud quarti Aeneidos:

Huic uni forsan potui succumbere culpæ.

ubi ait, Culpæ, propter antiquum ritum, quo repellebãtur à sacerdotio bis nuptæ. Præterea ne quisquã minor XXX. annis presbyter fieret, Bonifacius primus censuit, quia, credo, ea fuit apud Hebræos, teste Hiero. in procemio in Ezechiel

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

-chielem, ætas ſacerdotalis miniſterij. Illud deinde decretũ Lateranenſis concilij autoritate, ad epiſcopos eligendos translatum conſtat, eſtq; ſtatutum, ut XXV. annos natus duntaxat preſbyter creari poſſet, atque hoc ad imitationem, opinor, Leuitarum, qui, uti in Numeris extat, & ſuprà capite 5. oſtendimus, non antè incipiebant ſãmulari in tabernaculo, quàm totidem nati eſſent annos. Et illa epiſcopis, hæc preſbyteris legitima ætas, quò utriq; iam conſilio boni, ſacros canones rectè prius noſſent, quemadmodum Cœleſtinus primus iuſſerat, quàm alios regere, uel docere inciperent. autor Gratianus.

Qui primi in urbe Roma & alibi presbyteris parochias, ac epiſcopis diœceſes diuiſerint, & de Cardinalium ordinis origine. CAP. IX.

SAcerdotio ritè inſtituto, uiſum eſt patribus in primis conducibile, ut munera diuiderentur, quò pro ſe quiſq; ſuum & officium noſceret, & impigrè faceret. Itaq; ſummum rerum, id eſt, animarum curandarum negotium preſbyteris datur: & id præcipuè Romæ, ubi apoſtolica ſedes iam locata erat, inſtitutum cœpit. Et ne ea adminiſtratio in promiſcuo eſſet, Euariſtus pontifex primus omnium titulos ipſis preſbyteris diuiſit, ſeptemq; diaconos inſtituit, qui ueritatis gratia concionatorem obſeruarent, imitatus apoſtolos, qui, ut ſuprà oſtendi, totidem ſibi diaconos adminiſtros creauiſſent. Secundo deinde loco, circiter annum ſalutis CCLXVII. Dionyſius tam preſbyteris urbis Romæ, quàm aliarum gentium templa, cœmeteria, & parochias quas dicunt, diuiſit: præterea epiſcopis diœceſes diſtribuit, mandauitq; ut unuſquiſque ſuis finibus ac limitibus contentus eſſet. Parochias, ut hoc demonſtremus, noſtri appellant ſingula templa diœce

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

diœcesis, & eorum territorium certis terminis distinctum, quod qui terunt, hoc est, incolunt, parochiani dicuntur, à parochis puto dictas: erāt enim Parochi magistratus apud Romanos, qui publicis legatis ligna & salem præbenda curabant. Horatius lib. 1. Sermonum: Et parochi quæ debēt ligna, salemq;. Et quia sine igne & sale, apud Hebræos, uti infrà dicetur, nullum fiebat sacrificium, & ut parochi legatis usui necessaria prouidebant: ita sacerdotes templorum præfecti suppeditant suis parochianis, quæ ad saluti animarum pertinent, non ab re parochias uocamus. Ad propositum redeo. Nec ita multò post Marcellus titulos urbis ab Euaristo primùm presbyteris datos numero limitauit, decreto statuens quinq; & uiginti, ac quasi diœceses esse, ad baptizandum eos qui ex gentibus in Christianorum cœtum quotidie uenirent, & sepeliendum mortuos. Hæc ex Bibliothecario, Damaso, Platina, ac alijs uel recentioribus sacræ historiæ scriptoribus, quos miror neq; hoc, neque alio, quod sciam, loco non explicuisse, qui essent ij presbyteri, quibus titulos in urbe datos tradunt, unde haud dubiè prima cardinalium origo est: sed ueluti par est coniectare, illi rem, ut ab initio parum claram, silentio prætereundam fortè duxerunt, quam Iurisperiti quidam posthac inuestigare tentarunt. Verùm & illi cùm nihil certi haberent quod proderent, more eorum, qui cùm obscuri sint, inani nobilitatis nomine sibi blandientes, alius ad Achillem, alius ad Aeneam, alius ad Numam Pompilium, suum genus referunt, magnopere conati sunt ostendere cardinalium cœtum ab Hebræis esse profectum: & ante omnes id ausus est Siculus Andreas, cognomento Barbatius, qui ut à Bessarione antistite seculi nostri, uerè ultra alios & animi & corporis dotibus cardinale, gratiam in-

iret,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ireet, de ea re commentariolum primus edidit. Sed ne hominem sæpius citando defatigemus, ipse suum iam incipiat narrare commentum. Occurrit, inquit, *illud quod in* 1. *Regum libro, cap.* 2. *pulcherrimè scriptum est:* Domini enim *sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. Quã autoritatem Hostiẽsis doctor excelsus figurauit ad cardinales: sicut enim ostium regitur cardine, ita & ecclesia* Romana *regitur consilio cardinalium.* Hæc ille. Vide, *non secus isti* Iurisconsulti *aliquoties detorquent sacras literas quô uolunt, ac sutores sordidas solent dentibus extendere pelles. Si fuit id oraculum, ut quandoq; illi qui* Cardinales *appellarentur, regerent apud* Romanos Christianam *rempublicam, etsi reor nũquam tale quid somniatum esse ab* Anna, *quæ inibi loquitur, cur non potius illud referendum est ad episcopos & presbyteros, qui perdiu antea cardinales, id est, præcipui siue primarij, & nuncupati sunt, & res religionis gesserunt? quod ipse testimonio* Guidonis *archidiaconi* Bononiensis, Iurisconsulti *non contemnendi comprobat, dicens:* Olim autem *in quacunq; ecclesia principales sacerdotes seu episcopi, dicebantur cardinales, id est, principales.* Et *inde pergit:* Scriptum *est in* Deuteronomio: *Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, recurre ad sacerdotes* Leuitici *generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, ipsi enim iudicabunt tibi iudicij ueritatem.* Et *subdit:* Ecce *nunc quòd sacerdotes* Leuitici *tempore ueteris testamenti erant consiliarij, & sic fuerunt de iure diuino, licet non sub nomine cardinalium: sed huiusmodi sacerdotes consiliarij sunt domini cardinales hodie, sic appellati, &c.* Non *animaduertit* Siculus *illum locum apud nos, iampridem ab episcopis et alijs sacerdotibus inferioribus occupatum esse, qui unà eum episcopo* Romano,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

no, amplius mille annis gubernarunt Romanam *diœcesim, antequam quisquam illud sublime cardinalis nomen, quale nunc ubique latè resonat, tulisset, ac propterea suos dominos cardinales tardè uenisse, ut iure dici poßint apud nos in locum Leuitarum sacerdotum succeßisse. Hactenus de ioculatoria Siculi disputatione. Cæterùm Guido archidiaconus proxime uerum acceßisse uidetur, qui in commentarijs, quos in sextum iuris* Pontificij *librum scripsit, &* Frãciscus Zabarellus *cardinalis ex testimonio* Martini Ci*stercienſis historici, qui* Innocẽtij *quarti pontificis æqualis fuit, unà produnt, anno circiter humanæ salutis ducentesimo trigesimo altero, sedente quodam* Pontiano, *qui in ordine* Romanorum *pontificum non ponitur, fuisse* Romæ *ducentos triginta sex sacerdotes cardinales, & sexagesimoseptimo deinde anno, Marcellum quem nos diximus diuisisse titulos presbyteris, constituisse quindecim cardinales, qui mortuos sepelirent, & infantes baptizarent. Hæc non multum discrepant ab ijs, quæ ex* Bibliothecario, Da*maso, &* Platina, *suprà commemorauimus. Sanè hi Marcellum aiunt quinque & uiginti diœceses constituisse, ad usum baptismi, & sepulturæ: illi uerò scribunt eundem pontificem quindecim fecisse cardinales, qui baptizandi infantes, atque humandi demortuos, curam sustinerent. Atque hæc uera cardinalium ordinis origo est, non fuitq; ab initio aliud cardinalium nomen, nisi excellentioris epitheti notatio, perinde ac id usurpamus, cùm dicimus, solanum, fauonium, austrum, & septentrionem, quatuor esse uentos cardinales, id est, primarios: ueluti altißimæ partes cœli uocitantur cardines, quòd circa illos mundus circunferatur, & ad similitudinem eorum nuncupentur cardines, circa quos ualuæ uoluuntur. Non fuit item aliquandiu*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

diu deinde aliud esse cardinalem, nisi ante alios habere curam animarum: quod ut alijs pòst iudicandum melius relinquam, testimonia quæpiam etsi recentiora, ex diuo Gregorio subijciam. Is enim libro epistolarum primo, Corsicæ insulæ sacerdotum cœtui, & nobilibus ita scribit: Ea de re quoniam ecclesia Alariensis, Sagonensis sacerdotis diu est auxilio destituta, necessarium duximus Martinum episcopum fratrem nostrum, ibidem cardinalem constituere sacerdotem, Leoni uerò fratri nostro operam uisitationis iniungere. Ibidem ad Ianuarium archiepiscopum Carallis Sardiniæ: Liberatus igitur de quo nobis significasti, quia diaconi fungeretur officio, si antea non est factus cardinalis, ordinatis à te diaconis nulla debet ratione præponi. Et infrà subdit: Si eius obedientia fueris inuitatus, & eum post hæc cardinalem facere uolueris, &c. Item ad Ioannem episcopum Squillatinum: Pastoralis officij cura nos admonet, destitutis ecclesijs proprios constituere sacerdotes, qui gregem dominicum gubernent. Propterea te Ioannem Lisitanæ ciuitatis episcopum nostrum in Squillatina ecclesia cardinalem duximus constituere sacerdotem, ut animarum curam spe futuræ retributionis susceptam impleas, & reliqua. Verùm cùm postea Bonifacius tertius ab Imperatore Phoca impetrasset, ut in omnes episcopos prærogatiuam haberet, omniumq; caput perpetuò foret, uti infrà subtilius dicetur, iam tum Romanus pontifex multò quàm antea unà cum suo urbano sacerdotum senatu, cunctis sine controuersia præstare autoritate cœpit, ac simul illi presbyteri, quibus olim tituli dati, quibus Christianorum animas curandi munus delatum fuerat, eo cardinalium nomine uelut supremæ illius dignitatis proprio, cum primis honestari cœpere. Ac ita quod

prin

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

principio prorsum oneri fuit, summo tandem honori esse cœpit, nec immeritò, quando illi in administranda republ. Christiana, suo pontifici semper præstò aderant, sic uel ijs paulatim decus acceßit, paulatimq; inter contētiones Imperatorum, ac populi Rom. de pontifice creando sæpius ortas, prærogatiua iusq; ipsius pontificis eligendi partum est, adeò ut Innocentius quartus, qui circiter annum salutis, MCCXLIIII. apostolicam tenere cœpit sedem, postremò publico decreto sanxerit, ut equo deinceps insidentes rubro uterentur galero, quò maior adhuc ordini accresceret maiestas, argumento tamen manifesto oportere eius ordinis antistites semper esse paratos, pro religionis defensione offerre se in discrimen, & sanguinem effundere: Ita denique cardinalis nomen celebre reddit, ita ordinem instituit supremum. At istuc insigne ad imitationem Hebræorum sacerdotum datum esse uidetur: nam illi tiara utebantur, uti suprà diximus, quæ teste Hieronymo rotunda erat, ut pileus. Inde ad differentiam ordinis, episcopi quoq; petasum ferre cœperunt, qui extrinsecus niger, intrinsecus uerò uiridis esset. Dedit postea Paulus secundus uestem coccineam cucullo insignem, hoc est, lacernam (ita ueteres appellasse iudicamus) ut hæc etiam cum rubenti petaso ordinis insignia forent, quæ pictores deinde nostri nimirum ualde pij, uel diuo Hieronymo impertiti sunt, quibus nunc eius simulacrum paßim in sacris ædibus ornatum uisitur, quia dicitur presbyter Romanus fuisse, etsi per id tempus quo ille uixit, ne nomen quidem tam sublime cardinalis erat auditum. Faciunt præterea fidem tituli quos hodie habent cardinales, quos uocamus, in locum illorum perpetuo tenore succeßisse presbyterorum, quibus, prout declaratum est, Euaristus primùm titulos, deinde
©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

inde Marcell. uelut diœceses digesserat. Testificatur & illud, quòd fertur Anastasius presbyter cardinalis S. Marcelli à Leone IIII. damnatus, reiectusq; ab ordine, quòd contra canonum sanctiones quinq; annis parochiam non adisset suam. Quanquam uel me minimè fugit Innocentium III. in suis decretalibus epistolis appellare sacerdotes Leuitici generis, fratres suos in ministerio sacerdotali adiutores: at ea uerba plures Iurisconsulti rectè sentientes ad episcopos, non ad cardinales attinere affirmāt, quò locum uel sic tueantur, uel emendent. Sed iam satis de initio ordinis, qui nunc supremus habetur, cardinalium, à pio orti ministerio, qui tanto deinde incremento auctus est, ut omni illo quondam onere leuatus, solus sit totius reipublicæ Christianæ senatus. Quo factum est, ut urbs etiam Roma, lux olim orbis terrarum, atque arx omnium gentium, suum recepisse senatum, quo latè regebat, meritò sibi uideri possit, simulq; gaudere, quòd hi senatores non censu, sicuti prisci illi Romani, sed uitæ sanctimonia, doctrina, moribusq; temperatis ac moderatis ornati iam inde ab initio, de conciij sententia cooptari cœperint. Quanquam inficias ire non licet, & huic sacrosanctæ legi aliquoties derogari: nam pinguis est, ut iam uulgò dicitur, panis CHRISTI, *cuius dulcedo iuxtà probos ac improbos allicit, & ut illi bono modo, ita hi malo ad eam degustandam non rarò aspirant. Quire periculum est, ne aliquando sacerdotalis ordo inde labefactari incipiat. Is autem ordo ex triplici initiatorum genere constat: sunt enim aut episcopi, & ij quidem numero sex, Ostiensis, Sabinensis, Portuensis, Tusculanus, Prænestinus, & Albanensis: aut presbyteri, aut diaconi, neutrorum tamen certo præscripto numero.*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

De origine honorum qui Romano pontifici habentur, & de eius autoritate in omnes ecclesias, atq; quibus illius & episcoporum ac Imperatorum occidentalium eligendorum ius à principio fuerit. CAP. X.

PRimus honos Romano pontifici habetur, ut si minus pulchro honestetur nomine, ei statim creato liceat illud mutare. Verbi gratia, non extra iocum dictum sit: Si homo maleficus antea fortè fuerit, ut Bonifacius appelletur: si timidus, Leo: si rusticus, Vrbanus: si improbus, Innocentius: si ferox, Clemens: si malè audierit, Benedictus, ut saltem nomine pontifex ornamento sit dignitati. Eius autem rei autor fuisse dicitur Sergius secundus, cui cùm Os porci diceretur, ad obscœnam nominis uocem tollendam, datũ est, ut aliud sibi nomen optaret. Et illud aiunt ex imitatione CHRISTI esse factum, qui Simoni Bar Ionæ nomen Petrum indidisset. Manauit dein mos ad posteros, ut qui pontifices crearentur, omisso priore nomine, eligerent sibi unum aliquod ex pontificum qui antè fuissent, nominibus. Item Romanus pontifex humeris hominum circunfertur: hoc inde natum quidam arbitrantur, quòd Stephanus secundus, ut populo Romano ob insignes animi uirtutes uitæq; integritate charissimus statim factus, pontifex humeris omnium prægaudio exultãtium fuerit sublatus, atq; in ædem Seruatoris ad Lateranum deportatus. Quem ritum deinceps seruarunt successores, adeò semper ueterum honorum ac pomparũ magis quàm morum tenax est posteritas. Ego tamen dixerim illud ab ethnicis pontifices esse mutuatos, quando apud Romanos cum primis mos fuit, ut prædiuites ac primarij uiri lectica seruis gestata ucherentur. Iuuenalis:

Quadriuio? cùm iam sexta ceruice feratur,

Hinc

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Hinc atq; inde patens, ac nuda penè cathedra.

Et lectica hæc Græcè dicitur hexaphorus, quia sexta cervice, hoc est, sex seruis, sicut ait Iuuenalis, ferri solebat. Martialis libro epigram. 4.

Cùm tibi non essent sex millia Cæciliane,
Ingenti latè uectus es hexaphoro.

Ius autem creandi Romani pontificis usq; ad tẽpora Constantini Imperatoris, cùm pontificatus potuit cruciatus potius dici, quàm dignitas, haud dubiè penes collegium Romanorum sacerdotum fuit. Postea paulatim cœpit eiusdẽ collegij, cum populi suffragio, ea electio firma esse, quam Constantinopolitanus probasset Imperator: idq; institutum durauit usque ad annum salutis DCLXXXV. Quo quidem tempore Constantinus quartus Imperator, sanctitate Benedicti secundi permotus statuit, ut quem iam inde sacerdotum senatus populusq; Romanus põtificem creasset, is uerè successor Petri haberetur, cùm ante id tempus, Constantinopolitani principis & Italiæ exarchi autoritate, ea sit dignitas rata habita, id quod postea haud diu est seruatum: nam cùm paucis pòst annis Gregorius tertius, ac nonnulli alij deinceps pontifices Longobardorum iniurijs pressi, nihil auxilij à Constantinopolitanis principibus haberent, ad Carolum primò Marcellum, & Pipinum, deinde ad Carolum Magnum ipsius Pipini filium Francorum reges confugere coacti sunt. Quas ob res, Leo tertius ipsum magnum Carolum fecit Imperatorem, cuius successores consueuerunt itidem pontificis electionem confirmare. Atque sic usu uenit, ut tum primum tutela Romani pontificis ab Imperatoribus Constantinopolitanis ad alios translata sit. Postremò circiter annum salutis MLIX. Nicolaus secundus concilio celebrato, pontificum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

electionem ad cardinales illos, qui, ut suprà diximus, animarum curam gerebant, tantum reduxit, idq; hodie seruatur. Quod autē per Nicolaum sancium est, scriptum leges in canonicis decretis, distinct. xxiij. Sed ea electio tam à reliquis sacerdotibus, quàm à populo Romano comprobanda erat, poteratq; optari, qui etiā illius non fuisset collegij. At utrunq; breui post tempore penè est antiquatum: nunc enim cardinales, & sine populi sacerdotumq; consensu, & cardinalem tantum faciūt pontificem Romanum: quāuis nulla lege exceptum sit, quin iure queant cuiusuis ordinis uirum pontificem creare. At ea prima, deinde altera tertiaue electionis immutatio causa fuit, suspicor, quamobrem nonnullæ ecclesiæ posthac conatæ sint pro suo iure, sine Romani pontificis autoritate, agere; quæ tamen paulatim ad officium redierē: nam Græci antistites, Simplicio sedēte, Romanum pontificem omnium caput esse ultro declararunt, qui fuit annus salutis quadringētesimus septuagesimusquintus. Is dein Ioanni Constantinopolitano episcopo id ad se honoris reuocare conanti, etiam iuuante Mauritio principe, gnauiter restitit, ac breui post recuperata prorsus dignitate, Phocæ Imperatoris iussu, est rursus princeps omnium declaratus, etsi Græcis argumentantibus eo loci debere esse Christianæ pietatis arcem, quo & imperij. Idem ut pater Rauennates episcopos ad officium reuocauit, quos iampridem Longobardorum ac exarcharum temeritas alienauerat. Item & Mediolanenses eisdem furoribus actos, post ducentos annos quàm desciuerant, ad sanitatem reduxit. Quin uel Aquileienses nonnihil sub Gregorio aberrantes, breui ad obsequium retracti, & pallij usus post centum & quinquaginta annos, quàm eo fuerant priuati, restitutus. Atque sic Romanus pon
©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

pontifex cunctarum est ecclesiarum caput, & id quidem summo omnium gentium consensu, ita ut non sit uel impijs hominibus locus iam ullus aliter somniandi, nedum disputandi relictus. Ius autem eligendorum episcoporum, sacerdotum, ac diaconorum, iam inde à principio penes apostolos, & dein apud sacerdotes ciuitatum, non sine tamen suffragio plebis, atque iudicio uicinorum episcoporum fiat. Et hunc ritum diu seruatum esse diuus Cyprianus *nõ uno in loco, & in epistola præsertim quarta ad* Felicem *presbyterum testatur, atq; inibi de ea re luculenter edisserit. Sed cùm ista lex iampridem refixerit, nihil est quod hic* Cypriani *uerba ponamus.* Episcopum *uerò ita electum cæteri prouinciæ episcopi initiabant, idq; fiebat decreto* Niceni *conuentus, quo sancitum erat, ut episcopus, si fieri posset, à totius prouinciæ, sin uerò difficile foret, tum non minus quàm à tribus initiaretur, & id non sine metropolitani autoritate. Vtrunq; hodie penes* Romanum *pontificem est: ille enim creat episcopos, & initiat, uel secundum* Nicenum *præscriptum, initiari, id est, consecrari mandat. At post hæc, creatio episcoporum in aliam formam mutata est à* Bonifacio *tertio: is enim decreuit, ut ab urbium populo sacerdotum q; cœtu eligerentur, non resragante loci principe, & pontifice* Romano *annuente his uerbis,* Volumus, & iubemus. *At illud decretum uelut nimis utique laudabile citò obsoleuit, cunctis semper in peius nostris delabentibus rebus. Postea* Imperator *de ea re consuli cœpit, sed id ius* Ludouicus Caroli Magni filius *Paschali pontifici restituit, paulò antè* Carolo *patri ab* Hadriano *concessum. Veruntamen hodie bona principum nostrorum pars illud mordicus tenet, imò non modò episcopos passim quos uolunt, declarant, renuntiant, di-*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

cunt, sine sacerdotum populiq; suffragio, sed sunt, qui suis duntaxat diplomatibus possessionem minorum sacerdotiorum tradant, quod modis omnibus Simplicius ac Gregorius uetuerunt. Imperatores uerò nostros, occidentales dico, iam inde ab initio penes Romanum Pontificem creandi potestas fuit, quando Leo tertius, sicut suprà tradidimus, Carolum Magnum Imperatorem fecit, coronaq; qua honestantur Imperatores, donauit, quam Platina diadema uocat: est enim fascia linea, qua insigni reges utuntur. Postea Ioannes duodecimus Othonem Germaniæ regem Imperatorem creauit. Et postremò Gregorius quintus, ut suam gentem, fuit enim homo Germanus, singulari quopiam beneficio afficeret, autoritatem in posterum tempus eligendi Imperatoris fecit archiepiscopis, Moguntino, Treuerensi, & Coloniensi, item Marchioni Brandeburgensi, comiti Palatino, duci Saxoniæ, & regi Boëmiæ, ut qui ab eis renuntiatus esset, Cæsar & Romanorum rex diceretur, ac deinde Imperator statim, ut electionem huiusmodi Romanus pontifex comprobasset. Fuit is annus humanæ salutis M II. *Atque sic Germani principes ius illud acquisiuerunt, quod etiamnum habent, retinent, conseruant.*

Qui primi notarios in urbe Roma constituerint, qui res martyrum gestas scriberent, & ibidem de protonotariorum ac cubiculariorum origine. CAP. XI.

AVgebatur principio assiduè inter sæuas Romanorum principum persecutiones, piorum numerus, & quò magis illa feritas debacchabatur, hoc plures quotidie eiusmodi tormenta subire non formidabant, ut iam multitudo Christianorum multò esset ipsis Imperatoribus suspectior quàm religio. Ne igitur memoria tot fortium factorum,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ctorum, quibus nunc fulget religio, instar solis & lunæ, ullo unquam tempore hominum mentibus excideret, neue posteritatem quandoq; lateret, quonam pacto illa ubique gentium propagata fuisset, Iulius primus Romanus pontifex, omnia ad rem sacram pertinentia per notarios literarum monimentis mandanda curauit. Ii ab initio fuisse uideri possunt, quos hodie protonotarios uocant, quorum officium est, res præcipuè gestas conscribere. Ab hac opinione sunt qui dissentiant: ego tamen tam pium factum Clementi malim assignare, quem constat regiones septem notarijs diuisisse, qui diligenter res martyrum gestas scriberent: sed illud postea Antherus stabilius reddidit. Quod sicut Clementis & Antheri fuit institutum, ita fieri potuit, ut successorum incuria intermissum, à Iulio postremò fuerit renouatum. Atque tale nostri protonotarij habuere principium. Reperio etiam Fabianum, qui Anthero successit, & Caium deinde regiones diuisisse diaconis, qui itidem gesta martyrum literis mandarent. Verùm hoc munus tempestate nostra, excusso scribendi onere, in ordinem abijt haud quaquam indecorum, etsi uenalis est. Sunt hodie protonotarij apostolici numero septem, qui, ut dictum est, in illud collegium pretio cooptantur. Sunt præterea extraordinarij sine numero à pontifice gratuitò creati, qui eius dignitatis priuilegijs perinde gaudent, atque alij, commodum aliud non consequuntur. Omnes equitando pileo utuntur nigro, quod introductum dixerim, ut à cardinalibus & episcopis, per hoc insigne internoscerentur, quando æquè omnes linteam togam induunt. Ita coniectare licet, cùm minimè tradatur, quando primùm petasati incedere cœperint, & eorum collegia à quo fuerint primùm uenalia facta. Item Leo primus ad res

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

diuinas intentus, cùm populus frequens ex omni parte orbis Romam *ueniæ causa concurreret, apostolorum sepulcris custodes ex* Romanis *addidit sacerdotibus, & eos cubicularios appellauit. Illud bonus pontifex ea de causa fecisse uidetur, quò augeretur pietas eo loci orantium, cùm animaduerterent diuorum reliquias non sine ueneratione seruari. Sed memoria nostra obsoleuit ista consuetudo, cùm pauci certò sciant ubi loci ipsa apostolorum ossa iaceant. Quare à sepulcris ad cubiculum pontificis custodiendum, cubicularij huiusmodi traducti dicuntur, quos* Leo x. *in collegium redegit.*

Vnde natum, cur sacerdotum ordo in uarios abiuerit minerum gradus: & de primo pallii usu, eiusq; forma, ac primordio collegii residẽtiariorum apud Anglos, & de antiquo iurandi modo, interdicendiq; contumacibus sacris. CAP. XII.

IAm inde ab initio, cùm ubiq; ferè gentiũ flamines sacerdotes præessent, et illis alij, qui archiflamines, id est, primarij sacerdotes nũcupati sunt, ad quos sacrorum omnium ratio referebatur, placuit, autore apostolo Petro, *sicut* D. Clemens *in suo* Christianæ religionis compendiario libello perhibet, *ut similiter in singulis gentium quæ religionem in posterum complecterẽtur, ciuitatibus, in locum flaminum episcopi substituerentur, et in qualibet prouincia, archiflaminis uice, unus archiepiscopus constitueretur, cui reliqui illius regionis episcopi subessent, id quod nos in historia nostra* Anglica *ostendimus in* Britannia, *quæ nunc* Anglia *est, autore diuo* Gregorio, *esse factum. Innocentius quoque, ut in decretis canonicis est, hinc nostrorum sacerdotum & episcoporum differentiam introductam affirmat. Ii archiepiscopi modò primates, modò graia uoce patriar*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

triarchæ, hoc est, patrum principes dicti, quatuor principio fuere, Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, Hierosolymitanus: postea translata Byzantium imperij sede, additus est & Constantinopolitanus. Verùm posthac ambitione paulatim modestiam è pectoribus hominum detrudente, plures creati sunt, usuq; uenit, ut huiusmodi ordini plus aliquid dignitatis ac maiestatis accesserit. Et quoniam hisce pontificibus sedes in ijs præsertim ciuitatibus quæ insigniores essent, datæ sunt, idcirco & metropolitanos uocamus, quòd unusquisq; hodie in ea præsit urbe, quæ eiusdem prouinciæ metropolis, id est, mater ac caput ciuitatum est. Primates tamen ac patriarchæ antecellunt autoritate archiepiscopis metropolitanis, sicut patet ex decreto Aniceti, qui statuit, ne episcopus crimen metropolitani sui ad alium nisi ad primatem, aut ad sedem apostolicam deferret. Eiusdem etiam decretum fuit, ne archiepiscopi nisi ex singulari titulo, primates nominarentur. Ij autem meritò patriarchæ uocantur, cæteri archiepiscopi nomnantur, uel, ut quidam uolunt, metropolitani. Hos Clemens primus pallio, cuius usum introduxit ipse primus, ornauit, uoluitq; ut eis crux præferretur, quibus nunc potissimum insignibus, ab reliquis episcopis distinguuntur. Marcus tamen pontifex instituit, ut episcopus Ostiensis, quòd ab eo Romanus consecraretur, pallio quoque uteretur. Est autem pallium uestis summa lanea & candida, cui utrinque pendent duæ fasciæ, & ad humeros circulus ductus, ac quatuor purpureis crucibus insignita est. Huius sanè insignis rationem diuus Gregorius ad Maximum episcopum Salonitanum scribens, scienter reddit, qui dicit illud humanitatem & iustitiam significare, ut ij qui illo utuntur, foris summisse se gerant, id est, mites sint, & intus ani-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mum æquum habeant, hoc est, iustitiam colant. Ex eodem quoque fonte manauit, inter reliquos initiatorum ordines, diuisio officiorum, ut archidiaconi diaconis, archipresbyteri presbyteris, & ijs omnibus præpositi uel decani quos uocant, præessent, quibus par quoque creuit honor. Hinc etiam instituta sunt collegia sacerdotum, qui in templis præsertim cathedralibus, omni tempore sacris operam darent. Hos Græcè canonicos, hoc est, regulares uocamus, ut qui ritè instituti, cæteris uiuendi normam præberent. Istorum autem collegarum abhinc CCC. & eo amplius annis, apud nostros Anglos, tempore regis Ioannis, cùm humana pariter ac diuina permista forent, diuortium factum est: sed autor sectæ non traditur, quod sciam, si non fuit discordia, quæ fortè uoluerit aliquot ex collegio pecuniosos sacerdotes pretio seiunctos alijs dominari. Id enim temporis cum Regis Ioannis edicto cuncta passim templa spoliarentur, aliqua diruerentur, sacerdotum bona prædæ darentur, facilè omnis administrorum grex dissipatus est: postea mortuo rege accidit, ut canonici ad sua redierint collegia, & eos qui primi fuerunt, oportuerit erogare pecuniam, tam ad ædes sacras sarciendas, quàm ad ea comparanda, quæ ad cultum pertinerent diuinum. Hinc igitur factum est, ut nonnulli canonici curam rerum omnium collegij susceperint, reliquis collegis forsitan suæ cauſæ indormientibus, soliq; emolumenta capere cœperint, quæ patres olim cunctis iuxtà collegis canonicis constituerint, qui suo tempore sacris operam nauassent. Ita republica collegarum in paucorum potestatem deducta, aut tunc, aut statim post, ij noui principes canonici nullos ex canonicis ab episcopo factis, in suam societatem admittebant, nisi pretio, quod partim ad sarta templorum tecta

tuen

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tuenda, partim sibi, partim uerò templi ministris partiebantur: & ut ea emptio non uideretur fieri contra ac liceret, à Romano pontifice impetrarunt, ut à uenientibus in suum nouum collegium, sine criminis nota pecuniam acciperent. Hodie qui in collegijs sacerdotum ita dominantur, uulgò residentiarij uocitantur, quòd ad templa soli maneant: nam licet alij canonici dies noctesq; in templis, ad res sacras, laborem, curam & operam impenderent, nihil tamen lucrifacerent. Durat institutum uarijs legibus ab ipsis residentibus corroboratum: sed una quidem lex illa primaria est, ut domos maximè hospitales habeant, & præsertim diuitibus, qui ad eos pro suo iure continenter confluunt, id quod inuidiam illis reprimit, cum ita mensis seruire cogantur. Atque ex eo instituto secutum est, ut bona pars canonicorum ex suis collegijs expulsa sit, quandò multi illorum seu religionis, siue paupertatis causa, nolunt, neque possunt pretium dare, qui non prohibiti dubio procul, in obeundis sacris tam libentissimè quàm diligentissimè suum officium præstarent. Quapropter haud fortasse ab re esset, si patres præscriptum canonicis quondam à collegiorum fundatoribus datum, tandem aliquando seruandum curarent, prout alibi ubique gentium, illud ipsum inuiolatum esse constat. Item ut homo homini facile semper præstat, ita expedit, ut maiora munia præsertim sacra illis deferantur obeunda, qui doctrina & uitæ sanctimonia alijs antecellunt, id quod CHRISTVS *admonuit, cùm dixit:* Homo quidam peregrè proficiscens uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua, & huic quidem dedit quinque talenta, alij autem duo, alij uerò unum, unicuique secundum propriam uirtutem. *Quapropter Antherus pontifex censuit* Episcopum, *omisso primo epi-*

scopa

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſcopatu, ad alterum neceſſitatis cauſa, & utilitatis, non ſuijpſius, ſed creditarum ouium, poſſe transferri, quod antea per decretum Nicenæ ſynodi, fieri minimè licebat. Et Antherum illud mouiſſe crediderim, quòd Petrus ea de cauſa, relicta episcopali ſede Antiochena, ſe Romam contulerit, ibiq; aliquot annos episcopatum obiuerit. Cæterùm hodie à pleriſque contrà fit, ad utilitatem ſuam, non ad ſuſceptum munus reſpicientibus, ut habeant unde ſe mollius curent, quibus haud dubiè Dominus tempore ſuo dicet, Serui mali: tollite itaque ſeruos inutiles, & eijcite in tenebras exteriores, illic erit fletus & ſtridor dentium. Cùm per hunc modum episcopi, & archiepiſcopi dati eſſent, qui in ea incumberent, quæ in ſuorum ſacerdotum rem eſſe ducerent, iusq; dicendo, reddendo'que illos regerent, Caius primus ſtatuit, ut ſacerdos ne coram iudice prophano conueniri poſſet, quò ſic cunctos deterreret, ne Chriſtos domini tangerent. At ne quiſquam fraude dolo'ue circumueniretur, Eutychianus ſanxit, ut accuſatio coram iudice ſcripto conſtaret, ſicut Cornelianum decretum eſt, ne quis à ſacerdote, niſi religionis cauſa, exigeret iuſiurandum, quod non credentibus & ſuſpicioſis faciendæ fidei cauſa, inſtitutum conſtat, cuius apud ueteres talis fuit forma. Cicero ad Appium Pulchrum: De me tibi ſic conteſtans omnes deos, promitto. Et Aeneas ad Didonem, apud Vergilium:

Funeris heu tibi cauſa fui, per ſydera iuro,
Per ſuperos. Aut per rem charam mos fuit iurare.

Ouidius ad amicam, quæ pcierauerat:

Perq; ſuos illam nuper iuraſſe recordor,
Perq; meos oculos, & doluere mei.

Item, teſte Feſto, lapidem ſilicem tenebant iuraturi per Iouem,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uem, hæc uerba loquentes: Si sciens fallo, tum me Diespiter salua urbe, arceq; bonis eijciat, ut ego hunc lapidem. Præterea nulli, *quemadmodum testatur Liuius, licebat magistratum plus quinq; dies, nisi qui iurasset in leges, gerere. Hunc pene morem pontifices nostri, reges, sacerdotes, prætores ac cæteri omnes præfecti seruant, qui ita iurant antè, quàm ad ea munera obeunda admittantur. Sed illud maximum ius erat iurandum, quod quisq; nomine fidei dabat, ita ut, teste* Dionysio, *magistratus plurimas litium disceptationes ex fide dijudicarent. Quapropter Numam Fidei deæ templum posuisse, sacraq; fieri instituisse idem tradit. Apud Hebræos talis fuit usus. Hieremias: Et iurabis, uiuit dominus, in ueritate, & iudicio, & iustitia. Hos enim, ut ait Hieronymus, iusiurandum habet comites, quibus si caruerit, periurium erit. Et Abigail uxor Nabal ad Dauid: Nunc ergo domine mi, uiuit dominus, & uiuit anima tua. Historia est in primo Regum lib. Apud nos ita iurat Apostolus, testis est mihi Deus. Sed longè usitatissimus iurandi modus est, per euangelium, quem Iustinianus Imperator, uti in eo libro est quem Authenticum appellauit, titulo de sanctissimis episcopis, instituit. Postea ita usu uenit, ut hodie qui iusiurandum iurat, coram magistratibus plurimum euangeliorum librum aut dextra manu tangat, aut osculetur dicens, Ita me Deus, & hæc sancta euangelia iuuent: quòd quemadmodum euangelium nostræ religionis fundamentum nulla de causa uiolari debet, ita iusiurandum nullo pacto frangendum sit. Quòd autem nostri pontifices solent contumaces, hoc est, superbos ac idcirco iuris contemptores minimeq; obedientes, aut delictum aliquod delinquentes excommunicare, ut uulgò dicunt, illisq; simul interdicere sacris, hoc ex Iudæis sumptum est, quorum*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rum moris fuit, eos ignominiæ causa extra synagogam, id est, congregationem eijcere, qui dicto minus audientes, contra legem, uel pontificum seu populi mandatum aliquid fecissent, quod perinde erat atque apud nos interdicere sacris: illudq; uerum esse euangelista Ioannes affirmat, scribens: Iam enim conspirauerant Iudæi, ut si quis eum confiteretur esse CHRISTVM, *extra synagogam fieret. Alludit ad illud & Paulus ad Corinthios epistola priore, cap. v. cùm iubet, ut stuprator suæ nouercæ exterminetur, quò sic pœnitendo tanti sceleris animam non amittat, ita scribens: Tradatur satanæ, ad interitum carnis, quo spiritus saluus sit, in die domini* IESV. *Hos religionis hostes diuus Cyprianus abstentos paßim appellat, quòd reliqui homines ab eis abstinere debeant: qui tamen usurpat supinum istius uerbi abstineo, minimè usitatum. Reperio hunc puniendi morem à Druidibus Gallorum sapientibus quondam usurpatum: illi enim, uti Cæsar in suis commentarijs testatur, si quis aut priuatus aut publicus eorum decreto non stetisset, sacrificijs interdicebant. Et hæc pœna apud eos grauißima, quoniam quibus ita erat interdictum, ij numero impiorum ac sceleratorum habebantur, ab ijs omnes decedebant, aditum sermonemq; defugiebant, ne quid ex contagione incommodi acciperent, neque ijs petentibus ius reddebatur, neque honos ullus communicabatur. Hæc omnia ita cum nostra religione consentiunt, ut non temerè quis crederet, nos huiusmodi deuouendi execrandiq; modum potius ab ipsis Druidibus, quàm à Iudæis esse mutuatos. Atque hoc unicum telum, terrificumq; fulmen est, quo pontifices nostri solo nutu, mortalium animas etiam ultra tartara mittunt, propter quod minus utique est in quenquam præcipitanter torquendum.*

Qui

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Qui primi instituerint, ut uirgines consecrarentur, & unde fluxerit mos uelandi caput, illudque aperiendi uiris principibus, atque osculandi pontificum pedes & manus, item osculo salutandi, ac ipsos pedes mutuò lauandi.

CAP. XIII.

QVòd uirgines sacrantur, id est, uota castitatis facientes religioni addicuntur, Pij primi præscriptum esse uidetur, quod in decretis canonicis est: Virgines non uelentur ante XXV. annos, nisi fortè necessitate periclitantis pudicitiæ uirginalis. Et non sunt consecrandæ, nisi in Epiphania, & in sabbato Paschæ, & in apostolorum natalitijs, nisi mortis causa urgente, & reliq. Porrò eam prærogatiuam apostolorum festis diebus datam aiunt, quòd illi ante omnes, uirginitatis amatores cultoresq; fuissent. Id initium fuisse monacharum, ac incrementum inde suum sensisse, declarat decretum Soteri, qui secundo loco successit Pio. Is instituit, ne monacha ulla pallam, quam uocant, attrectaret, neue thus in acerram poneret, dum sacrificia fierent. Fuit ille annus salutis circiter CLXXV. Vnde uidetur monacharum institutum iam tum apud Romanos non fuisse ignotum. Quare miror quosdam esse, qui tradant Marcellam, quæ cum Hieronymo familiaritatem habuit, primam fœminarum ausam esse illud Romæ profiteri. Verùm ab ipsis apostolis ortum uidetur, ut mulierum sacrarum congregatio in Christiana religione esse cœperit: cùm enim Paulus priore epistola ad Timotheum scribat: Viduas honora, quæ ueræ uiduæ sunt. Porrò quæ uera uidua est ac desolata, sperat in Deo. Et subijciat: Vidua eligatur non minor annis sexaginta, quæ fuerit unius uiri uxor, in operibus bonis hominum testimonio comprobata, si filios educauit, si fuit hospitalis, si sanctorum pedes lauit, si afflictis subministrauit, si in omni opere bono

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bono fuit aßidua. Item pergat: Quòd si quis fidelis, aut si qua fidelis habet uiduas, suppeditet illis, & non oneretur ecclesia, &c. Apparet uiduas ueras & desolatas, hoc est, ut Chrysostomus sentit, rerum omnium humanarum curas negligentes, spesq; suas in domino ponentes, iam tum electas, ac ecclesiæ, id est, communitatis sumptibus nutritas, & denique tales propémodum fuisse, quales nos hodie habemus monachas, excepto quòd nostræ non modò secundum apostolicum præscriptum, sexaginta annis, sed ut plurimum uiginti minores eliguntur, quæ cùm aliquando carnis titillatione impulsæ à continentiæ legibus aberrent, profectò religio non mediocre inde damnum sui honoris facit. Quippe ideo Apostolus, teste Ambrosio, in lib. de uiduis, iuniores uiduas minus recipiendas in numerum ecclesiæ uiduarum decreuit, quòd illæ haud facilè possent præstare officia, quæ ad ueras uiduas pertinerent. Hinc perspicuè intelligere licet, iam tum cœpisse fœminas per hunc modum Deo dedicari, & apostolos primùm, ac deinde nostros pontifices exemplo Vestalium uirginum, introduxisse fœminarum religionem, ut uterque sexus domino in castitate famularetur. Sicuti uelare caput, secundum apostoli sententiam est, qui ad Corinthios ait: Omnis uerò mulier orans aut prophetans, non uelato capite, dehonestat caput suum. Vnde Linus ex mandato Petri constituit, ne qua mulier nisi uelato capite, templum ingrederetur: quod uidetur ab Hebræis accepisse, quorum pontifici non licebat caput aperire, dicente Mose: Pontifex caput suum non discooperiet. Vel à Latinis sacerdotibus mutuatus, ut per hoc quoque sic eorum ritus ad honestiores uerteret usus. In sacrificijs enim, quemadmodum ait Plutar. in problema. Itali, autore Aenea, obnubebant caput, quòd is cùm rem

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rem diuinam faceret, prætereunte Diomede, qui, teste Seruio, Palladium quod ex oraculo iussus erat reddere Troianis, tunc referebat, ne cognitus interrumperet sacrificium, caput uelauit, atq; ita conspectum hostis euitauit. Commemorat rem hanc Maronianus Helenus in 3. Aeneid.

Et positis aris, iam uota in littore solues,
Purpureo uelare comas adopertus amictu,
Ne qua inter sanctos ignes, in honore Deorum
Hostilis facies occurrat, & omnia turbet.
Hunc socij morem sacrorum, hunc ipse teneto,
Hac casti maneant in religione nepotes.

Cæterùm apud Arabes & Carthaginienses, fœminæ non modò religionis, sed honestatis causa, caput & faciem uelabant, quod uelamen pro galea illis esset. autor Tertullianus, qui de ea re librum scripsit. Magistratibus uerò & alijs potentioribus caput aperimus, tanquam omnia nostra illis patêre debeant. Idem Plutarch. autor. Hinc haud dubiè nobis mos est, & orare aperto capite, & superiores reuereri, id quod Apostolus uoluit dicens: Omnis uir orans, aut prophetans uelato capite, probro afficit caput suum. Hæc ille. Sed ad rem redeamus. Est igitur sacrandarum monacharum institutum multò uetustius, quàm quæuis alia monachorum religio: est item excellentius: quippe nulla, ut ait Augustinus de bono uirginali, uirgo sacra nascitur, nec est hæc proles carnis & sanguinis. Si harum quæritur mater, religio est. Non parit uirgines sacras, nisi uirgo sacra, uirgo illa, quæ desponsata est uni uiro, id est, CHRISTO. Talis uirgo sacra fuit Petronilla, talis Cæcilia, talis Agnes. Postea in collegia coiuere, ac sanctissimis uiuendi legibus à patribus acceptis, uitam uirginitate dignam agere cœperunt. Mos deosculandi pedes pontifi-

t cum,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

cum, ne longè exempla petamus, à CHRISTO præceptore nostro cœpit. Is summus sacerdos & pontifex maximus tulit, ut mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, sicut testis est Lucas, sibi pedes primùm flens lachrymis rigaret, capillisque tergeret, ac deinde deoscularetur, ueluti apud Hebræos mos fuerat Christos domini uenerari. Voluit item proculdubio Cornelius Centurio pedes apostoli Petri osculari, sed pater mansuetudinis plenus id fieri non est passus, qui eleuans eum sibi ad pedes iacentem, dixit: Surge, & ego ipse homo sum. O uocem memorabilem, atque salutarem, si bene multi hodie sese quoque homines tantum esse perpenderent, qui propterea quòd sacerdotio præditi sint, planè se reliquorum mortalium, longè post hominum memoriam imperiosissimos dominos præbent, non communes patres, uti fieri deberet. Ita usu uenit, ut nos pontificum nostrorum pedes exosculemur: illudq; institutum à Romanis pontificibus dixerim, quò mos ille osculandi antiquus à deorum etiam cultoribus seruatus, ad ueram pietatem usurparetur. Perinde quandoque expedit, ad alliciendos hominum animos ad ueram religionem, ut quod apud illos honori antea fuerat, non tollatur penitus, sed sanctiore instituto ad consimilem adhibeatur cultum. Nam, ut Plutarchus testatur, sacerdotibus Romanis nec habere nec petere magistratum permittebatur, lictore tamen & sella curuli utebantur, ut ijs deliniti ultra non quærerent: in templis prope ianuam lecticam habebant, tanquam custodes & refugium: pedes ijs reliqui osculabantur. Quin & alijs summis uiris id genus honoris habebatur, cuius rei testis est Seneca, scribens Caium Cæsarem porrexisse ad osculandum sinistrum pedem Pompeio Pœno, ut ita ostenderet socculum auratum, margaritisq; distinct

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſtinctum. Idem Pomponius Lætus *affirmat, ita ſcribens:* Imperatores *antea manus exoſculandas nobilibus præbebant, pòſt ſuis manibus ſubleuabant ad oris oſculum, uulgus genua exoſculabatur.* Diocletianus *edicto ſanxit, uti omnes ſine generis diſcrimine, proſtrati pedes ſibi exoſcularentur, quibus etiam ueneratione quandam adhibuit, exornans calceamenta auro, gemmis, & margaritis, quod feciſſe antea* Caium Caligulam *memorant.* Is *honos hodie* Romano *pontifici fit, qui adeuntes ſe ad ſacra pedum oſcula admittit: cæteri uerò antiſtites dexteram manum auerſam adeuntibus religioſè oſculandam porrigũt, quod uel ab ethnicis ſumptum conſtat.* Plinius *enim libro* X I. *dicit religionem aliquam eſſe in dextera, quæ in fide porrigitur, quæ oſculis auerſa appetitur.* Teſtatur *idem* Apuleius *libro* Aſini *ſui ſecundo, ubi cùm de propheta* Aegyptio *meminit, ait:* Et *cum dicto iuuenem quempiam linteis amiculis intectum, pedesque palmeis baxeis indutum aduſque, deraſo capite producit in medium, huius diu manus deoſculatus, & cætera.* At *contrà faciebant* Numidiæ *reges, qui teste* Valerio Maximo *more gentis ſuæ, nulli mortalium oſculum ſerebant.* Solemus *inſuper & oſculo ſalutare, id quod antiquum eſt, quandò ſatis conſtat* Hebræos *ſic conſueuiſſe in oſculum excipere hoſpites, atque hoc pacto ſalutare adeuntes ſe.* Ad *hunc modum* Iacob *ut uidit puellam* Rachel, *ore eſt prius oſculatus, quàm illi indicaret ſe eius eſſe amitinum.* Et Laban *pater ipſius* Rachel *ut uouit* Iacob *filium* Rebeccæ *ſororis ſuæ, complexus eſt eum ruens in oſculum.* Sic CHRISTVS *ſalutantes ſe oſculari ſolitus erat, ſic* Paulus *beneuolentiæ animorumq; charitatis oſculo ſalutandum cenſuit, qui in extrema ſecunda epiſtola ad* Corinth. *ſcripſit:* Salutate *uos*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mutuò ſancto oſculo. Hinc ego dixerim apud Romanos inſtitutum fuiſſe, ut mulieres cognatos ore oſcularentur: cuius rei etſi Plutarchus in problemat. alias ponit cauſas, quòd mulieribus Romanis uini uſus interdictus eſſet, & idcirco ne bibentes latêrent, ſed domeſticorum congreſſu redarguerentur, oſculandi conſuetudinem introductam. An quòd mulieres Troianæ cùm ad Italiæ littus acceſſiſſent, & uiri ad unum omnes in terram deſcendiſſent, naues incenderunt, quia ſe iam diuturni laboris pertæſas maris tæderet, quæ metu deinde uirorum pauidæ, oſculando ac blandè appellando mitigaſſent eorum animos, ſibi que reconciliaſſent? Hinc manſit poſtea conſuetudo, ut hac inter ſe comitate uterentur, fuitq; præcipuum cognationis ſignum, poſt cognatorum connubia lege prohibita: quod nunc ubiq; gentium ſeruatur, & præſertim apud Anglos, quorum mulieres non cognatos modò, ſed quoſcunq; generatim oſculo tantum ſalutant, reſalutantq;, & illud quidem prioribus, uti dicitur, labris, tam decentiſſimè quàm honeſtiſſimè faciunt. At quæ regio ſunt ſanguine editæ, non oſcula inferioribus libant, ſed manum auerſam porrigunt, perinde ac uiri inter ſe ſalutationis cauſa, ſolent dextram iungere dextræ. Quòd ſacerdotes ante diem feſtum paſchæ ſibi inuicem, quodq; prophani qui ſuperiores ſunt, inferioribus pedes lauant, id fuit etiam CHRISTI *inſtitutum, qui ut humanitatis documentum omnibus præberet, apoſtolis pedes eodem die lauit, quibus, prout Ioannes commemorat, & dixit: Vos uocatis me magiſter & domine, & bene dicitis, ſum etenim. Si ergo ego laui pedes ueſtros dominus & magiſter, & uos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodum ego feci uobis, ita & uos faciatis. Quod inſtitutum manſit*

poſt

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

postea cum osculandi ritu, & utrunque commemorat Tertull. lib. ad uxorem altero.

Qui primi apud Romanos instituerint sacerdotes flamines, uirgines uestales, pontificem maximum, salios, feciales, patrem patratum, regem sacrificulum, augures, epulones, fodales, Titios, & aruales, ac singulorum officia, & quæ procurarent sacra, & de primo lectisternio, atque librorum Sibyllinorum origine. CAP. XIIII.

FLamines, id est, sacerdotes, Numa Pompilius secundus Romanorum rex instituit: is enim rex creatus nihil prius habuit, quàm præferocem populum ad pacis & iustitiæ cultum à rei bellicæ studijs auertere, sacrisq; obligare. Itaque primum constituit annum ad cursum lunæ, digestum in duodecim menses, uti alio est loco à nobis dictum, festosq; deinde dies: flaminem unum Ioui creauit, qui dialis est dictus, eum insigni ueste curuliq; sella ornauit. Is mortua uxore, ut ait Plutarchus in problema. sacerdotio se abdicabat, uelut alter censor uita priuato collega, magistratu abibat. Non uehebatur equo, neque noctem unam extra urbem manebat, ut si longius profectus esset, ne sacra, eius absentia negligerentur. Item iurare eidem minimè licebat, eò quòd tormenti quoddam genus sit homini libero iusiurandum, præsertim sacerdoti, cui cùm diuina credita sint, paruam habere fidem, absurdum censetur. Vtinam utrunquè nostri attenderent episcopi in primis, qui ad suum munus fungendum haud semper præstò sunt, propter quòd res religionis meliore in casu minus sunt: & nostri magistratus, qui uolunt pro re etiam minima, sacerdotes iureiurando adigere, cum ijs in primis illud tantum fari liceat, Est, est, non, non. Sed domum repedemus. Duos deinceps Numa adiecit flamines, Marti unum, alterum Quirino. Plutarchus huius rei autorem facit Romulum,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

aitq; ab eo flamines Ioui & Marti, non à Numa creatos: cui opinioni Liuius minimè assentitur. Hos ab insigni quod capite gestabant, quasi filamines dictos existimant quidam, alij à pileis quasi pilamines: sed insula quæ illorum capitibus hærebat, quæ flamina, ut Dionysius scribit, est dicta, ijs uerius quàm uox alia nomen dedit. Item uirgines uestales Numa legit. Quæ sacra in Italiam per Aeneam adducta fuerunt. Vergilius:

Sic ait, & manibus uittas Vestamq; potentem,
Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Vestam matrem Saturni, & alteram ex Ope filiam ferunt: de hac uirgine Ouidius in fast.

Semine Saturni tertia Vesta fuit.

Et modò eam ignem ponit, dicens:

Nec tu aliud Vestam quàm uiuam intellige flammam.

Modò terram:

Sic incesta perit, quia quam uiolauit, in illa
Conditur, & tellus Vestaq; numen idem est.

Bene conuenit, ut Vesta terra sit, & ignis, quia terræ inclusus est ignis, id est, naturalis calor, quibus cuncta producuntur. Posuit illi templum Albæ Ascanius. Fuit & Romæ ædes inter Palatium & Capitolium, forma penè sphærica, qua terra pingitur, constituta. Tradit Aulus Gellius, primæ quæ huiusmodi sit adhibita ministerio, Amatam nomen fuisse, ac propterea reliquas deinceps omnes Amatas appellatas: dicíq; non electas, neque creatas uestales, sed captas, eò quòd capiebatur à pontifice de manu patris uestalis uirgo: neque capi poterat minor annis sex, neque maior decem, & quæ ex seruis nata, aut corpore manco, sensu'ue diminuto foret. Romæ primo Gigania & Berenia captæ, mox totidem additæ, Camilia & Tarpea. Huic numero

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mero Seruius Tull. duas nouissimè adiecit. Hæ decem primos annos sacrorum ritum perdiscebant, totidem deinde operam dabant sacris, tertio decennio rudes & nuper captas instruebant: postea uerò si qua id ætatis nubere uoluisset, fas erat, alterum mallet sequi. Cæterùm quandò illis quæ coniugium secutæ fuissent, malè uertisset, plures ad mortem usque in religione perseuerabant. Stipendium ijs Numa de publico statuit, & eas denique perpetua uirginitate alijsq; cærimonijs uenerabiles fecit: carpento uehebantur, magistratusq; illis assurgebant, ac fortuito occursu, sontem supplicio eximebant: ignem perpetuum seruabant, qui si per incuriam extinctus esset, custos flagro à pontifice maximo cui suberant, cædebatur. Si qua incesti conuicta esset, ante ora ciuium, mœsto silentio efferebatur, uiuaq; circa Collinam portam, in subterraneum specum dimissa, terraq; statim superiniecta necabatur. Atque hoc sacerdotium Alba oriundum per hunc modum fuit Romæ instauratum. Pontificem præterea maximum Numa Martium Marci filium ex patribus creauit, cuius potestati omnia sacrorum iura subiecit, ac quibus hostijs, quibus diebus, ad quæ templa, sacra fieri oporteret, formulam docuit, constituitq; eum, teste Festo, iudicem ac arbitrum rerum æquè diuinarum ut humanarum. Fuit id, credo, certum portentum, quo est significatum, urbem Romam postremò perinde pontificia maiestate, qua nunc latè patet, gentibus moderaturam, atque olim potentia imperasset. Idem Gradiuo Marti duodecim sacrauit salios, tunicæq; pictæ insigne dedit, & super tunicam, æneum pectori tegumentum, cœlestiaq; arma, quæ ancilia appellantur, ferre, ac per urbem ire canentes carmina, cum tripudijs solennique saltu, unde nomen traxerunt, iussit. Videtur

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Numa in hoc, uelut in plerisque alijs, Hebræos æmulatus: legimus enim Dauid ante arcam fœderis saltando processisse. Ancile scutum breue ac rotundum, regnante ipso Numa, è cœlo lapsum in sæuientis pestis remedium, uulgò crediderunt. Ouidius in Fastis:

Ecce leui scutum uersatum leuiter aura
Decidit, à populo clamor ad astra uenit. Et infert:
Atque ancile uocant, quod ab omni parte recisum est,
Quaq; oculis spectes, angulus omnis abest.

Et cùm aruspices respondissent, illic fore orbis imperium, ubi ancile illud consisteret, diligentia Numæ ne ab hominibus unquam auferri posset, à Mamurio fabro multa similia facta sunt, & in templo Martis posita. Inter tot sacros ordines, posuit & feciales sacerdotes, quibus id dedit negotium, ut Romani nullum iniustè bellum inferrent cuiquam. Cneus Gellius annalium scriptor id ab Ardeatibus prodidit acceptum, alij ab Equiculorum gente. Satis constat Numam bellum Fidenatibus indicturum ob excursiones in Romanum agrum factas, ne non omnia ritè fierent, feciale ius, & collegium postremò constituisse. Ij si qua per iniuriam Romanis adempta essent, repetebant ab hoste: quæ si minus reddita essent, bellum composito ad id carmine indicebant. Pari potestate petentibus iustè res, dabant sontes ad supplicium, legatorum iniurias uindicabant. Ad hos item pertinebat, fœdera iure percussa tueri, pacem sancire, eandem si minus legitimè pacta esset, irritam facere, & si quid Imperator uel exercitus deliquisset, scelus expiare. Feciales autem à fero siue à faciò dicti, quòd apud eos belli pacisq; ferendæ seu faciendæ ius esset. Fuit & sacerdotium Patris patrati, qui Romæ ad iusiurandum patrandum, hoc est, ad fœdus sanciendum elige

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

eligebatur: fecialis eum faciebat, uerbena caput capillosq; tangens. Primus Romæ fecialis Marcus Valerius patrem patratum Spurium Fusium fecit. Post exactos reges, cœpit rex sacrificulus creari, is primus fuit Manius Papyrius, qui ne in re ulla regis præsentia desideraretur, ea sacra obibat, quæ reges facere consuessent. Et id sacerdotiũ pontifici maximo subiecere, ne quid regium nomen recenti libertati officeret. Erant præterea augures, de quorum origine alibi diximus. Epulones qui indicendi Ioui cæterisq; dijs epulas potestatem habebant, ueteres pontifices instituere: nam, ut inquit Cicero, pontifices propter multitudinem sacrificiorum, tris uiros epulones esse uoluerũt, qui triumuiri epulones appellabantur. Iis postea præpositus est rex sacrorum, id est, sacrificulus. Additi deinde fuerunt alij tres uiri, qui sacris libris legendis, carminibusq; Sibyllæ præessent. Isti, quoties prodigia magnos aliquos rerum euentus auspicantia emergerent, lectisternijs ad puluinaria deorum factis, sacris supplicijsq; placabant, qui & sodales Titij uocabãtur, sic septem uiri epulones dicti sunt. Hos Titios sodales, autore Cornelio Tacito, Romulus initia cùm Tito Tatio societate, primus creauit. Idem primus, uti Plinius perhibet, aruales sodales instituit, seq; inter alios, duodecimum fratrem appellauit, ut arua fruges ferrent: & propterea eius sacerdotij insigne fuit spicea corona. autor Gell. Sacra quæ istiusmodi sacerdotibus in primis curæ essent, hæc fuisse reperio, lupercalia, saturnalia, de quibus alibi meminimus. Bonæ deæ, quã alij aliam fuisse dicunt, sacra in Auentino in eius templo fiebant, ad quæ uiri non ingrediebantur. Floralia deæ Floræ pridiæ calendas Maij dicata. Hanc Liuius & Dionysius meretricem fuisse tradunt, cui ut deæ ob id magnus est habitus honos,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quòd populum Romanum fecisset hæredem, quæ et fructibus cunctis præesse credebatur: colebatur autem à meretricibus cum coronis & uestium uarietate, temporis lætitiam florumq; significãtibus. Terminalia, quòd Numa rex Ioui Terminali lapides sacrasset, terminosq; posuisset in agris, quò unusquisq; suis finibus contentus esset. Romani postea eius pietatis monimenta diu seruarunt, terminos ipsos deos uocãtes, ut fidos agrorum finium custodes: quibus sacrificabant, non animal ullum immolantes, nam impium ducebãt sacros cruẽtare lapides, sed liba fructuumq; primitias offerentes. Vinalia, quæ causa uini, sicut robigalia cunctorum, circiter VII. calendas Maij celebrabantur, quia tunc robigo segetes solet occupare. Bacchanalia, quæ nos suprà lib. 3. & Liuius dicit ex senatusconsulto, ut bonis moribus pestifera, Roma expulsa fuisse: noctu enim fiebant, ubi nudus uterque sexus impurissimè commiscebatur. Cerealia Cereris deæ sacra, quæ Triptolemus primus instituit. Sacerdotes uestibus utebantur albis, & noctu cum facibus currebãt, uinum non bibebant. Insuper & ieiunium institutum quinto quoq; anno, prodigiorum causa. Ouid. etiam à Venere abstineri dicit, quòd castitati præsit. Solitaurilia, quum tribus hostijs diuersi generis, taurro, ariete, & uerre immolabatur. Festum diem septimontium Plutar. in problematibus ponit, cùm septimus mons est urbi quasi tum demũ finitæ additus. Quinquatria, quæ Mineruæ calendis Martij V. dies fiebant, quo tempore, ut testatur Hieronymus, munus Minerua appellatum, pueri quando uocabant, magistro offerebant. Item quinquatres minores eidem Mineruæ sacri, Idibus Iunijs, quando tibicines personati per urbem incedebãt, ut illi qui aliàs ebrij Tybure Romam reducti fuissent, indicarentur personati

esse

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

esse inter alios ignotos. Ouidius:

Cur uagus incedat tota tibicen in urbe,
Quid sibi personæ, quid toga longa uelint?
Callidus ut possit specie numeroq; senatus
Fallere, personis imperat ore tegi,
Admiscetq; alios, ut & hunc tibicina turba
Augeat, in longis uestibus ire iubet.

Ac plura alia festorum dierum genera uana superstitione obseruabãtur, quæ exponere nimis omnino otiosum foret. Erant & ludorum uaria genera, ut Circenses, gladiatorij, Megalenses, ita dicti, quòd in honorem Magnæ matris deorum fiebant, Græci enim μέγα magnum dicunt. De ijs Herodianus in Commodo ita scribit: Veris initio stato solenniq; die, pompam Matri deûm Romani celebrabant: in ea quæ apud quenque sunt diuitiarum præcipua, suppellexq; pleraque imperatoria materiæ aut artis spectandæ præferri ante deam solent, paßimq; omnibus ludendi licentia permissa, sic, ut personas induant quas cuique libitum, nullamq; non magistratuum quoq; imaginem, prout cuiusq; studium repræsentent, ita ut non temerè à falsis ueros dignoscas, &c. Sed pro hominum salute, ludi in primis seculares celebrabantur, cum lectisternijs, quorum initium dæmonum utiq; malorum operatione factum constat. Siquidem Valesius quidam uir locuples, tribus quos habebat filijs pestilentia laborantibus, dum ante focum suos penates orat, ut saluis pueris in suum caput id mali uertatur, ecce tibi, uox repentè audita, filios saluos fore, si Terentum duxerit, ibiq; ex Ditis patris & Proserpinæ ara petita aqua recrearit. Pater quamuis anxius, quòd lõgius sibi eundum esset, tamen ex sua uilla ire pergit, alteraq; nocte ad campum Martium per Tybrim delatus, cùm in

naui

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

naui non esset ignis, iubetur à gubernatore ire Terentum ad locum proximum: qui audito Terenti nomine, iam certò sciens eò se peruenisse, quò deorum uocaret oraculum, aquam calefacit, datq; bibendam pueris. Illi epota aqua, salutari quiete sopiti, continuò omni morbo liberantur, uocatoq; parenti narrant se à dijs adiutos, admonitosq; ut eo loci mactatis suruis, id est, nigris hostijs, lectisternia ac ludi nocturni ad aram Ditis & Proserpinæ fierent. Valesius maiorem in modum gauisus incipit primo quoque die terram fodere aræ erigendæ causa, sed ibidem reperta sub terra ara, Diti patri & Proserpinæ inscripta, hostias mox immolat, tribusq; continuis noctibus, quia totidem filij morbo leuati fuerant, lectisternia atq; ludos facit, aramq; terra obruit, prout antè fuerat. Post hæc Valerius Publicola, qui primus fuit Romæ consul, idem sacrum ægrotantibus succurrendi gratia celebrasse dicitur, sed non solenni pompa. Ex quo Liuius libro 5. de ijs ludis ita scribit: Tristem hyemẽ grauis & pestilens omnibus animalibus æstas excepit, cuius insanabilis perniciei quandò nec causa nec finis inueniebatur, libri Sibyllini ex senatusconsulto aditi sunt, duumuiri sacris faciundis lectisternio tunc primùm facto, per dies octo, Apollinem, Latonamq; & Dianam, Herculem, Mercurium, atq; Neptunum, tribus quam amplissimè tum apparari poterat, stratis lectis, placauere. Priuatim quoq; id sacrum celebratum. Lectis enim antiqui cubantes epulabantur, aut deorum iræ placandæ causa, in templis conuiuia concelebrabantur tribus dijs, Ioui, Iunoni, & Mineruæ: & simulacrum Iouis in lectulo ponebatur, Iuno uerò & Minerua in sellis consedebant, siquidem fœminæ cum uiris cubantibus, autore Valerio, sedentes cœnitabant. Ita septem epulones conuiuia celebrabant

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bant ad deorum puluinaria, quæ lectisternia appellata sunt. Et hæc origo lectisterniorum, atque ludorum secularium, qui ita uocati sunt, quòd semel in uno seculo (est enim seculum C. annorum spatium) fierent, tametsi mos non semper seruatus est. Iam oportet demonstrare, & unde illi libri Sibyllini, de quibus suprà facta est mentio, ad Romanos allati fuerint, quos summa religione iuxtà ac obseruātia custodiebant, & cùm dij publicè consulendi essent, ad eos libros tanquam ad oraculum quindecimuiri adire solebant. Itaq; Dionysius lib. 4. scribit anum quandam incognitam tulisse libros nouem ad Tarquinium Superbum, affirmātem esse eos deorum oraculis plenos, dixisseq; uelle se uendere non minus trecentis Philippeis aureis, & rege rem ludibrio habente, illam tres coràm combuſsisse: ac rursus pro reliquis idem pretium postulantem, rege tum magis anus insaniam deridente, tres alios exuſsisse, atque iterum rogasse ut pretium daret, tum regem miratum constantiam mulieris emisse libros tres: &, quia anus accepto pretio nusquam postea uisa est, iam tum creditum, eam Sibyllam fuisse, cui, quemadmodum poëta ait, magnam mentem animumq; Delius inspirasset uates: nam Sibylla dicta est, quòd Dei nosset consilium, σίος enim lingua æolica Deus uocatur, βολὴ autem consilium. Curabant & Apollinares ludos, qui, teste Liuio, libro decadis tertiæ quinto, primùm instituti sunt bello Punico secundo, uoti Apollini ob uictoriam adipiscendam, hoc est, ad expellendum Annibalē ex Italia. Data sunt prætori XII. millia æris, ad rem diuinam, & duæ hostiæ maiores, ac iussum, ut Græco ritu sacrum facerent Apollini, boue aurato, & capris duabus albis auratis: Latonæ boue fœmina aurata, & in circo maximo populus coronatus ludos spectaret, atque matronæ

supp

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſupplicarent, uulgoq; apertis ianuis, & in propatulo epularentur, quò dies celeber omni cærimoniarum genere fieret. Plebei conſtituti poſt exactos reges, pro plebis libertate, ſeu pro reconciliatione, poſt ſeceſſum ab ea factum in Auentinum montem. Et demum id genus permulti fuere, qui penitus obſoleuerunt. Tantum ex omnibus, uſque ad hunc diem, durant taurij ſiue taurilia ludi apud portam Tergeminam quotannis celebrati, qui prius, ſicut tradit Varro, in circo Flaminio edebantur, &, autore Feſto, inſtituti dicuntur, quòd regnante Tarquinio Superbo, magna incidiſſet peſtilentia in mulieres grauidas, quæ contracta fuerat ex carne taurorum diu uendita populo: ob hoc ludi taurij dicti, & dijs inferis dicati ſunt. Habebant inſuper & conuiuiorum celebrationes, quæ aut erant conuiuia pontificalia, quæ in ſacrificijs à ſacerdotibus parabantur: aut triumphalia, quæ poſt victoriam Imperator uel dux populo dabat: aut funebria, ut ita honor haberetur demortuo. Dabantur item uiſcerationes, id eſt, caro cruda, congiaria, & mißilia, quæ ſpargebantur, ut puta uelaria, linea, odores, unguenta, cùm alijs temporibus, tum maximè ſaturnalibus in theatro, ut Suetonius in Caligula: Sparſit & mißilia uariarum rerum.

Atque tale fuit apud Romanos rerum ſacrarum initium, quarum bonam nos partem accepimus, uti appoſitè per nos explicatur.

LIBRI QVARTI FINIS.

POLY

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

POLYDORI VERGILII VRBINATIS DE INVENTORIBVS RERVM LIBER V.

Vnde nostris consuetudo sit festis diebus exornare templa, ac in illis offerre cereas imagines, tabellasq; miraculorum ponere, item conuiuari, cum quis præsertim sacerdos primam celebrat missam. CAP. I.

VPERIORE *uolumine, quo deniq; pacto christiana religio propagata fuerit inter mortales, & de initio sacerdotij apud Hebræos & Romanos, ac nouissimè apud nos, & illud in quot officiorum gradus abiuerit, abundè explicauimus: nunc autem peregrinos ritus ab ethnicis, id est, gentibus non Christianis (ἔθνος enim gens dicitur) acceptos, atq; reliqua persequemur, quæ nostri iam suscepti sunt muneris. Cùm igitur multa ab Hebræis, & non pauca ab Romanis cæterisq; ethnicis ad nos instituta manauerint, poscit locus, ut appositè ea perinde commemoremus, quæ ab his acceperimus: atque minimè conuenit tacita relinquere, quæ ab illis simus mutuati, cùm præsertim illa ipsa meliora fecerimus, ad melioremq; usum adhibuerimus. Sunt itaque multi ritus propè germani, ex quibus & hic est.* Porrò *apud nos festis diebus templa & domus nuptiales aulæis exornantur: lauro, hedera, alijsq; festis frondibus uestiuntur fores, ac uestibula coronantur, sparguntur q; floribus. Quæ hercle omnia ipsi idolorum cultores antea seruabãt.* Vergilius:

Nos delubra deûm miseri quibus ultimus esset

Ille

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Ille dies, festa uelamus fronde per urbem. Et alibi:
Et uarijs florentia limina sertis.

Item Iuuenalis testatur:

Postibus & densos per limina tende corymbos.

Lauros quoq; adhiberi solitas causa gaudiorum, indicat, cùm ait:

Pone domi lauros, duc in capitolia magnum
Cretatumq; bouem. Tradit idem Tertull. Quid, quòd Martinus primus Romanus pontifex hæc eadem, quæ in canonicis decretis, cau. 26. quæst. 7. scripta leges, & testatur, & uetat? Consimiliter ritus offerendi cereas imagines, ab ijsdem est profectus: cùm enim Pelasgi, teste Dionysio Halicar. quem etiam alibi super hac re citauimus, sedibus pulsi Dodonam peruenissent, ibi accepto responso, quo admoniti sunt, ut Siculorum continentem terram quærerent, in Latium demum post multos errores uenientes, in lacu Cutilliensi enatam deprehenderunt insulam, quam Cotilliam nominarunt. Hoc igitur quasi omine suscepto, has sibi prædictas esse sedes didicerunt, pulsisq; inde Siciliensibus incolis, regionem ipsi tenuerunt, decima prædæ secundum responsum Apollini consecrata: erectoq; Diti sacello, & Saturno ara, illum humanis capitibus, hunc uirorum uictimis placare se existimabant, propter oraculum, in quo erat:

Et capita inferno, & patri transmittite lumen.

Saturni sacra, ut quidam uolunt, saturnalia nominantes. Post hæc ferunt, Herculem cum Geryonis pecore per Italiam redeuntem, suasisse illorum posteris, ut faustis sacrificijs, infausta mutarent, offerentes Diti non hominum capita, sed oscilla ad humanam effigiem formata, quasi parua ora, ut pars pro toto foret: & Saturni aras non mactatis uiris,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uiris, ſed accenſis cereis excolentes, quia φῶς non ſolùm uirum, ſed etiam lumen ſignificat. Inde ergo ualuit conſuetudo, ut ſaturnalibus, & cerei mißitarentur, & ſigilla, id eſt, oſcilla, arte fictili fingerentur, ac uenalia exponerentur, quæ homines pro ſe ac ſuis piaculis Diti & Saturno offerrent. Hæc quodammodo noſtra uaticinabantur ſacra: nam ſic & nos eadem ex cera ſigillaria, hoc eſt, imaguncula templis offerimus, & oſcilla: quoties enim pars aliqua corporis læſa fuerit, utputa manus, pes, mamilla, ſtatim uota facimus Deo, & eius diuis, quibus mox recuperata ſanitate, illam manum, illum pedem, illam mamillam ex cera formatam offerimus. Quæ conſuetudo ſic increbuit hactenus, ut iſtiuſmodi ſigillaria ab hominibus ad reliqua animalia tranſierint: ſanè ſic pro boue, ſic pro equo, ſic pro oue, oſcilla templis ponimus: in qua re quiſpiam uerecundè ſcrupuloſus fortaßis dicet, ſe planè neſcire, an nos priſcorum religionem potius uel ſuperſtitionem æmulemur, cùm talia Chriſtianæ eccleſiæ rectores etiamnum admittant: quandò autore Catone de re ruſtica, ſic Romanorum moris fuit, pro bobus, ut ualerent, uota facere, cuius rei modum ualde mehercule ridiculum ille ibidem ponit. Hinc etiam conſentaneum eſt fluxiſſe, ut nos quoq; cereos offeramus, illisq; accenſis cœlicolas colamus, ſicuti ad Saturni aram eſt factitatum, quod præſertim in feſto purgationis uirginis die obſeruatur, ut quaſi ipſi cerei ſint apud nos loco agni anniculi, columbarum & turturum, quæ munera Moſes conſtituit à puerperis luſtrico die ad templum deferenda. At uſus penſilium lychnorum, ſiue, ut Seruio placet, lychinorum, hoc eſt, lucernarum uel lampadum, quas uocant, à lucernis uenißſe uidetur, quas Moſes in tabernaculo accenſas ſeruari inſtituerat. Quòd uerò

u tab

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tabellas in templis affigimus, quibus miracula inscripta sunt, ut ea ad posteros testatiora sint, hoc ex Græcis est, apud quos, teste Strabone, libro geograph. 8. mos fuit in templo eius dei qui auxiliatus esset, & præsertim Aesculapij, quod Epidauri insigne erat, tabellas appendere, in quibus morbi sanati erant inscripti. Sic à Romanis sumptum est, ut & sacerdotes pariter atque prophani, diebus festis conuiuia non ternis aut senis ferculis, sed uicenis, si fieri poßit, suis præbeant amicis. Quinetiam iam ita usu uenit, ut non censeatur esse festus ac solennis dies, nisi sit opiparo comitatus conuiuio. Est & illud ab ijsdem ethnicis, ut sacerdotes nostri cùm primùm rem diuinam faciunt, hoc est, primam celebrant missam, consacerdotes & amicos conuiuio accipiant, eundemq; diem non minus religiose quàm natalem colant, uti auspicatò sacerdotalem introitum adeuntes: & id quidem non immeritò, quoniam ex illo uita tantum, ex hoc uerò uita sancta producitur. Ita apud ueteres, idem dies quo quis sacris initiabatur, natalis sacrorum appellabatur, religiosoq; ientaculo celebrabatur. Vtrunque Apuleius libro asini undecimo, testificatur, cùm ita scribit: Ex hinc festißimum celebraui natalem sacrorum, & suaues fuerunt epulæ, & faceta conuiuia, dies etiam tertius pari cærimoniarum ritu celebratus, & ientaculum religiosum. Cæterùm nostri iam inde à principio consueuerunt in templis die cœnæ domini epulari, testis Tertullianus, qui in apologetico, & libro ad uxorem secundo de ethnico, ait: Quis enim coniugem suam ad dominicum conuiuium dimittet?

Vnde apud nostros moris sit, spargere pecuniam in populum, dare epulum & strenam, ducere choreas, edere spectacula, exire Calend. Maii in agros, currere Cal. Martiis

per

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

per arua cum faculis accensis, & per dominica natalitia ministrum quempiam facere dominum, ac ante initium quadragesimæ induere personas. CAP. II.

PRæter ea quæ proximè exposuimus, ex eodem ethnicorum luxuriæ fonte manauit, ut cùm coronatur Romanus Pontifex, Imperator, & rex, alijsue principes aliquo insigni honestantur honore, mos sit spargere in populum, non uestes, non unguenta, id quod Romanos Imperatores factitasse superiore capite ostendimus, sed numos argenteos, uel aureos, quò sic futuræ liberalitatis signum ab inita statim dignitate appareat. Solent simul epulum, hoc est, publicum conuiuium ciuibus, & præsertim in nuptijs, dare, quod ueteres præcipuè Romani siue in triumphis, siue in ludis, siue in funere ad sepulcrum, pro hæreditatum facultatibus facere consueuerant. Iuuenalis:

Vnde epulum possis centum dare Pythagoreis.

Et Tranquillus idem passim attestatur. Est haud dubio procul et ab ijsdem usus dandi strenam, id est, munus quod in principio anni, boni ominis gratia datur: quandò idem Tranquillus scribit, equites Romanos solitos fuisse quotannis strenam Augusto Cæsari in Capitolio etiam absenti Calen. Ianua. conferre, quod hodie etiamnum apud nos ubique seruatur, diuerso tamen modo. Itali enim summi uiri dant infimis, in Anglia uerò inferiores deferunt strenam superioribus, & regi cuncti principes, qui tamē dantibus aliquid contrà donat, quò liberalitas ut boni ominis nuntia mutuò communicetur. Quod etiam sine munere, eum primum anni incipientis diem, more ueterum, ut est testis Plin. lætis precibus nobis uicissim faustum generatim ominamur. Item imitamur & nauiter ipsos priscos in psallendo saltandoq; , nam illi ita in statiuis ferijs factitabant,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bant, testis Vergilius:

Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Idem: Immemores nostri festas duxere choreas.

Morem autem eiusmodi choreas ducendi Liuius ab Hetruscis ad Romanos profectum dicit. Sed & hæc omnia Zacharias pontifex simul testatur, simul prohibet: Si quis Calen. Ianuarij ritu ethnicorum colere, uel aliquid plus noui facere propter nouum annum, aut mēsas cum lampadibus, uel epulas in domibus præparare, & per uicos & plateas cantatores & choreas ducere ausus fuerit, anathema sit. Scriptum leges hoc præscriptum in decretis cano. causa, quam suprà in consimilem rem adduximus. Verùm quàm belle seruetur, ex eo licet existimare, quòd nunc nulla alia de causa, sit gratior festus dies iuuentuti, quàm ut otium sit ad choreas ducendas, & id cum primus apud Italos. Solemus uel more priscorum, spectacula edere populo, ut ludos, uenationes, palæstras, cursus hastarum, equorumq; ad metam è carceribus, recitare comœdias, item in templis uitas diuorum ac martyria repræsentare, in quibus ut cunctis par sit uoluptas, qui recitant, uernaculam linguam tantum usurpant. Sic olim apud Romanos in primis, in theatris poëtarum recitabantur poëmata, in amphitheatris bestiarum, gladiatorumue ludicra fiebant, uarijq; per urbem ludi, quibus plebs oblectaretur. Est item consuetudinis, ut iuuentus promiscui sexus lætabunda Calend. Maij, exeat in agros, & cantitans inde uirides reportet arborum ramos, eosq; ante domorum fores ponat, & denique unusquisq; eo die aliquid uiridis ramusculi uel herbæ ferat, quod non fecisse pœna est, præsertim apud Italos, ut madefiat. Hæc uel à Romanis accepta uidētur, apud quos sic Flora cunctorum fructuum dea mēse Maio lasciue colebat

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

lebatur, sicut suprà diximus. uel ab Athenienſibus ſunt, quòd illi in fame in templo delphico, ἐρεσιώνῃ, id eſt, ireſionem ponebant, hoc eſt, ramum oliuæ, ſiue lauri, plenum uarijs fructibus, autor Herodotus. Sic nos tunc eo anni tẽpore, cùm uirent omnia, quaſi per hunc modum, fructuum ubertatem ominamur, ac bene precamur. Item in Vmbria præſertim inſigni regione Italiæ, unde nos oriundi ſumus, conſuetudo eſt, ut quotannis pridie Calen. Martias, id eſt, ea nocte quæ primum diem menſis Martij præcedit, crebros paſſim faciant ignes, & pueri facibus, quæ ex arundinibus iam aridis ut plurimum fiunt, accẽſis per arua currant, ut precantes fœcunditatem agrorum, tum terra iam fœtum parturiente. Quod acceptũ dixerim ab ipſis quoq; Romanis, qui quaſi per manus talia nobis ſacra, ſeu celebritates, uel obſeruationes tradiderunt: illi enim, ut antea oſtendimus, cerealia Cereri ſacra colentes, cum facibus noctu currebant, quòd Ceres ipſa gerendis fructibus, prout Ciceroni placet, & nos alibi docuimus, præſit, & quaſi Geres nominata ſit. Eſt et illud ab iiſdem ad poſteros profectum, quamobrem nunc per dominica natalitia, noſtri miniſtri poteſtatem in dominos habeant, atque unus eorum dominus creetur, cui cuncti domeſtici ſimul laſciui & hilares pareant, unà cum ipſis dominis, hoc eſt, patribus familiás. Siquidem hanc libertatem ſerui apud Romanos, uti in Iuſtini epitome eſt, ſaturnalibus habebant. Inſtitutum hoc apud Anglos præcipuè cuſtoditur. Sed aliud fuit olim apud gentes ſeruorum nomen, quod bellorum leges attulerant, ubi capti eſſent: nos autem Dei benignitate ac prouidẽtia liberi ferè omnes ac fratres, autore CHRISTO, uniusq; ciuitatis Dei ciues ſumus, ac propterea quos habemus domi miniſtros, ſerui appellandi non ſunt, nedum ha-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bendi, quod permulti impudenter faciunt. Atq; hoc libertatis munus uni Christianæ religioni duntaxat acceptum referre debemus. Post hunc, alius paris propè lasciuiæ ludus ad nos transijt: nam ut illi in quinquatrijs minoribus, & megalensibus, personati per urbem ludendo incedebãt, ita nostri morẽ induendi personas non uno uel altero die, nec sacrorum causa, sed turpi insaniendi studio, duos continuos menses ante quadragesimæ initium, stolidè seruant, sub quibus inuecterata iam delirandi licentia, sexcenta flagitia quotidie faciunt, & illud impunè, perinde quasi eo modo cuiq; liceat esse scelerato, nihil'ue maleficij credatur commutti, si uera hominis facies non uideatur, perinde ac non pateamus etiam Deo, quem nemo ambigit, fandi atque nefandi iustum esse iudicem, qui & improbos pœna, & probos præmio semper afficiat. Vna omnium regionum Anglia eiusmodi personatas belluas hactenus non uidit, nec quidem uult uidere: quandò apud Anglos, in re hac præ alijs certè sapientiores, lex est, ut capitale sit, si quis personas induerit. Et quia sub idem tempus, illud ieiunium quadragintasex dierum nobis anniuersarium indicitur, ideo quotannis cuncti ubiq; gentium in nostro Christiano orbe, studiosius solito ganeatis uescuntur cibis, & non parum multi quibus præcipua uentris cura est, ad uomitum saturantur, quasi expleturi futuram esuriginem, cùm tamen eorum etiam intemperatior futura sit abstinentia: nam quamuis ab esu panis & carnium abstineant, bellarijs se farciunt, & azymum panem pro fermentato deuorantes, de ieiunio gloriantur. Sic peccata undique accumulant, ne aduentante pascha, uacui aut frustra ad suos sacerdotes adeant, à quibus per confessionem maleficiorum onere leuandi sunt. Et hæc omnia ex Romanorum

Baccha

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Bacchanalibus ad nos fluxisse dixerim.

Vnde fluxerit mos ungendi sacerdotes & reges, item baptizatos, id est, confirmandi, ac morbo periculosè laborantes. CAP. III.

CVm Moses *tabernaculum ædificaret, fuit illi à Deo præceptum, ut sacrum conficeret unguentum, quo ipsum opus unà cũ uasis, ac simul sacerdotes et reges perungi possent, qui uocarentur ad sacerdotium, uel regnum. Quo facto, usus inde increbuit, ut quemadmodum olim* Romanis Imperatoribus *indumentum purpuræ insigne fuit regiæ dignitatis initæ, sic* Hebræis *unctio sacri unguenti nomen ac potestatem regiam conferret. autor* Lactantius. *Quapropter* Aaron *& filij eius primùm à* Mose, *postea* Saul *primus* Hebræorum *rex à* Samuele *propheta unctus est. autor* Iosephus, *lib. antiquitat. 6. Dumq; Saul puerum præmisisset, sumens propheta (de* Samuele *loquitur) uas olei super iuuenis caput effudit, eumq; complexus ait: Esto tu rex constitutus à Deo, &c. Ita mos inoleuit, ut hoc deinde modo tam reges quàm sacerdotes consecrarentur, quibus propterea summa ab omnibus haberetur reuerentia, ut charioribus* Deo, *dicente domino Psal. centesimo quarto,* Nolite tangere CHRISTOS *meos, & in prophetis meis nolite malignari.* Vocat Christos *peruncto s, hoc est, reges & sacerdotes.* Docet Cyprianus *huius rei mysterium:* Hoc oleo, *inquit, antiquitus sacerdotes sacrabantur, & reges: & ipsi altarium lapides delibuti, spiritalẽ intelligi uolebant sacris mysterijs inesse pinguedinem: & sicut oleũ fluentibus & humidis quibuslibet superfertur, ita excellentia sacerdotalis & regiæ dignitatis secundũ formã Dei & Christi, sub se omnia continens, regimen & munimen tam actiuæ quàm contempla-*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tiuæ uitæ obtinet. & reliqu. Manauit & ad posteros huiusmodi regum atq; sacerdotum consecrationis ratio, qui nunc apud nos similiter sacro perunguntur chrismate, etsi longè alijs cærimonijs, prout à patribus institutum est. Sic Christiani omnes cùm baptizantur, sic ædes cùm sacrantur, unà cum calicibus, chrismate linuntur, quod primùm diuus Sylueſter, teste Innocentio tertio, in epistolis decretalibus, fieri præscripsit. Sed iam ad CHRISTI *unctionem ueniamus. Solet à studiosis quæri, quonam pacto* IESVS *fuerit unctus, et à quo: quam sanè rem cùm Eusebius in historia nõ minus uerè quàm doctè explicet, idcirco placuit eius uerba subijcere, ut rei plus fidei esset, quæ hæc sunt: Qualiter* CHRISTVS *effectus sit, Dauid testatur dicens: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Sic indicat, quòd unctus sit Deus à Deo, non oleo communi, sed oleo lætitiæ: nec sicut participes eius, id est, illi qui in imagine præcesserãt, sed præ participibus eius. Per oleum uerò lætitiæ in sacris literis, mystico sensu spiritus sanctus designatur. Sed de pontificatu eius, idem Dauid alio in loco tale aliquid arcanis designat eloquijs, tanquam ex persona patris de filio pronunciantis: De uĕtre inquit, ante luciferum genui te. Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternũ, secundũ ordinĕ Melchisedech. Hic autem Melchisedech sacerdos fuisse Dei summi refertur, sed quia non oleo communi perunctus, neq; ex succeßione generis susceperit sacerdotium, sicut apud Hebræos mos erat, ideo secundum ordinem eius sacerdos futurus dicitur Christus, qui non olei liquore, sed uirtute cœlestis spiritus consecretur. Hæc Eusebius. Diuus quoque Hieronymus disserens locum psalmi, Nolite tangere*

Chri

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Christos meos, quem suprà citauimus, si modò Hieronymi sint commentarij in omnes psalmos scripti, de eadẽ re perbellè docet, aiens: Erubescant ergo Iudæi, qui dicunt, quoniam si non aliquis ungatur regali unguento, non potest Christus uocari: hoc enim dicunt, quoniam dominus noster non est Christus, quia non est unctus unguento regali. Ecce ante legem, patriarchæ non uncti regali unguento, Christi dicuntur. Christi autem sunt, qui spiritu sancto unguntur. Ergo & dominus noster iustè uocatur Christus, & reliqua. Origenes itidem latè meminit de hac Christi unctione, in Homil. XII. super Leuiticum. Iam liquidò constat, quod exponere polliciti sumus. Chrisma uerò Græca uox est, & idem Latinè est, atque unguentum, ἀπὸ τῆς χρίσεως, quæ est unctio. Fiebat autem ex myrrha electa, ireo, cinamomo, & calamis, qui, teste Plin. in Arabia, India, & Syria, odorati nascuntur, quæ simul contusa oliuarum oleo miscebantur, sic unguentum suauissimum conficiebatur, quo Moses ipsos sacerdotes & tabernaculum illiniens purgauit. autor Iosephus lib. 3. Antiquit. At nostri ex oleo & opobalsamo, quod est, ut idem Plinius libro 12. tradit, balsami arbusculæ succus, chrisma faciunt, quod Fabianus Pontif. decreuit, ut quotannis renouaretur in cœna Domini, uetus combureretur. Quidam qui de ijs rebus minus scitè scribunt, hunc errorem non animaduertunt, arbitrantes balsamum succum esse, non arborem, quod omnibus odoribus præfertur, uni terrarum Iudææ concessum. Dioscorides etiam in Aegypto nasci ait. Lignum uerò balsami xylobalsamum nuncupatur. Quòd autem episcopi baptizatos postea chrismate inungunt, id Clementis primi præceptum est, qui iusserat infantes à baptismo statim confirmatum iri, ratus non esse perfectum Christianum,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

qui illud ſacrum per incuriam, non inuitus prætermiſiſſet. Et hoc ea ratione fit, ut in eos per impoſitionem manus pontificis, ſpiritus ſanctus infundatur uberius: quod ab apoſtolis fieri cœptum, in Actis teſtatur Lucas, ſcribens: Cùm autem audiſſent apoſtoli qui erant Hieroſolymis, quòd recepiſſet Samaria ſermonem Dei, miſerunt ad eos Petrum ac Ioannem, qui cùm deſcendiſſent, orauerunt pro ipſis, ut acciperent ſpiritum ſanctum, nondum enim in quenquam illorum illapſus fuerat, ſed baptizati tantum erant in nomine Chriſti IESV. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant ſpiritum ſanctum. Atque hoc initium fuit confirmationis, quæ à ſolo epiſcopo adminiſtratur in hunc planè modum. Primùm quòd infantis nomen ſit, rogat: poſtea in fronte eius circunducit ſuo pollice ſignum crucis, ungendo chriſmate, dicens, uerbi gratia: Paule uel Paula ſigno te ſigno crucis, & cõfirmo te chriſmate ſalutis, in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, ut replearis eodem ſpiritu ſancto, ac habeas uitam æternam. Amen. Poſtremò alteram infantis malam leuiter manu tangit: ſi uerò ſit adultus, grauius uerberat, ut eius myſterij reddatur perpetuò memor, dicens, Pax tecum. Sic quoque ab iiſdem apoſtolis uſus ungendi periculosè laborantes manauit, dicente Euangeliſta Marco, cùm de diſcipulis loquitur: Egreſſi prædicabant, ut pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eijciebant, & ungebant oleo multos ægros, & ſanabant. Hinc igitur apparet natum, ut hodie oleo, non admiſto opobalſamo, animas ex morbo agentes ungantur. Cuius rei meminit & beatus Iacobus in epiſtola ſua, unde quidam malunt illum morem ungendi ægrotos manaſſe. Ea ratione poſthac Felix quartus mandauit, ut morientes ungerentur.

De

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

De initio coniugii sacerdotalis apud Hebræos, & quando illud occidentalibus sacerdotibus interdictum fuerit.

CAP. IIII.

POscit locus, ut antequam ad alia transeamus, aliquid appositè de initio coniugij sacerdotalis speciatim dicamus. Itaque Hebræis studium in primis fuit propagare genus, quò fortasse orbis, qui post diluuium habitatoribus uacuus erat, oppleretur hominibus. Mansit & ea cura posteris, quamobrem, ut ait Augustinus de bono coniugij, fas ijs esset plures habere uxores. Arguit idem, quòd eorum legumlator Moses omnibus æquè coniugium concessit, ipsis etiam sacerdotibus, ne naturali mulierum coniunctione priuati, ad minus licita temerè prolaberentur. Propterea si qua mulier non genuisset, probro habebatur: quod Anna Helcanæ uxor dolens, sicut in principio primi Regum libri legitur, uouit domino Samuelem filium, priusquam conciperet. Sed ad Mosen redeo. Is autore Iosepho, libro Antiquitatum tertio, capite XIIII. constituit, ut sacerdotes uxores ducerent, etiam viduas, que neque captiuæ, neque ancillæ, neque quibusuis de causis per factum diuortium, repudiatæ à prioribus uiris essent: summo uerò pontifici uoluit uirginem nuptum dari. Et hæc apud Hebræos, matrimonij etiam sacerdotalis ratio fuit, quam ab omnibus obseruari oportere seruator noster demonstrat, dicens: Scriptum est, propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carnem unam. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Nostris autem sacerdotibus apostolus in primis Paulus (quia Deus, uti Cyprianus ait, continentiam suadet, non iubet) modum contrahendi matrimonij præscripsit, ita ad Timotheum scribens: Oportet igitur

episc

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris maritum. Et *paulò inferius*: Diaconi *sint unius uxoris mariti. Sic complexus est omnes sacris initiatos ordinibus. Quod episcopis est concessum, illud ipsum & presbyteris datum, quandoquidem ex testimonio* Hieronymi *alibi diximus, olim episcopos uocitari presbyteros.* De *subdyaconis siletur, quorum tunc ordo haud sacer erat. Item Sylueſter primus gradus in ordinibus sacerdotalibus constituit, ut unusquisque uno tantum ordine contentus esset, & unius solum uxoris uir.* Est *operæpretium audire quosdam ex nostris theologis superstitiosè uerecundos, detorquere hunc locum ad rem familiarem moderandam, affirmantes per hæc Apostolum significare, episcopum non debere nisi unum habere episcopatum, & presbyterum itidem unum sacerdotium possidere. Super qua re* Hieronymus *ad* Oceanum *ita disserit: Quidam coactè interpretantur, uxores pro Ecclesijs, uiros pro episcopis debere accipi, & hoc in Nicena quoque synodo à patribus esse decretum, ne de alia in aliam ecclesiam episcopus transferatur, ne uirginis pauperculæ societate contempta, ditioris adulteræ quærat amplexus, & reliqua. Sed multò futilius nuptias detestantur atq; perhorrescunt, nec uolunt credere* Paulum *locutum esse uxori, cùm scripserit: Sanè rogo & te compar germana adiuua eas, & cætera.* Id *quod rectè quadrat, ut mulieri mulieres commendentur.* Nec *obstat quod* Hieronymus *ad* Eustochium *scribens aliter sentire uideatur, nempe sic decuit, ut uirginis auribus utcunque multorum exemplis uirginitatem inculcaret.* Et *denique* Apostolum *uirginem prædicant, ex eo potissimum quod dixit,* Nam *uelim omnes homines esse, ut & ipse sum: cùm* Apostolus *per hæc innueret, se iam à complexu & commercio uxoris abstinere,*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nere, & mente & corpore castum esse: quod uel Augustinus de bono coniugij declarat, dicens: Sed noui quosdam, qui murmurant: Quid, inquiunt, si omnes uellent ab omni concubitu abstinere, unde subsisteret genus humanum? Vtinam omnes hoc uellent, duntaxat in charitate, de corde puro, & conscientia bona, & fide perfecta, multò citius Dei ciuitas compleretur, & acceleraretur terminus seculi. Quid enim aliud hortari apparet Apostolum, ubi ait: Velim omnes esse, ut & ipse sum? aut alio loco: Hoc autem dico fratres, tempus breue est, superest ut qui habent uxores, tanquam non habeant. hæc Augustinus. Arguit Paulus ita se fecisse, dicens: An non habemus potestatem sororem mulierem circunducendi, sicut & cæteri apostoli, & fratres domini, & Cephas? Appellat uxorem Paulus sororem, quòd eam iam loco sororis haberet: quamuis Hieronymus aduersus Iouinianum, hunc locum magis piè quàm ex re ipsa tractet, quippe qui intelligi uult eas mulieres, quæ secundum Iudaicum morem ex suis facultatibus quod opus erat magistris administrabant, sicut Sunnamitis Helisæo suppeditarat, quod omnino à sancti uiri mente non dissonat. Sed propositum sequamur. Testatur idem Clemens Alexandrinus episcopus, quem Eusebius libro Ecclesiasticæ historiæ tertio citat, & ait: Sed & Paulum non tædet Apostolum, in quadam epistola sua mentionem uel salutationem facere comparis suæ, quam se ideo negat circunducere, ut ad prædicationem Euangelij expeditior fiat. Affirmat illud idem Ignatius Antiochenus episcopus, qui cum Paulo uixit. Si dubitamus adhuc, audi quæ idem Clemens aduersus hosce scrupulosos sanctos, qui nuptias spernunt, scribat: An & Apostolos improbant? Petrus etenim ac Philippus & uxores habuerunt, & filias etiam

uiris

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uiris nuptum dederunt. Et sequitur: Aiunt beatum Petrum cùm uidisset uxorem suam duci ad passionem, gauisum esse electionis gratia, & post eam proprio nomine appellantem dixisse: O coniunx memento domini. Sed ecquid est, cur in re clara moremur? quandò Paulus ita ad Titum scribit: Huius rei gratia reliqui te in Creta, ut constituas presbyteros per singulas ciuitates. Si quis est sine crimine, unius uxoris uir, habens filios fideles. Hæc ille. Hunc igitur apostolicum contrahendi matrimonij ritum diu seruatum constat. At postea res adstricta est, ea quidem ratione, ut sacerdotibus & diaconis liceret uirginem habere uxorem, quæ si prior naturæ concessisset, nequaquam fas esset uiro alteram ducere: sin illa superstes foret, tum uidua perpetuò secundos non contaminaret hymenæos. Sic uirgines nubebant, spem & uotum uxoris semel transigentes, & adhærebant ad unum maritum, & maritus ad unam uxorem, ut ad unum corpus, unamq; uitam, nec ulla cogitatio ultrà, ne'ue longior cupiditas esset. Græci eiusmodi nuptiarum morem hodie retinent: nam cùm olim, teste Gratiano, distinctione XXXI. habita Niceæ synodo, quæ prima fuit, quam terra uidit Græcia, agitatum esset, ut sacerdotes, diaconi & subdiaconi, se cum uxoribus non amplius commiscerent, reclamante in primis Paphnutio antistite ex Aegypti partibus, uiro sancto ac cœlibi, qui iam tum, ut ex historia Russini constat, miraculis clarebat, illud non aliud esse, nisi præbere cùm uiris tum mulieribus peccandi occasionem: unicuiq; postremò data fuit facultas, utrum mallet sequendi. Ita sacris initiati matrimonium continuarunt. Post hæc sextus conuentus, qui nouissimus & celebratissimus fuit, orientali populo, autore eodem Gratiano, uiuendi regulam præscripsit, ac demum permisit sacerdotes,

diaco

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

diaconos atque ſubdiaconos, uxores habere, quas priuſquam ſacris initiarentur ordinibus duxiſſent. Verùm quēadmodum decet, ut ſacerdos manus abſtineat ab omni macula peccati, qui ſemotus intra templum, uſibus ſacerdotalibus, ac Dei miniſterio uacet, cùm præſertim eſt ſacrificium facturus, quò dies & noctes meditetur de lege domini, qui ait: Sancti eſtote, quia & ego ſanctus ſum dominus Deus uester: ita pari ratione, in eadem ſynodo decretum fuit, ut ſacerdotes cum diaconis & ſubdiaconis, rem diuinam uiciſsim facerent, aut in templis adminiſtrarent, & unuſquiſque ſuæ uicis tempore, religionis cauſa ſecubaret. Quod ab Hebræis ſumptum conſtat, id etiam quod Apoſtolus præcipit, dicens: Ne fraudetis uos inuicem, niſi ſi quid ex conſenſu, pro tempore, ut uacetis ieiunio, & orationi, & rurſum ad idipſum conueniatis, &c. Quin & ethnici religionis cauſa, à fœminæ complexu ſecubare ſolebant, in ſacris præſertim cerealibus. teſtis eſt Ouidius. At occidentalibus paulatim eſt connubium abrogatum. Syricius enim primus ſacerdotibus & diaconis, ut ait Gratianus diſtinctione octogeſima ſecunda, coniugio interdixit, qui circiter annum ſalutis humanæ, CCCLXXXVII. *ſedere cœpit. Idem inſtituit, ut quicunque aut uiduam, aut ſecundam duxiſſet uxorem, ab ordine ſacerdotali pelleretur: ſic per hoc uoluit, ut deinceps digamus ad officium ſacerdotis non admitteretur, prout ſuprà commemorauimus. Pelagius ſecundus deinde ſtatuit, ut ſubdiaconi uel uxores à ſe ſepararent, uel illis contenti, ſacerdotiorum poſſeſſione cederent: & cùm neutrum admiſiſſent, iuſsit, ut omnino uxores, exemplo poſt homines natos importuniſsimo, ab ſe ablegarent. Verùm id decretum Gregorius, qui Pelagio ſucceſsit, iniquum cenſuit, ut Euangelio*

contra

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

contrarium, quod iubet uxorem stupri causa tantum dimittit: & idcirco sanxit, ut nullus amplius fieret subdiaconus, nisi se castè uicturum prius promisisset, quò sic cunctis legem continentiæ imponeret. Voluit, opinor, Gregorius minores coërcere, ut illorum exemplo, maiores ex Syritij decreto, mox sua sponte matrimonia spernerent. Eò quoque pertinet, cùm in suo dialogo laudat presbyterum quendam, qui presbyteram suam, id est, uxorem, ut sororem abstinendo coleret. Cæterùm non tenuit quempiam tum primùm ista Gregoriana lex, sicut antea Calisti decretum non est seruatum, quem idem Gratianus autor est, primum sacerdotibus uniuersis indixisse cœlibatum. Alij id Eugenio post Gregorium attribuunt. Præterea illud ipsum cùm Meldensi synodo, tum Carthaginensi est magno omnium consensu statutum, sicut in canonicis Decretis distinctione trigesima secunda & octogesima quarta legimus. Ita alijs denique super alijs promulgatis legibus, non ante pontificatum Gregorij septimi, qui anno salutis, MLXXIIII. est pontifex creatus, coniugium adimi occidentalibus sacerdotibus potuit. Quod uerissimum esse, testatur Leo nonus, qui paulò ante istum Gregorium sedem tenuit apostolicam, ita aduersus quendam abbatem nomine Nicetam, scribens: Omnino confitemur, non licere episcopo, presbytero & Diacono propriam uxorem causa religionis abijcere à cura sua, sed ut ei uictum & uestitum largiatur, ac non ut cum illa carnaliter ex more iaceat, sicut & sanctos apostolos legimus fecisse, beato Paulo apostolo dicente: An non habemus potestatem sororem mulierem circunducendi? Hæc ille apud Gratianum. Sed ne plura, ut, contrà atque nostrum est institutum, ne uideamur res potius definire, quàm earum initia prodere. Illud tamen dixerim, tantum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tum abfuisse, ut ista coacta castitas illam coniugalem uicerit, ut etiam nullius delicti crimen maius ordini dedecus, plus mali religioni, plus doloris omnibus bonis impresserit, inusserit, attulerit, quàm sacerdotum libidinis labes. Proinde forsitan tam è republica Christiana, quàm ex ordinis usu esset, ut tandem aliquando ius publici matrimonij sacerdotibus restitueretur, quod illi sine infamia sanctè potius colerent, quàm se spurcissimè eiusmodi naturæ uitio turpificarent. Quod ne id accideret, summæ etiam ueteribus curæ fuisse constat: quandò apud Romanos flamen dialis, uti suprà demonstrauimus, ea de causa, mortua uxore, sacerdotio se abdicabat, quia uita sacerdotis non modò deberet esse quamcastissima, uerumetiam omni turpioris intemperantiæ suspicione carere.

Qua ratione ab initio inter mortales matrimonium fuerit contractum, & intra quos cognationis gradus tam apud illos, quàm pòst apud nos: ac ibidem, an ulli unquam per leges licuerit, plures simul habere uxores, & ius connubii filiorum esse in potestate parentum, atque unde mos sit, ut puerperæ purgentur. CAP. V.

VT suprà de sacerdotali coniugio est non intempestiuè explicatum, sic hoc loco de reliquorum Christianorum, deq; contrahendi modo aptè differendorum, quò inducendis uxoribus pateat, quotus necessitudinis gradus legitimus sit, quandoue uxorum multitudo fuerit interdicta. Itaque iam inde à principio orbis, cœpere fratres & sorores inter se matrimonio iungere, cùm non haberent remotiorem propinquitatem, cum qua copularentur. Vnde contigit ut Adam unus homo, simul pater, simul socer esset: & Eua eius uxor similiter utrique liberorum sexui & mater & socrus. Durauit usque eò hæc apud Hebræos coniugij ratio, dum paulatim charitas effecit, ut homines

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quibus cordi esset concordia, diuersarum necessitudinum uinculis necteretur, ne unus in una multas haberet, sed singulæ diffunderentur in singulos, ac sic ad societatem uitæ studiosius conciliandam, plurimæ necessitudines plurimos complecterentur. Hinc denique ad consobrinas & neptes, ad alias q; minus propinquas transitum est. Sic Abraham Saram ex Aram fratre neptem in matrimonium duxit: sic Iacob Lyam et Rachel filias Laban auunculi: sic alij alias postremò nullo sibi genere propinquas. Fuit tamen illis curæ, teste Augustino de ciuitate Dei libro x I. propinquitatem, ne propaginum ordinibus se sensim dirimens longius abiret, & propinquitas esse desineret, nondum procul locatam rursum matrimonij uinculo colligare, & quodammodo reuocare fugientem, quò per id, in una familia uel tribu opes in perpetuum remanerent. Ac ideo de suo genere uirorum & fœminarum paria iungi uoluit Moses, dicens: Omnes uiri ducant uxores de tribu & cognatione sua, & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipiant, ut hæreditas permaneat in familijs. Hoc scriptum leges in Numeris. At nunquam licuit plures simul habere uxores, uetante Domino ac dicẽte Adam primo parenti, cui Euam copulauit uxorem: Propterea deseret homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carnem unam. Sic Deus per unum par hominum, hoc est, maris & fœminæ, uoluit coniugium confici. Verùm uti mulierum inopia in causa fuit, quamobrem fratres à principio sibi sorores coniugio sociarint, sic paucitate populi factum uidetur, ut Hebræorum quidam propagandæ sobolis studio, plures interdum uxores simul habuerint: primus q; eam legem uiolare ausus fuerit Lamech, qui, ut in Geneseos libro est, duas simul habuit in matrimonio fœminas, cuius postea
©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

postea complures extiterunt imitatores. Quod facinus diuus Augustinus ita diluit, disserens: Obijciuntur Iacob quatuor uxores, quia mos erat, crimen non erat. Sicut patriarchæ coniugibus accipientibus semen suum miscebantur, non concupiscentia perficiendæ uoluptatis, sed prouidentia propagandæ successionis: sic Apostoli auditoribus admirantibus doctrinam suam condelectabantur, non auiditate consequendæ laudis, sed charitate seminandæ ueritatis. Hactenus ille. Tertullianus uerò lib. ad uxorem primò, ait id factum, ut esset quod noua lex rescinderet. Et Chrysostomus homilia LV. in genesin, de ea re scribit: Tum enim quia principia erant, permissum fuit cum duabus, uel tribus, uel pluribus uxoribus misceri, ut humanũ genus propagaretur, & pietas incrementum acciperet. At CHRISTVS aduenienS omnem illam ueterem consuetudinem aboleuit. Vides, quomodo non oporteat consuetudinem prætexere, sed quod iustum est inquirere, &c. Inde par est credere, ad Barbaros eum ritum manasse, qui, uelut suprà ostendimus, singuli binas plures q; pro opibus, uxores ducebant, quod Saraceni ex Mahumeti præcepto turpiter seruant. Sed ad propositum redeamus. Postremò Moses moderaturus nuptijs, statuit, ne quisquam primo uel altero cognationis gradu propinquam duceret uxorem, ut ipsa necessitudo libidine concumbendi non turparetur, quam Ethnici eo modo maximè inquinabant: nam Medi, Arabes, & plerique alij, sicut in primo huius operis uolumine, cùm de matrimonij origine prodidimus, est demonstratum, sorores cum matribus ductabant uxores. Romani uerò neptes ad ultimum sibi copulabant, eius q; rei initium Plutarchus in problem. ponit, scribens: Superioribus enim temporibus qui se aliqua necessitudine attigissent, uxores

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

non ducebant, quemadmodum nec nunc quidem sorores, Sed non ita pridem factum, ut neptes uxores ducere permitterent. Vir quidam sanè pauper, cæterũ bonus & cum primis popularibus acceptus, cùm neptem cui dos ampla esset relicta, in matrimonium accepisset, locuples ex eo & copiosus factus est: eius rei accusatus, iudicio multitudinis absolutus est. Plebiscitum deinde factum, ut in ducendis uxoribus, ad neptes usque ascendere liceret, superiore necessitudine prohibita. At nostris, quorum iustitia secundum præceptum Christi, plus quàm pharisæorum, nedum aliorum, abundare semper debuit, modus contrahendi matrimonij multò honestior est datus, quo per mulieres & honore & potestate augerentur, si multos habere uiderentur affines, ut'ue ne barbarico more singuli plures ducterent uxores, aut nulla habita propinquitatis ratione, cum quibusuis mulieribus sese matrimonio iungerent, ne'ue libidine fortè flagrantes puellas spe connubij ad stuprum illectas uiolarent, ac mox optati compotes cùm remotis arbitris fidem dedissent, eas desiderio fraudare uolentes, pacto stare, quod sæpe fit, negarent. Itaque primò apostolus uxorum multitudinem interdixit, ad Corint. scribens: Attamen propter stupra uitanda, unusquisque suam habeat uxorem, & unaquæque uirum suum habeat. Deinde Fabianus, teste Gratiano, præter illos duos gradus, primum & secundũ per Mosen prohibitos, primus tertio & quarto nostris interdixit, quo deinceps nemini fas esset, mulierem affinitate coniunctam citra quintum gradum, uinculo sibi coniugali sociare, propterea quòd est nescio quid naturalis uerecundiæ nobis innatum, quò facilè abhorreamus ab eiusmodi propinquorum colligatione, corporum commiscendorum causa. At Iulius deinde ut populo Christia-
no
©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

no arctiores paulatim morum limites poneret, prohibuit, ne usque ad septimum gradum matrimonia contraherent: quod & diuus Gregorius comprobauit. Ad extremum uero cùm istiusmodi patrum seueritas efficeret, ut in sua iam quisque ciuitate minus connubium sibi inueniret, cogeretur q; per hoc, aut à finitimis petere, aut illis dare, unde hæreditas sæpenumero distraheretur, placuit Innocentio tertio, Christiani populi commodo tempestiuè prouidere. Is enim Fabiani decretum iampridem antiquatum reuocans, statuit ut cunctis dein in perpetuum liceret eas in matrimonium ducere, quæ neq; cognationis, neq; affinitatis gradu primo, altero, tertio & quarto ipsos attingerent: quod hodie ritè seruatur. Extat id Decretũ in libro decretalium epistolarum 4. eo capite, cuius principium est, Non debet. Est etiam modus inter cognatione, quam dicunt spiritualem, copulatos, positus à Theodato pontifice, qui primus sanxit, ne quis eam puellam duceret uxorem, quam ex baptismi fonte leuasset pater. Est & ex quadam honestate à Gregorio, & post eum ab Alexandro tertio statutum, ne sponsam fratris relictam, frater in matrimonio haberet, ne Hebræorũ uideretur imitatio, apud quos, ut frater fratris sine liberis mortui uxorem duceret, sobolis suscipiẽdæ atq; perpetuandæ causa, fas erat. Item Euaristus primus decreuit, incestum haberi cõnubium, cui sacerdos non adfuisset, consecrasset q; illud, ac nisi puella à parentibus solenni more uiro desponsa foret. non nemo Sotero id assignat. Sic nuptiarum arbitrium iam inde ab initio in parentum potestate fuit, quandò Moses de ea re ita sanxerat in Exodo statuens: Si seduxerit quis uirginem nondum desponsatam, dormierit q; cum ea, dotabit eam, & habebit uxorem: si pater uirginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

dotis, quam uirgines accipere consueuerunt. Sic filius Thobiæ Saram, tradente Raguel patre puellæ, duxit uxorem. Talia ethnici quoque seruabant, uel teste Terentio, qui in sua Andria facit Simonem patrem parantem nuptias filio Pamphilo ualde inuito. Idem testificatur Apuleius, qui sexto asini libro facit etiam Venerem argumentantem, non uideri legitimas inter Cupidinẽ & Psychen nuptias, propter disparilẽ generis conditionem, & quòd res acta esset furtim, sine testibus, patre non cognoscente. Sed Catullus præclarè quidem carmine suo nuptiali, eam ipsam, ut ita dicam, naturæ legem cui parendum sit, edocet:

At tu ne pugna cum tali coniuge uirgo,
Non æquum est pugnare pater cui tradidit ipse,
Ipse pater cum matre, quibus parêre necesse est.
Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est,
Tertia pars matri data, pars data tertia patri,
Tertia sola tua est, noli pugnare duobus,
Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

Vnde meritò iam pudeat Christiani nominis uiros, qui posthabitis tam nostris quàm priscorum legibus, clandestina quotidie sponsalia faciunt, qui propterea nihil mirentur, si matrimonia ipsa minus sibi prospera sint. Ea sponsalia postea utriusque sponsi & sponsæ consensione rata fiebant. Et illud etiam ab Hebræis acceptum uidetur: ita enim Rebecca cùm peteretur uxor Isaac filio Abraham, à Bathuele patre interrogata est, num uellet nuptum dari ipsi Isaac. Sic nunc apud nos consensus in matrimonij fœdere faciundo exquiritur, quia satis constat Christum de ea re nihil innouasse, cùm apud Matthæum dixerit: Quod Deus coniunxit, homo non separet. Cæterùm haud una est istiusmodi consensionis uerba proferendi formula: nam

apud

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

apud Italos, uir ætate grauis interrogat uirum & fœminam, num alter alteri uelit nubere. Apud Anglos ipsi pactum faciunt: uir enim ita ait, ut eorum uerbis utar. Ego te mihi uxorem accipio: & illa, Ego te mihi maritum. Post hæc, iunctis dexteris, inter se osculantur, & uir annulum insignem uelut rei gestæ testem, ac coniunctionis pignus, sponsæ digito, qui minimo dexteræ manus proximus est, indit. Vtrunque à uetteribus, qui ante initium nostræ religionis eo ritu utebantur, quemadmodum suprà in primo libro demonstrauimus, ad nos manauit, teste Tertulliano, qui libro de Virginibus uelandis, ita scribit: Si autem ad desponsationem uelantur, quia & corpore & spiritu masculo mistæ sunt, per osculum, & dexteras. Et in Apologetico, cùm de continentia mulierum Romanarum amissa, inquit: Circa fœminas quidem, etiam illa maiorum instituta ceciderunt, quæ modestiæ, quæ sobrietati patrocinabantur, cùm aurum nulla norat, præterquàm unico digito, quem sponsus oppignerasset pronubo annulo. Hæc ille. Quòd autem puerperæ purgantur, hoc ab Hebræis est acceptum: in Leuitico enim scriptum legimus: Si mulier suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, & die octauo circuncidetur infantulus, ipsa uerò triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ: sin fœminam peperit, immunda erit duabus hebdomadis, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Cùm expleti fuerint dies lustrationis eius pro filio, siue pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullũ columbæ siue turturem pro peccato, & reliq. Cæterũ apud nos non est eiusmodi lustrationi statutũ tẽpus, ne mulieribus diutius expectando, ut Innocẽtius ait, pœna qua pariẽdo afficiũtur, cõuerti uideatur in culpam.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Solent tamen hodie honestatis causa, non ante mensem à partu exactum purgari, quæ tunc matronis aliquot comitatæ templum adeunt, & loco agni, columbæ, vel turturis, ceream candelam offerunt, & cum alibi tum in Anglia, illud etiam linteum, quo infans ex sacro baptismatis fonte susceptus inuoluitur, quod uulgò chrismatorium uocant, quòd eo abstergatur chrisma, quo infans est unctus, qui si fortè ante diem purgationis matris moriatur, eo ipso linteo circunseptus ad sepulturam datur.

De principio sacrarum ædium, atq; ubi sit præcipuus orandi locus, ac de altarium & cœmeteriorum initio, & quando primùm crux cœperit haberi honori, atque uenerationi.

CAP. VI.

HActenus de fundamento tẽpli spiritualis, dein de eius, quod est ex materia, dicendũ. Illius apud nos conditor fuit Christus, qui docuit, ut Deum spiritu coleremus, apostolo dicẽte: Orabo spiritu, orabo & mente, psallam spiritu, psallam & mẽte. Et quoniã spiritus noster corpore continetur, hinc factũ est, ut continens corpus dictũ sit templũ. Vtrũq; affirmat idem apostolus, suis ita scribẽs Corinthijs: An nescitis quòd templũ Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? Templũ tale ex carne & oßibus constans, rerum omnium opifex Deus principio finxit. Is fuit Adam noster primus parẽs, uti suprà diximus. Ex materia post hæc Moses primò tabernaculũ Deo posuit, ubi preces & pia uota illi exoluerentur, & in eo facta est arca, in qua lapideas clauserũt tabulas, in quibus incisæ erant leges. Deinde Solomon rex tẽplũ Hierosolymis magnificẽtißimo apparatu ædificauit. Hæc fuit synagogæ materia, ut uulgò nũc uocatur, spiritualẽ nominat dominus, ita alloquẽs Mosen: Sume Aaron & filios eius, & omnem synagogam conuoca, &c.

Salo

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Salomon autem iussu Dei, qui patrem eius Dauid eo opere faciundo prohibuerat, mãdauerat q; ut filio condendum relinqueret, tẽplum illud sanctum ac religiosum fecit, consecrauit q; ipsi deo, hostiarum numero pene infinito, cui dominus nocte apparuit, & ita fatus est: Audiui preces tuas, & elegi locum istum mihi domum sacrificij: Si clausero cœlum, & pluuia non fluxerit, & præcepero locustis ut deuorent terram, & immisero pestilentiam in populum meum: Conuersus autem populus meus, super quem inuocatum est nomen meum, & deprecatus me fuerit, & eum pœnituerit, ego exaudiam de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, atq; sanabo terram eorum: Oculi quoq; mei erunt aperti, ac aures meæ erectæ, ad preces eius, qui in loco isto orauerit. Hæc ex lib. Paralip. 2. quæ eò pertinẽt, ut cuncti mortales intelligant præcipuum precandi locum esse templum Deo dicatũ, id quod CHRISTVS apud Matth. cap. 21. comprobat usurpans illud Esaiæ: Domus mea domus deprecationis uocabitur. Et cap. 33. idem affirmat reprehendendo auaritiam ac impietatem pharisæorũ, quibus pluris erat aurum, quàm sacrosanctum templum, cùm inquit: Væ uobis, quia dicitis, Quicunq; iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit per aurum tẽpli, reus est. Stulti & cæci, utrum enim maius est, aurũ, an templum, quod sanctificat aurum? Et subijcit: Qui ergo iurauerit per tẽplum, iurat per illud, et per eum qui habitat in ipso. Post euangelicum dogma inter gẽtes diuulgatum, ubi loci prima ædes Seruatori nostro dicata fuerit, pro certo ponere non ausim, ne diuinare potius quàm ueritati inhærere dicar: sed in re parum nota coniectare licet. Porrò à CHRISTI statim ascensu in cœlum, Iudæi cœperunt Christianos crudeliter persequi, deinde Nero princeps,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

deinde Domitianus, deinde alij, & postremò Diocletianus ac Maximianus acerbissimè afflictarunt. Quo ferè toto temporis interuallo, tantum aberat ut aliquod templum à nostris christianis publicè ædificaretur, ut etiam omnia essent occulta, & sacella potius, atq; eadem abdita & plerunq; subterranea, quàm apertis in locis ac publicis fierent. Est tamè consentaneum credere, in remotis locis, quò non facilè peruaserat ille tyrannorum furor, fana aliqua interim aut ædificata, aut quæ primùm dæmonum fuerant, CHRISTO dicata ab apostolis fuisse, qui ubiq; gẽtium omni tempore ad propagandam religionem totis uiribus incubuerãt: quod aut in Aethiopia à Matthæo, aut in India citeriore à Bartholomæo, aut in Scythia ab Andrea, quorum prædicatione ijs gentibus christianæ pietatis lux ab initio affulsit, factum esse & crediderim, & dixerim. Non abhorret præterea à fide, aliquam ædem fuisse principio à Iacobo Hierosolymis Deo dicatam, qui ibidem cathedram primus locauit, primusq; rem diuinam ritu apostolico facere cœpit. autor Eusebius. Nec mirum alicui esse debet, si talia ac huiusmodi bene multa alia minus literis prodita sint, quod scriptorum inopia factum est. Romæ nõ reperio, quod sciam, aliud antiquius templum ædificatum, aut dicatum, uel ad usum sacrorum fuisse cõuersum, quàm thermas Nouati in uico Patritio, quas Pius pontifex Praxedis eximiæ sanctitatis fœminæ rogatu, diuæ Pudentianæ eius sorori consecrauit. qui fuit annus circiter C L. ab eo, qui humanæ salutis fuit primus. Iginius tamè qui Pium præcesserat, autor fuit ut templa sacris dedicarentur cærimonijs, ut alibi fusius dicetur, cùm de festorum dierum celebratione agetur: quod fidem ficit, iam antea loca aliqua Deo dicata fuisse: sed ubi loci id factum fuerit, parum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rum liquidò traditur. Nec ita multò post Calistus iam sese tyrannorum odium sensim remittente, ædem in transtyberina regione, beatæ Virgini struxit, cœmeterium q; ex suo nomine condidit uia Appia, ubi multorum martyrum repositi erant cineres. Visuntur hodie ijs in locis & sacella quædam, quibus occultò rem diuinam prisci illi pietatis cultores fecisse dicuntur, quòd, uti ostendimus, publicè non licerct. Cœmeterij condendi institutũ Abrahæ assignant, qui, sicut patet apud Iosephum, dicitur emisse ab Ephron Etheo filio Saor prope Hebron, quadringentis siclis speluncam duplicem, & agrum circa eam, sepelisseq; in ea Saram uxorem suam, inibiq; ipse deinde repositus fuisse. De uario apud alias gentes olim sepeliendi usu, alibi suo dictum est loco. Altare, ut legitur in Genesi, Noë primus omnium fecit, & super illud domino holocaustum obtulit. Quod institutum etiam hodie seruatur. Bonifacius ucrò tertius autor fuit, ut altaria candidis operirentur ac linteis pannis. Crux olim sontium supplicium erat, & id quidem infame: quod ideo Seruator noster subire uoluit, ut qui mitis aduenerat, & humilibus & infirmis opem ferret, & omnibus spem salutis ostenderet, quandò nihil ei in morte separatim ab alijs accidisse cernerent. Proinde eo genere mortis afficiendus fuit, quo humiles & infimi solent, ne quis esset omnino qui eum non possit imitari. Huic rei postea honor accessit. Eusebius libro ecclesiasticæ historiæ nono, autor est Constantinum Imperatorem eo die, quo cum Maxentio ad pontem Milium conflixit, sereno puroq; cœlo crucem uidisse, eamq; coluisse, ac auditam supernè uocem: Constantine in hoc signo uinces. Non defuit oraculo euentus: uicit cùm hostem insigniter, tum cæteris bellis quæ deinceps gessit, par

felic

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

felicitas adfuit. Helena post hæc eius mater, religione insigni ac pietate mulier, per quietem monita, Hierosolyma petijt, quæsitum dominicã crucem. Ita fortè accidit, ut Veneris simulacrũ eo esset loci ab impijs christiani nominis inimicis collocatum, quò omne dominicæ paßionis monimentum aboleretur, Christianiq; Venerem loco Seruatoris colerẽt. Cæterùm loco ruderibus purgato, crux reperta est, & cum illa duæ aliæ, unde duo pependerant latrones, sed titulus ille, IESVS Nazarenus, rex Iudæorum, etsi uetustate propemodũ abolitus, indicio fuit, ut crux uera internosceretur, quæ admota mulieri mortuæ uitam illicò restituit. His Constantinus princeps motus, edicto uetuit quenquã deinceps eo supplicio necari. Sic res quæ antea mortalibus probro fuerat, ueneration esse cœpit. Idẽ postea uoluit Theodosius seruari, qui (ut in Codice iuris ciuilis est) lege prohibuit, signum seruatoris in solo uel in silice aut in marmore humi posito insculpi, ne hominũ pedibus tereretur. Vide quàm importunum sit uidere paßim hodie in templis signum illud, id est, nomẽ ipsius Seruatoris, in æs uel lapidibus quibus mortuorum sepulcra tegun tur, incisum, item cruces ac diuorum imagines impressas, quæ aßiduis calcantium uestigijs obtrita latè resplendent, quò sic nostram testatiorem faciant religionis negligentiã, cùm præsertim res eiusmodi antiquis etiam religioni fuerint. Sanè Romæ olim locus fuit Doliola uocatus, quia inuadentibus Gallis Senonibus urbem, sacra in eodem loco doliolis reposita fuerunt: qua de causa, eo loci ne spuere quidem alicui licebat. autor Festus.

De primo ac uetustissimo apud Hebræos sacrificandi ritu, ac festorum dierum obseruatione, dedicandiq; templa instituto, deq; ignis mysterio. CAP. VII.

Adam

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ADam primus parens ex Eua duos susceپit filios, Cain & Abel: pietatis hic cultor, contemptor ille: hic pastor, ille agricola fuit: hic mero lacte primùm litauit, ille frugum primitias deo obtulit. Secundum hæc, sacerdotio instituto, Aaron cum filijs, ac deinde alij uarijs cærimonijs sacrificarunt. Quæ ferè omnia ex Iosepho in unum collecta, operepretium duxi quambreuißimè potero explicare. Tribus ab initio sacrorum generibus Hebræi usi sunt, quorum unum holocaustum dixerunt, quando primores gentis siue bouem, siue agnum, siue aliquod aliud animal, modò anniculum masculumq; fuisset, immolabant: tum sacerdos uictimali cruore oram altaris perfundebat, inde hostiam membratim disiectam super aram cremabant. Alterum genus plebeium, & pro gratiarum actione fiebat, in quo animalia maiora anniculis offerebant, cruoreq; super aram diffuso, renes, adipem, omenta imponebant flammis: pectora & crura dextera sacerdotibus dabantur: quæ supererant intra biduum illi edebant qui sacrificiũ fecissent. Inopes columbas aut duas turtures offerebant, quarum altera in holocaustum abibat, alteram sacerdotes sortiebantur. Tertium longè perfectißimum omnibus æquè mortalibus commune, quod laudis sacrificium dixerunt. In psal. 115. Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Et in epistola ad Hebræos: Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitẽtium nomini eius. Peccata uerò sic expiabant: qui imprudens deliquisset, agnum, aut hœdum anniculum offerebat: qui occulti criminis cõscius, ariete eum expiari oportebat. Omnibus sacrificijs farina mundißima ex præscripto legis adijciebatur: adhibebatur & oleum, quod sacris infundebatur. Agnus mane & uesperi immolabatur: sabbatis gemina

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

minatæ hostiæ ad aras adinouebantur. Principio mensis, duo boues cum uno ariete, hœdo uno & septem anniculis agnis, piaculi nomine mactabantur. Septimo ineunte mense, taurum, arietem, & septenas agnas cum uno hœdo immolabant. Adijciebantur bini hœdi: horum unus extra fines missus multitudinem expiabat, alter in suburbanis cum totis uelleribus cremabatur: pontifex taurum in id sacrum, & arietem in holocaustum dabat, &c. quæ ipse Iosephus latè prosequitur. Item habebant & certos dies festos, qui secundum eundem Iosephum, & Origenem, super Numeros, ita obseruabantur. Primus solennis Dri erat, qui appellatur indesinens: de ijs enim mandabatur, quæ sine ulla prorsus interruptione, matutinis & uespertinis sacrificijs offerebantur, quia iustus debet semper diè festum agere, id est orare. Alter erat sabbati, quo die nihil agere licebat. Tertius neomeniæ tubarum, primo die mensis septimi, in quo offerebatur & hostia. Neomenia autem dicitur noua luna: erat ergo iste dies festus, cùm luna innouabatur. Quarto loco Xantico mense, unde principium sumebat annus, sub plenilunij diem, id est, circiter XIIII. diem lunæ, sole in arietem transeunte, quia ijs diebus ex Aegypto egredi contigisset, mysticum agnum occidebant, ac pascha dicebatur, id est, transitus. Et in eo mense primo aliud solenne paschæ, ut dictum est, aliud azymorum erat: & licet coniuncta uiderentur azymis paschæ solennia sacra, principium tamen azymorum tantum ad finem paschæ coniungebatur. Et pascha ille solus dies appellabatur, in quo agnus occidebatur: reliqui uerò azymorum dies uocabantur: & id solenne septem diebus celebrabatur. Altera die primitias frugum offerebant, & ex eo dicebatur celebratio nouorum, quæ festa dies ordine sexta

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

sexta habebatur. Post septem autem hebdomadas paschæ, pentecostes, & id tempus asarcha, id est, quinquagesimam uocabant, tum panes frumentatos offerebant. Deinde sequebantur solennia sacra septimorum: sicut enim inter dies septimus quisq; festus agebatur sabbatum, ita inter menses, septimus quisq; mensis sabbatum erat, & uocabantur ea sacra, sabbata sabbatorum. Post hæc septimo mense alij agebantur festi dies. Sanè decimaquinta die, tempore ad hyemen uergente, tabernacula fiebant, quæ dies græcè Scenopegia dicebatur, quia in umbraculis essent escas septem diebus, ob id, quòd eorum maiores ex Aegypto remigrantes domum, tabernaculis usi essent. Decima uerò die solenne erat repropitiationis: in hac sola die pontifex induebatur omnibus pontificalibus indumentis, & tunc ingrediebatur sancta sanctorum. autor Origenes super Leuiticum. Die quintadecima Decembris encænia, id est, festi dies initiales, hoc est, dedicationis templi, quia tum templum Hierosolymis ab Antiocho pollutum, postremò à Iuda Machabæo expiatum rursumq; dedicatum est: nam antea Solomon circiter decimum diem septimi mensis, id est, Septembris, id fecerat, simulatq; illud ædificasset, & dein à Iudæis illis qui illud ipsum instauraranf, circiter diem duodecimum mensis primi, est rursus consecratum, quos seruitute Babylonia liberatos, per Esdram in suas sedes restitutos constat. Sic semper ille dies postremæ expiationis dedicationisq; solennis fuerat apud posteros. Cæterum dedicationis institum multò antiquissimum est, quandò iam inde à principio tabernaculum à Mose factũ ita dedicatũ fuit, cùm ipse primùm eo iam perfecto uti cœpit: nã sicut Chrysostomus in epist. Pauli ad Hebræos ait, dedicare aliud nihil est, nisi utẽdi initium facere. Atq; hic

tum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tum Iudæorum fuit sacrorum ritus, qui animalia tantum propter conuiuia nata absumebant. Ignis autem, ut in Leuitico est, semper in altari ardebat, quem sacerdos nutriebat, sine quo, nullum fas erat sacrificiũ facere. Sic in igne præter alia elementa, sacra omnia consistebant, quòd is, credo, proximus cœlo sit, quòd in specie ignis Deus Mosen primùm allocutus, quòd de cœlo holocausta accepta rapuisset. Apud nos itidem nullo magis honore, quàm cereis candelis decorantur extrinsecus cœlicolæ. Eadem in primis ratione, ita opinor, à uestalibus perpetuus seruabatur, ac ante Romanos Imperatores deferebatur: quoniam denique Deus noster ignis comburens est, ac propterea meritò sacer habetur. Ita Persæ, teste Herodoto, ignem Deum esse arbitrabantur: contrà Aegyptij belluam animatam uocabant, quòd omnia uoret. Item ex Mosis præcepto, in omni sacrificio adijciebatur sal, quia is sit præcipuus corruptionis expulsor.

Cunctas ferè gentes quondam dæmonibus malis humanas immolasse hostias, & ibidem quid esset uer sacrum, & quando primùm eorum oracula obmutuerint, ac de primo usu aquæ, quam dicimus sanctam. CAP. VIII.

SEd agè, iam dicamus de dijs gẽtium, deq; eorum sacrificijs ac mysterijs, qui tamen tantum aberat ut dij essent, ut etiam cacodæmones sese præberent, nullaq; alia hostia nisi humana litari uellent, quasi cruoris humani repleti tum demum propitij essent, cùm maximè læsissent. O dementiam hominum, ô infelicem uitam. Ecqui erant isti dij, qui suos cultores parricidijs inquinabant, omnibus generatim malo erant? Pater filium unicum, mater dilectam filiam dæmonibus tanquam ouem mactabat. Iudæi qui lege neglecta aberrauerant, in ualle filiorum Hennon, teste

Hier

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Hieronymo, quam Christus apud Matthæum gehennam nominat, filios igni exustos deuouebant, immolabantq; dæmonio Moloch. Rhodij hominem Saturno immolabant. In Salamine insula, homo Agraulæ Cecropis filiæ cædebatur. Diomedi in templo Palladis, quod etiam ipsi Diomedi & Agraulæ commune erat, homo offerebatur, qui ab adolescentibus ter circum aram ductus, tandem à sacerdote hasta percussus, & in rogo impositus cremabatur. Apud Cypros, humanam hostiam Ioui Teucrus immolauit, idq; genus sacrificij posteris tradidit, quod postea imperante Hadriano, est sublatum. Erat lex apud Tauros gentem inhumanam feramq;, uti Dianæ hospites immolarentur. Galli Hesum atq; Teutatem humano cruore placabant. Vnde Lucanus:

Et quibus immitis placatur sanguine diro
Teutates, horrensq; feris altaribus Hesus.

Apud Chios, Dionysio Omadio dicto, homo etiam crudeliter discerptus immolabatur. Apud Aegyptios, Heliopoli tres in die homines quos inquirebant, si mundi essent, Iunoni mactabant. Lacedæmonios etiam Apollodorus scribit hominem Marti immolare solitos. Phœnices bellorum aut pestilentiæ calamitatibus laborantes, amicißimos Saturno solebant immolare. Histrus, qui res Cretensium scripsit, autor est, Curetas olim Saturno puerorum hostijs sacrificia fecisse. Laodiceæ, quæ Syriæ urbs est, Palladi uirgo immolabatur. Et apud Arabas, in singulos annos puer immolatus sub ara sepeliebatur. Item Thraces, Scythæ, Carthaginenses, & omnes ferè Græci, cùm præsertim in bella essent exituri, hominem mactantes sacrificabant. Itē Gallis mos fuit, ut qui essent affecti grauioribus morbis, quiq; in prælijs periculisq; uersarentur, aut pro uictimis

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

homines immolarent, aut seipsos immolaturos uouerent. Germani itidem Mercurio certis diebus humanis litare hostijs fas habebant. Autores Cæsar & Tacitus. Quid, quòd illud idem omnes communiter barbari fatitabant? At Romani, qui semper mansuetudinis & humanitatis gloriam sibi uindicarant, non ne ijsdem sacris immaniores reperiuntur? siquidem Saturnus in Latio eodem genere sacrificij cultus est, nõ quidem ut homo ad aram immolaretur, sed uti in Tyberim de ponte Miluio mitteretur, quod ex responso quondam fatitatum, Varro autor est, cuius responsi ultimus uersus erat: Et capita inferno et patri trãsmittite lumen, id est, hominem. Verùm id genus sacrificij postea ab Hercule est immutatum, ut pro ueris hominibus, imagines ex scirpo iacerentur, sicut suprà demonstrauimus, quod in Fastis Ouidius latè docet. Fuit uel mos quondam cum Italis alijs, tum Romanis, ubi res suas in periculo uersari cernerent, uouendi quæcunq; proximo uere nata essent apud se animalia immolaturos: unde id uer sacrum dictum est. Liuius lib. 4. decad. quartæ: Ver sacrum factum erat priore anno, id cùm P. Licinius pontifex nõ esse rectè factum renuntiasset, patres deintegro faciendum censuerunt, & uidendum quod natum esset pecus inter Cal. Martias, et Idus Maias. Festus inter ea animalia, pueros etiam conuotos ait, scribens: Sed cùm crudele uideretur pueros ac puellas innocẽtes interficere, perductos in adultam ætatem uelabant, atq; ita extra fines suos exigebant. Quod sanè institutum tametsi humano parcebat sanguini, non cò tamen à crudelitate uacuum erat: ecquid enim crudelius censeri debet, quàm priuare homines innocentes patria, qua cunctis mortalibus charius est nihil? Ita facinus pariter crudele ut inpium, deorum causa edebatur. Philo, qui

Phœ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Phœnicum historiam scripsit, priscis morem fuisse tradit, ut in magnis periculis princeps dilectissimum ex liberis, uleiscenti dæmoni quasi redemptionis præmium traderet, & sic traditum mysticè iugularet. Non erant præterea contenti mali dæmones multijugibus hominum cædibus, nisi etiam mulieres pro suo iure stuprandas curarent. Sanè Alexandriæ simulacrum Saturni religiosissimè colebatur, cuius sacerdos Tyrannus nomine, matronas eius ciuitatis quas elegisset, tanquam à Deo accitas, noctu ad simulacrum ductabat, ibiq; extinctis repentè luminibus cum eis rem habebat. Sic Tyrannus communis adulter libidinem explebat, Dei mentitus personam. testis Ruffinus libro 11. Ecclesiasticæ historiæ. Item apud Nasamones, uti suprà commemorauimus, cùm de coniugij origine prodidimus, mos erat, uti sponsa prima nocte cum singulis conuiuis coiret, deæ Veneris gratia. Cæterùm si homines ueluti sapientiores ab huiusmodi truculentissimis fœdissimisq; immolationibus paululum abstinuissent, quid præmij consequerentur, imò quid noxæ, quid ue supplicij subire cogerentur, ostendamus. Dionysius Halicarnasseus in primo antiquitatum, ait Iouem & Apollinem, quoniam decima hominum non fuisset eis immolata, magnas Italis calamitates induxisse, usque eò ut nulli fructus ad maturitatem usque permanerent, sed immaturi destuerent, fontes alij bibi non possent, alij deficerent, mulieres abortum facerent, homines & pecora passim uarijs morbis perirent, donec decima reddita fit. Diodorus itidem testis est, Carthaginienses, ut diximus, Saturno humanas hostias solitos immolare, & cùm uicti essent ab Agathocle rege Siculorum, iratum sibi Deum putauisse, atq; ut diligentius piaculum soluerent, ducentos nobilium filios, exemplo

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

longè post hominès natos crudelißimo, etsi reipub. nomine edito, immolasse. Eiusmodi fœda facinora iam antè in psal. 105. prædicta sunt: Et immolauerunt filios suos & filias suas dæmonijs. Possem adducere plura tanti sceleris exempla, quæ breuitatis studio præterire libuit. Fallebant præterea mortales eiusmodi dæmones amphibologijs, nodosis & fluxiloquis responsis, id est, ita ambiguis, ut in ambas partes agi possent. Vnde Verg.

Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla
Horrendas canit ambages, antroq; remugit,
Obscuris uera inuoluens.

Quale fuit illud Apollinis ad Pyrrhum Epiri regem responsum:

Aio te Aeacida Romanos uincere posse.

Et ad Cræsum Lydorum regem:

Intrepidus si Cræsus Halim transmiserit amnem,
Imperium perdet magnum regnumq; superbum.

Ambo uicti sunt, hic à Cyro Persarum rege, ille à Romanis, qui ex oraculo se superiores fore sperauerant. & talia id genus sexcenta sunt. Sed & à nostris recẽtioribus unum petamus exemplum. Sylueſter enim secundus Rom. pontifex haud bonis artibus pontificatum adeptus, ut cupidus regnãdi malum dæmonem de longitudine uitæ consuluit, ille respõdit, ut si caueret Hierusalem, diu uiueret. Imprudens Sylueſter statuit Hierosolyma urbem Iudææ non adire, sed cùm in æde sanctæ crucis dicta in Hierusalem, quarto demum post anno rem diuinam faceret, oraculi statim memor, fato moriturum se cognouit. Fassus igitur delictũ publicè, iußit moriens ut suum cadauer equis daretur trahendum, & quo loci illi demum constitissent, eodem humari. Diuino igitur nutu, ad templum Lateranense peruenere,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nere, ubi & sepultus est. Sic Deus ostendit apud se locum ueniæ unicuiq; quamuis scelerato relictum esse, si in uita aliquando pœnituerit. Atque talis erat inter gentes religio, quæ non parcebat pias scelerare manus. Sed meliora canamus. Quis eos deos tam maleficos domesticatim suos cultores iugulantes, de medio mortalium omnium sustulit, nisi Seruator noster? Quippe sic ipse apud Io.cap.12.inquit: Nũc princeps mundi huius eijcietur foras. Siquidem diabolus ante id tempus, amplam habebat in homines potestatem. Conciderunt itaq; post eius aduentum uetustatis tenebræ, & quæ figuris tegebantur, diuina retexit sententia. Nam dum in Aegypto cum Ioseph & matre fuit, eo temporis spatio, simulacra deorum quos id temporis gens illa stulta & omnium errorum mater coluit, sua sponte cecidisse dicuntur. Post hæc, imperante Hadriano, tum demũ ubiq; gentium pernitiosæ nefariæq; sublatæ sunt immolationes, tum Delphici Apollinis, tum Ammonis, aliorumq; uanorum deorum oracula penitus muta extiterunt: nam, teste Cicer.lib.de diuinat.2.iam diu antè sensim silere cœperant, sic, ut eius ætate, qui paulò ante CHRISTI *aduentum uixit, fermè conticerent. Ac tum deniq; potentia dæmonum infracta iacuit: quod Porphyrius, uti Eusebius dicit, Christiani nominis hostis, in libro quem aduersus religionem nostram scripsit, hoc modo testatur: Nunc uerò mirantur, inquit, si tam multos annos peste ciuitas uexetur, cùm & Aesculapius, & alij dij longè absint ab ea: postea enim quàm* IESVS *colitur, nihil utilitatis à dijs consequi possumus. Hæc uerba illius sunt.* CHRISTVS *ergo* IESVS *dijs illis potentior est: ita demum secutũ est, quod dominus apud Zachariam prophetam, perdiu antea annuntiarat esse futurum, dicens: Disperdam nomina ido-*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

lorum de terra, & non memorabuntur ultra. Ecce magnum ueræ religionis argumentum, ecce certum ueritatis elogium, ecce uniuerso humano generi redditam libertatem, ac mundo fulgentissimum lumen: quæ utinam gentes, quæ in tenebras paulatim relapsæ sunt, agnoscerent, ne perpetuò aberrarent: non cessant enim oracula nostra, est Deus nobiscũ, dum bene agimus, semper. Dæmoniaci quos uocamus, si qui sint, à nostris sacerdotibus nomine IESV *liberantur, dæmones procul effugantur, solo etiam sacræ aquæ aspersu. Fuit iam olim usus lustralis aquæ, in Leuitis consecrandis: nã sic dominus, ueluti est in Num. cap. 8. præcepit Mosi: Tolle Leuitas de medio filiorum Israël, & purificabis eos iuxta hunc ritum: Aspergantur aqua lustrationis, & radant omnes pilos carnis suæ. Quò factum est, ut Alexander primus Romanus pontifex autor fuerit, ut huiusmodi lustralis aqua consecraretur, & ad dæmones effugandos in templo domiq; seruaretur.*

Qui primus docuerit modum orandi, & cur in orientem uersi oremus, ac unde mos concionandi, & de perfecto concionandi modo, atq; quando eucharistia instituta, deq; primo eius usu. CAP. IX.

PRoximum est, *ut uel de nostrarum cærimoniarum ratione dicamus, quæ non animalium cruorem, non hominum cædem, sed synceram fidem puramq; mentem poscit. Et quia Deus ea potissimum de causa, uti suprà exposuimus, nos fecit, ut statim geniti ipsum coleremus, atque ut Chrysostomus homilia 23. in Matth. ait, bonis potiremur æternis, eaq; tantum precando postularemus, ideo à perfecto orandi modo initium faciemus. Duo sunt, Lactantio testificante, quæ Deo à nobis offerri debeant, donum & sacrificium: donum in perpetuum, sacrificium ad tem-*

pus:

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

pus: de hoc paulò pòst. Donum est integritas animi: si enim Deus non uidetur, ijs rebus coli debet quæ non uidentur, cuiusmodi sunt uirtutes animi, & iustitia, ad quam haud dubie, sicut Cicer. de legib. suspicatur, nos esse natos intelligere debemus. Summus igitur colendi Dei ritus est, ex ore iusti hominis ad Deum directa laudatio: quæ tamen ipsa ut Deo sit accepta, & mansuetudine & timore & pietate maxima opus est. Quod in primis illi prisci Hebræi, prout non uno in loco suprà demonstrauimus, sacitarunt, atq; ut nos illud ipsum faceremus, Seruator noster CHRISTVS primus iussit, dicens: Estote ergo perfecti, quemadmodum & pater uester cœlestis perfectus est. Et inde subiungit: Tu autem cùm oras, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio tuo, ora patrem tuum qui est in occulto, & pater tuus qui uidet in occulto, reddet tibi. Orantes uerò nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt, putant enim quòd multiloquio suo exaudiantur. Et subdit: Sic ergo uos orate: Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Amen. Hæc ex Euangelista Matthæo, apud quem Hierony. non quotidianum, secundum Cypriani sententiam, sed supersubstantialem panem legit. Contrà & Cyprianus legit non dimitte, sed remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus. Et hæc admonui, ut utranq; lectionem intelligas haud quaquam ex recentioribus esse, & rectius legi remitte, quàm dimitte. Cyprianus in expositione eius dominicæ precationis non iniuria quosdam admonet, qui plus sapere

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quàm oporteat uideri uolentes, hanc ut uulgarem & cunctis communem minus usurpant, qui inquit: Quæ enim potest magis spiritalis esse oratio, quàm quæ à CHRISTO nobis data est? à quo nobis & spiritus sanctus missus est? Quæ uera magis apud patrem precatio, quàm quæ à filio, qui est ueritas, de eius ore prolata est? ut aliter orare quàm docuit, non ignorantia sola sit, sed culpa: quandò ipse posuerit, & dixerit: Reijcitis mandatum Dei, ut traditionem uestrã statuatis. Oremus itaq; fratres dilectißimi, sicut magister Deus docuit. Hæc ille. Quomodo autem orãdum sit, CHRISTVS ipse apud Ioannem docet, dicens: Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, spiritu ac ueritate oportet adorare. Cyprianus item secreto orandum esse ex præcepto dominico demonstrat, quia Deus non uocis, sed cordis auditor est: nec admonendus est clamoribus, qui cogitationes uidet. Hoc planum fit exemplo Annæ, ut in 1. Regnorũ est, quæ loquebatur in corde suo, & labia eius mouebantur, & uox eius non audiebatur, & exaudiuit eam dominus. In psalmis quoq; legimus: Dicite in cordibus uestris, & in stratis uestris, & transpungimini. Hieremias itidem admonens, ait: In sensu tibi debet adorari Deus. Cæterùm ut rationem cum Deo habere possemus, quoties ipsam dominicam precem cum angelica salutatione recitaremus, est modus orandi postremò inuentus, per calculos, ut ita dicam, lignéos, quos uulgus modò preculas, modò paternostros appellat. Ii numero quinquaginta quinq; ita ordine distinguuntur, ut post denos, singuli maiusculi affigantur filo, sunt enim perforati, & quot hi sunt, toties dominicam precem, quot illi, toties angelicam salutationem ter numerum ineundo recitent, terq; symbolum breuius inferant. Et id deiparæ uirginis psalterium nuncup
©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nuncupant. Eius rei autor fertur Petrus *eremita, homo* Gallus, *ciuis* Ambianensis, *qui abhinc annos* CCCCXXX. *hoc est, circiter annum salutis humanæ* MXC. *sanctitate floruit, egitq; cum* Vrbano Romano *pontifice, ut bellum Asiaticum à nostris sumptum fuerit, quo* Hierosolyma *recepta sunt. Hodie tantus honor eiusmodi calculis accessit, ut non modò ex ligno, succino, & corallio, sed ex auro argentoq; fiant, sintq; mulieribus instar ornamenti, & hypocritis præcipui fucosæ bonitatis instrumenti. Mos est præterea ut in orando ac salutando* Deo, *quis in orientem solem conuertatur.* Vtrunque *apud priscos seruabatur, dicente* Apuleio *in secundo:* Tunc in orientem obuersus uel incrementa solis Augusti tacitus imprecatus, *&c.* Quod proprium est ueri oratoris ex mystica religione, *quoniam* CHRISTVS *sol est iustitiæ, testis diuus* Hierony. *in* Ezechielem. Cæterùm *apud* Hebræos *hoc fieri non licebat, quibus præcepit* Dominus *per* Mosen *in* Deuteronomio, *nequaquam more aliarum gentium, contra* Orientem, *sed quoquouersum intuentes contra templum,* Deum *orarent, ne uiderentur solem, uti factitabant idolorum cultores, colere.* Idem Hieronymus *testis.* Vnde Danielem *apud* Babylonios *ad eum modum orasse legimus.* Item *cùm apud* Marcum *cap.* XI. *legamus:* Et cùm steteritis *orantes, remittite, &c. uidetur precantium quoque moris fuisse, ut stando orarent, quia qui stat, diligentius animum intendit in rem, quam agit.* Idem Seruator *iussit, ut præcepta legis diuinæ à* Deo *per* Mosen *populo* Hebraico *datæ, à nobis itidem seruarentur, cùm inquit:* Si uis ad uitam ingredi, *serua mandata: quorum capita hæc sunt:* Vnum Deum colito. Nullius animalis effigiem colito. Per Dei nomen haud frustra deierabis. Festos dies piè & ritè cele-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

brato. Parentes uenerare. Hominem ne occideris. Adulterium fuge. Furtum non feceris. Nil alienum concupiueris. Nec falsum dixeris testimonium. Hæc igitur fuit prædicationis materia, unde est cõcionandi mos natus. Moses enim postea primus habita concione, populum de eiusmodi præceptis, & lege Dei docuit, eumq; per hæc ad bene beateq; uiuendum instituit. Ioannes Baptista exin in desertis Iudææ locis concionatus est, concionatus et Seruator noster, eiusq; muneris obeundi negotium apostolis mandauit, dicens: Ite in mundum uniuersum, & prædicate euangelium omni creaturæ. Quod hodie nõnullos ex nostris theologis, cùm concionantur, facere pudet, seu tædet: quippe qui ut narrationis uice, cursim ac carptim aliquid in Euangelio interpretantur, perinde quasi nihil sit, quod de eo amplius doceatur, quo facto, ad suas confictas quæstiunculas trahuntur, ibi digladiantur, uelut furoribus acti sese macerant, detorquentes quò uolunt sacra scripta, in conuitia rumpunt, omnia clamoribus miscent: dein euanescente furore, ad humiliora ueniunt, de ratione annonæ, de institoribus tractant, item nunc iocos spargunt, nunc captant, circulatores planè agunt, & ob illud ipsum ab insipiente plebe collaudantur. Atque hic concionandi modus & frequentius usurpatur, & uulgò summus habetur. Sed utinam non peiora crebrò disseminarent: ut enim nullum hominum genus est salutarius religioni, si uera canant, contrà sic non est pestilentius aliud, si ad gratiam conciones ad populum habeant: quippe ubi semel sanctitatis nomen sunt adepti, tum maximè omnium nocent, quia eis maximè creditur. Facessant proinde qui docere nihil uolunt, quò melius uiuatur. At nonnulli quorum interest hoc fungi officio, nihil omnino docent, adeò ut est in prouerbio

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uerbio, canes muti non iniuria appellari poßint. Ita aut uanitate aut silentio CHRISTVM obsolescere inter pium populum sinunt. Sed iam modum ipsum concionandi quàm breuißimum ponamus. Concionator qui ea docet, quæ ad religionem pertinent, qui debet docendo modum tenere, per quem sermone, uoce & gestu auditorem facilius instruat, est idem, atque orator causarum forensium, à quo artem dicendi mutuetur necesse est, si uelit rectè ac ornatè dicere. In concionatore itaque nostro oportet esse elocutionem, memoriam, & pronuntiationem. Elocutio est accommodatio uerborum idoneorum, ad inuentionem. Memoria, firma animi uerborum ac rerum dispositionis perceptio. Pronuntiatio uerò, uocis & uultus gestus'que moderatio. Concionator sic præparatus primùm omnium debet inuenire, hoc est, excogitare res ueras uel uerisimiles. Quæ quidem inuentio in plures diuiditur partes: in exordium, narrationem, diuisionem, confirmationem, conclusionem, & confutationem. Exordium est principium orationis, per quod animus auditoris apparatur ad audiendum. Narratio, per quam exponitur res, de qua est dicendum, ut auditor fiat beneuolus, docilis, atque attentus. Diuisio siue dispositio, est distributio ac rerum ordo, qui demonstrat, quid quibusq; locis sit collocandum. Et in partes duas tres'ue ad summum res ipsa diuiditur. Ac ita ex ordine, oratio hos duos uel tres habet locos, ad quos eundo contendat, seq; recipiat, quæ in cursum concitata sine his, nusquam consistere poterit, & ob id tam sæpe in medio cursu turbabitur, quàm auditoris animus continenter implicabitur, nec memoria retinebit, quæ audierit. quapropter cõcionator eiusmodi partitionẽ facere debet, ut nullo ferè negotio reminisci queat,

quo

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quoto quodque loco posuerit. atque idem etiam faciet auditor, qui suo loco expectabit, quod scire cupit. Confirmatio, est probatio argumenti, id est, materiæ uel rei tractatæ, cum asseueratione. Conclusio, cùm breuiter colligitur, repetiturq; quibus de rebus uerba facta sint, quò auditor, si memoriæ mandauerit, ad idem quod ipse meminerit, reducatur. Atqui cauendum, ne conclusio ab exordio aut à narratione repetatur, quod extra propositum foret: idcirco initium enumerationis repetitionisq; istiusmodi à diuisione faciendum est. Item uel illud est curandum, ut in partitione nihil omittatur, quod ad rem attineat, neque quicquam redundet: redundabit autem, si quid ponatur in una parte, quod in alia sit comprehensum. Si, exempli causa, ponas sic: Primùm dicam de origine matrimonij, deinde de autore ipsius matrimonij. Vide, ista posterior pars superuacanea est, quia continetur in superiore: nam ille qui primus matrimonium instituit, eius rei autor fuit. Est uidem uitiosa, si proponas sic: Demonstrabo me hoc non fecisse, demonstrabo me non potuisse, si uoluissem. hoc probato, illud alterum uacat. Igitur partitio debet esse clara, aperta, breuis, nullis fulta inuolucris, aut uerbis superuacaneis. Rursum si de ueritate religionis contra hæreticos agas, & diuidas uarios eorum errores in partes, tum partitio nimis implicata erit: quare diuidendo generales tantum complecti oportebit. Confutatio est locorum contrariorum dissolutio, qua nostri theologi in suggestis sermocinando nonnunquam utuntur, magis ad ostentationem doctrinæ, quàm ad utilitatem ueritatis, qui tale quid sæpe dedita opera in disceptationem quæstionemq; uocant, Vtrum Deus sit causa peccati nec ne: & contrarium quod est ueritati, tantis primo corroborant argumentis, tamq; neruose

oblig

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

obligant, ut non infundere in aures auditorum modò, sed in animis uideantur inscribere, qui pòst non facilè dissoluere possunt. Ita tantum abest, ut utile sit tales habere quæstiones, quibus rudioris ingenij homines sæpius in errorem trahuntur, in eoq; uersantur diu. Post hæc concionatori nostro opus est pronuntiatio, quæ in uocis figuram, & corporis motum diuiditur. In principio itaque orationis, uox sedata demissaq; esse debet: nam si acuta foret, fauces uulneraret, ac seipsam defatigaret ocyus. In narratione, uocum uarietate utendum est, ut quo quidque pacto gestum actumq; ac scriptum sit, ita narrari uideatur: quare uerba modò clariora, modò grauiora usurpanda sunt, quò omnium personarum sensus atque animi exprimantur. In diuisione uocem quam clarissimã adhibere oportet, ut auditor planè intelligat, quid sibi sit attendendum. In confirmatione argumenti sono uocis mediocriter adaucto uti decet, & strenuè probando quod uolumus, interdum acriter, interdum leniter dicemus. In conclusione uox continens & modica sit, ut uoci iam defatigatæ auxilium ferre queat. Concionator præterea debet hortari, & id quidem plenis faucibus, uoce quam clementissima: item castigare, uoce acriori, raris interuallis, cum uociferatione non utique muliebri, sed uirili, quò magis auditorem deterreat. Item consolari, uoce lamentabili: item conqueri, cum uocis mollitudine, ut auditoris animum ad misericordiam perducat: ac iocari interdum, uoce faceta, cum tenuis significatione risus, ad recreandos animos aliquandiu ad audiendum intentos. Hanc uocis figuram sequi debet motus corporis, qui est gestus & uultus moderatio quædam, quæ pronuntianti concionatori conuenit, ac reddit probabiliora, quæ pronuntiantur. Itaq; si erit sermo in exordio,

stan

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſtandum eſt in ueſtigio, dimiſsis oculis, recta ceruice: ſi in narratione, leui dexteræ motu, ac collo paululum à ceruicibus dimiſſo: ſi in partitione, brachio & digitis celeriter porrectis: ſi in confirmatione, uultu graui, geſtuq; conſtanti: ſi in concluſione, aſpectu minimè mobili: ſi in cohortatione, geſtu paulò celeriore: ſi in caſtigatione, uultu acrioori, capitisq; ictu frequenti: ſi in conſolatione, uultu triſti: ſi in conqueſtione, mœſto ac turbato: ſi uerò in ioco, hilariore, uelut à natura ipſa nobis datum eſt, ut eiuſmodi noſtras actiones uoce pariter atque corporis motu iuuaremus. Iſtæc autem naturæ ars eximia, ad noſtrum maximè omnium pertinet concionatorem religionis patronum, qui id officium facit, ut pietatem, ut charitatem, ut iuſtitiam in auditorum animis inſerat, eosq; à cunctis ſimul deterreat uitijs, ac omnes illorum malas præcidat affectiones, quem idcirco, ſi mouere uelit, oportet in dicendo eſſe modò grauè, acrem, ardentem, acutum, ſubtilem, copioſum, ornatum, modò uerò tenuem, ſubmiſſum, modicum, temperatum, quemadmodum res poſtularit. At ea ipſa omnia præſtabit'ne concionator ille, qui dicẽdo nihil narrat, quod propoſuerit, nihil probat, nihil cõcludit, quia ſermonem ſuum in nullas diuiſit partes, nihil animum auditoris mouet, excitat, flectit, quòd uno eodemq; uocis ſono, ſine ullo corporis motu continẽter loquitur, ſic, ut magis æs ſonans, quàm hominem eſſe iudices? Verùm idem domi officium nauiter facit: ſi miniſter enim paulum peccauerit, eum uultu aſpicit acriore, item uoce atrociori reprehendit, corripit, atque caſtigat, quò ſic ab errore auertat. Cæterùm forſitan inquies, Non uſpiam eſt quiſquam omnium, qui ita concionetur. Imò certè quidem cùm apud alios, tum apud noſtros Anglos, nonnulli minuti theologi haud aliter ſermonem

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nem habent in celeberrimo etiam hominum conuentu, qui contra sui prisci rudioris seculi morem & consuetudinem facere nolentes, rhetorica, quam etsi callent, uti, non sibi licitum esse putant. Bone Deus, quantum in suggesto laborant, sudant, pugnant, cùm aliud ex alio ex tempore suggerentes, illi ipsi tanquam uolitantes auiculæ, nesciant quò dicendo sint peruenturi. Hinc profectò scire licet, quàm commodum tibi, quamq; frugiferum & fructuosum auditori sit, si, uerbi gratia, ex ea Euangelij parabola, Exijt qui sementem faciebat, ad seminandum semen suum, argumentum sermonis habendi sumas, deinde in partes diuidas, dein propositas partes ritè declares, subtiliterq; confirmes, & enucleatè explices, atque postremò concludas, id est, breuiter repetas, quid circa eiusce modi partes docueris. Ac tu per hunc modum, tam facillimè tui sermonis sementem facies, quàm commodissimè auditores eius fructum capient. Atqui ut omnis orationis pars ex suo genere constet, illud in primis nostri Christiani concionatoris interest non ignorare, tria esse genera causarum, demonstratiuum, deliberatiuum, & iudiciale: & se ut illa duo superiora recipere debere, ita in tertio nihil esse, quod ipse uersetur. Demonstratiuum enim est, quod in laudem uel uituperationem cuiusqiam attribuitur: hoc concionator utitur, cùm, uerbi causa, demonstrat quanta sit Dei maiestas, quanta potentia, quanta iustitia, quanta misericordia, ut ne quis diffidat eius promissis, ne quis existimet aut speret posse se meritas effugere pœnas, ne quis desperet, si resipiscat: aut ubi deterret peccantes, cum reprehensione culpæ, & uituperatione facti. Ex huiusce præterea demonstratiui generis fonte manat omnis uis funebris orationis, quæ hodie est in usu, quandò tota in

demor

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

demortui laude uersatur. Deliberatiuum autem positum in consultatione, habet in se persuasionem et dissuasionem: hoc in genere concionator permanet, quando hortatur populum ad bene beateq; uiuendum, tunc etenim suadet pariter atque dissuadet: cùm castigat, uitiaq; detestatur. In his duobus dicendi generibus uersatus est apostolus Paulus, in ea oratione, quam, ut est in Actis cap. 13. ad plebem habuit, ubi primùm laudat Deum, ac potentiam eius ostendit, dicens: Deus populi huius delegit patres nostros, & populum in altum extulit, cùm essent incolæ in terra Aegypti, & brachio excelso eduxit eos ex ea. Deinde autores necis IESV uituperat, cùm ait: Principes eorum nulla causa mortis inuenta, petierunt à Pilato, ut interficeret eum. Pòst persuadet, ut Christo credant, cùm inquit: Notum igitur sit uobis uiri fratres, quòd per hunc uobis remißio peccatorum annuntiatur, & ab omnibus à quibus non potuistis per legem Mosis iustificari, per hunc omnis qui credit, iustificatur. Postremò dissuadet de errore, in quo usq; ad id temporis fuissent, ubi ait: Videte ergo ne superueniat uobis, quod dictum est in Prophetis: Videte contemptores, & admiramini & euanescite, quia opus operor ego, in diebus uestris, quod non credetis, si quis enarrauerit uobis, &c. Quòd uocis figura atque corporis motu dicendo sit utendum, Christus ipse paßim in Euangelio demonstrat: sed ne longum sit, cùm Lazarum à mortuis excitauit, illud fecit: primùm enim attollens sursum uersum oculos, dixit: Pater, gratias tibi ago, quoniam audisti me. Deinde uoce magna clamauit, Lazare ueni foras. Sic uoce & gestu rem peregit. Hæc breuiter dicere habui de recto concionandi modo. At ad sacrificium ueniamus, quod est orare & colere Deum, ac eundem semper habere in corde

consecr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

consecratum, quoniam Dei templum sumus. Hoc sacrificium Seruator noster Deo patri obtulit pro salute nostra, reliquitq; nobis illud idem faciendum. Etsi sunt qui sentiant eucharistiam à Christo institutam non rectè sacrificium appellari, quòd per hoc aliquid Deo ex rebus nostris offeramus, per illud uerò, beneficium à Deo accipiamus: tamen quia iam inde ab initio ita usu uenit, ut, teste Tertulliano, sacrificium uocaretur, nos religionis morem seruandum ducimus. Ad rem redeo. Is qui omnia quæ uentura erant, ab æterno nouerat, posteaquam appropinquare tempus uiderat, quo pati oportebat, affatur discipulos, quos totius mysterij sibi testes delegerat, qui deinde omnia quæ facta essent, inter omnes gentes pia prædicatione uulgarent. Pascha, inquit, dilectissimi post biduum, ut scitis, fiet, & iam simul illud futurum est, ut Iudæis traditus patiar, cæterùm cupio priusquam hæc fiant, id solenne uobiscum celebrare. Hæc ait, ac eodem momento duos ex discipulis Hierosolymã mittit, qui locum parent, nec multò post ipse cum alijs secutus in urbem uenit. Hic ubi cœptum est discumbi, accepit panem, & cùm egisset gratias, fregit, deditq; discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite, hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur, in remissionem peccatorum. Sic sub panis & uini specie, corpus suum & sanguinem uerbo consecratum singulis sumendum obtulit, mandauitq; ut tale sacrificium fieret deinceps in sui memoriam. Alexander posthac septimus à Petro pontifex consecraturus primus aquam uino miscuit, instituitq; ut oblatio ex azymo non fermentato, ut antea consueuit, fieret pane, & hoc ut purior materia esset, uel quia

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

CHRISTVS *azymo consecrasset, aut quòd dominus per Mosen præcepisset, ut omnis oblatio absque fermento fieret, seu quia ex eius latere, dum in cruce pēderet, exisset sanguis & aqua. At D. Cyprianus lib. epist. 2. aliam huiusce rei rationē ponit. Legimus enim in Apocalypsi: Aquæ quas uidisti, super quas sedet meretrix populi, &c. Hinc ait in sacris literis sæpe aquas significare populū, & proinde inquit: Sic autem in sacrificando, in calice domini offerri aqua sola non potest, quomodo nec uinum solum potest: nam si uinum tantum quis offerat, sanguis Christi incipit esse, sine nobis: sin uerò aqua sit sola, plebs incipit esse, sine Christo: quando autem utrunq; miscetur, tunc sacramentum spirituale & cœleste perficitur. Sumpserunt autem euchāristiam Christiani iam inde à principio manè, et ieiuni, quod testatur Tertull. lib. altero ad uxorem, de muliere Christiana Ethnico nupta: Non sciet, inquit, maritus quid secretò ante omnem cibum gustes? Cur uerò manè & non uesperi apud nos sacrificetur, cùm satis constet Christum post cœnam, mysticum calicem obtulisse, id causæ est, quòd, teste eodem Tertulliano, Christum offerri oportebat circa uesperam diei, ut hora ipsa sacrificij ostenderet occasum & uesperam mundi, sicut in psalmo scriptū legitur: Eleuatio manuum mearū sacrificiū uespertinū. Nos uerò resurrectionē domini mane celebramus, quia passionis eius memoriam in sacrificijs omnibus in primis conseruamus.*

Qui primùm post Christum, eo ritu sacrificare cœperint, quem ille docuisset, & qui deinceps modum rei diuinæ faciendæ, quam missam uocant, auxerint, & de osculo pacis inter sacra, atque quando id fieri non liceat, ac de benedictione sacerdotis post sacra. CAP. X.

NVda ab initio omnia & simpliciter mysteria à Christo tradita apud apostolos erāt, nuda omnis cærimoniarum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

niarum ratio, plus pietatis habens quàm apparatus: nam satis constat Petrum, qui uel primus omnium, ut apostolorum princeps, uel unà cum alijs apostolis, rem diuinam eo ritu, quem à Christo accepisset, identidem fecerat, post consecrationem continuò inferre solitum dominicam precem. Auxit inde hæc mysteria Iacobus Hierosolymitanus antistes, auxit Basilius, alijq; alia subinde instituere. Cœlestinus missæ introitum, cuius initium est Psalmus, Iudica me Deus. Damasus confessionem, quæ fit à sacerdote, prius quàm altare conscendat: quidam tamen Pontiano assignant. Gregorius antiphonam, quæ introitum sequitur, & ob id uulgò eodem nomine nuncupatur: item ut nouies Kyrie diceretur, & antiphona post Epistolam, Euangelium, & Communionem. Telephorus hymnum, Gloria in excelsis Deo. Gelasius primus orationes, id est, precum clausulas, quas uocant. Epistolam & Euangelium Hieronymus: & cùm id legeretur, ut cuncti qui sacris interesset, curui ac uenerantes starent, uti expeditiores ad euangelicum dogma defendendũ, uel animaduertendum, quod stando magis quàm sedendo facere solemus, Anastasius primùm constituit. Alleluia ex Hierosolymis translatitium est. Symboli decantatio fuit Marci pontificis primũ decretum, ut festis diebus post euangelium decantaretur, ac idem recitaretur à populo, qui sacrorum causa adesset. Innouauit & id decretum postea Damasus. Antiphonam, quam Tractum uulgò appellant, & hymnos, Gelasius fecit, ac præfationes quæ Canonem præcedunt, cantu quidem & sermone eleganti composuit, quæ, ut testatur Pelagius, nouem numero sunt: decimam ad honorem Deiparæ uirginis Vrbanus addidit. Quòd thus adoletur ad altare, id primus fecit Aaron, dicente domino ad Mosen: Pones altare

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

contra uelum, & adolebit incensum super eo Aaron suaue fragrans: sicut in Exodo est. Deinde apud nos Leo III. illud idem fieri sanxit, quod etiam ab Ethnicis seruabatur. Hinc Vergilius in I. Aeneid. de Venere ait:

Vbi templum illi, centumq; sabæo
Thure calent aræ.

Vsus lauandi manus ex ueteri quoque instrumento esse uidetur, quòd Iudæi non rem modò diuinam, sed conuiuium etiam à lauatione manuum inchoare consueuisse dicuntur, quippe qui nefas ducebant edere panem manibus illotis, cuius rei crimen discipulis Domini ascribebant. Vel ab Ethnicis sumptum est, apud quos sacrificantes primùm omnium manus lauabant, quemadmodum suprà libro III. cap. V. demonstrauimus: &, teste Hesiodo, uetitum erat, ne quis mane Ioui uinum libaret manibus illotis, ne sacrorum nitor polluereturr, qui & conuiuia lotis prius manibus inibant. Vergilius:

Iam pater Aeneas & iam Troiana iuuentus
Conueniunt, stratoq; super discumbitur ostro.
Dant famuli manibus lymphas. In præfationibus, ut Sanctus, sanctus, sanctus dominus Deus sabaoth, canaretur, Sixtus primò statuit, quod ab Esaia propheta sumptum est. Canonis partem, Te igitur, quæ dein initium esse cœpit, Gelasius dedit: sicuti ante eum Syricius Communicantes, quod nunc tertio loco ponitur. Ex quo apparet, ipsum Canonem neq; ab uno integrũ, neq; in eam formam digestum, qua modò constat: cuius rei uel fidem facit, quòd Alexander primus, qui Gelasium & Syricium longo temporis interuallo præcesſit, ob memoriam paſſionis CHRISTI posuit, Qui pridie quàm pateretur, usque ad illa uerba, Hoc est corpus meum. Quocirca satis liquet, illud

tum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tum Canonis fuisse principium, quandò, sicut diximus, Gelasius circiter CCCLX. & eo amplius annos post Alexandrum sedit. Leo deinde adiecit, Hanc igitur oblationem, usque, Placatus accipias. Gregorius tres subiunxit postulationes: Diesq; nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Eiusdem quoq; primi Leonis est, Sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. Sic alij alia addiderunt. Finito canone, dicitur, Pax domini: hic osculum pacis datur inter sacerdotes mutuò, quod Innocentij primi inuentum est: uelut Leonis secundi, ut pax in sacrorum cærimonijs astanti populo circunferretur. Et utrunq; ex imitatione Seruatoris, qui consueuerat suos præsertim discipulos abeuntes, uel ad se redeuntes deosculari, id quod Iudas proditor significantius declarauit, qui præceptorem, ut in euangelicis literis legitur, osculo tradidit. Verùm cùm Missa pro mortuis celebratur, id non fit, pro eo quòd haud nobis cum illis per pacis osculum, communicandum est, quos nondum certò scimus esse in gratia cum Deo. Quare cadauera etiam mortuorum aditu & mansione templi usque eò prohibentur, dum res diuina fiat. autor Gulielmus Durantus, libro diuinorum officiorum septimo. Solent item sacerdotes nostri peractis sacris, benedicere populo dextera manu in eum extensa, ac in signum crucis circunducta, quod episcopi inter sacra, & pontifices Romani alijq; maiores antistites, etiam eundo facitant: quod ab Hebræis est, quippe in Leuitico legimus Aaron post factam rem diuinam, consueuisse extendere manum in populum, ac illi benedicere. Seruauit uel hunc ritum Christus, quem Lucas ait paulò antè quàm in cœlum redisset, eleuatis manibus benedixisse suis discipulis. Sed

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ad rei diuinæ rationem reuertamur. At reliquas Antiphonas Græci, Responsoria uerò quæ nouitio quidem uocabulo sic dicunt, Itali primùm inuenisse traduntur. Sunt qui responsorium etiam Graduale uocent, quòd iuxta gradus suggesti cãtetur. Cæterùm Gelasius & Gregorius multas orationes, id est, preces inuenere, ac ad lectiones & euangelia, responsoria, id est, offertoria, quæ uocant, adiunxerunt, uel Gregorius ipse quasi de integro modum rei diuinæ edidit. Fecit illud ipsum & Ambrosius Mediolanensis antistes. Quapropter habito deinde episcoporum conuentu, decretum fuit, ut quæ Ambrosius digessisset, Mediolanensis tantum sacerdotum cœtus, sicut hodie fit, seruaret, & Gregoriano inuento reliqui uterentur. Quòd uerò sacerdos dicendo, Dominus uobiscum, sæpius ad populum in altari uertitur, hoc de Hebræorum quoq; cærimonia sumptum constat, quorum sacerdos inter sacra sese circumagebat, aspergendo sanguinem animalis immolati. Quod, teste Apuleio, & Ethnicorum sacerdotes circa aras faciebant, cùm præsertim respõsa daturi, diuino, uti credebant, spiritu afflati agitarẽtur. Vnde dubio procul ab alterutris apud nos sunt huiusmodi in altari uertigines.

Vnde mos sit, ut post rem diuinam factam, diaconus pronuntiet, Ite, missa est: & unde missa & cærimoniæ dictæ, & de primo capessendæ eucharistiæ usu. CAP. XI.

FACta re diuina, Diaconus ad populum conuersus pronuntiare solet, Ite, missa est. Conuenit hoc loco, ut huius nominis missæ originem explicemus, ne quis ut sordidum & peregrinum respuat: quandò hactenus permulti id indagare conati, rem in incerto reliquerunt, quippe qui non unde natum esset, ut libamento iam libato, id est, sacrificato, per hunc modum potestas fieret abeundi uolentibus,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tibus, prodiderunt, sed circa uim illius uerbi Missa, aberrantes, deliratione quandam somniarunt, non animaduertentes nostros sacerdotes illud ex moribus institutisq; priscorum esse mutuatos, sicut pleraque alia, uti appositè memorauimus. Cæterùm ne nos etiam aliquid diuinasse potius, quàm rem certam prodidisse dicamur, Apuleij testimonium cunctis certè probandum ducemus in medium, unde moris huius originem abundè haurire licebit. Is enim libro sui Asini aurei x I. cùm se dicit sacris deæ Isis interfuisse, sic rem declarat: At cùm ad ipsum iam templum peruenimus, sacerdos maximus, quiq; diuinas effigies progerebant, & qui ueneranda penetralibus pridem fuerant initiati, intra cubiculum deæ recepti, disponunt ritè simulacra spirantia. Tunc ex ijs unus quem cuncti grammatea, sic Græci uocant scribam, dicebant, pro foribus adsistens, cœtu pastophorum, quod sacrosancti collegij nomen est, uelut in concionem uocato, indidem de sublimi suggesto, de libro, de literis, fausta uota præfatus, principi magno, senatuiq;, & equiti, totiq; Romano populo, nauticis nauibus, quæq; sub imperio mundi nostratis reguntur, renuntiat, sermone rituq; Græciensi, ita, λαοῖς ἄφεσις, populis missio. Quam uocem feliciter cunctis euenire signauit, populi clamor insecutus. Exin gaudio delibuti populares, talos, uerbenas, corollas ferentes exosculatis uestigijs deæ, quæ gradibus hærebat argento formata, ad suos discedunt lares. & reliqua. Istæ duæ Græcæ dictiones significant populis missionem, & uerba sunt Græcanico more & lingua pronuntiata, quæ Græci Latiniq; iuxta usurpabant, post cuncta celebrata mysteria, ut diceretur missio populis, id est, uel datur, uel est, ut tum demum omnibus abire fas esset. Idem igitur

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mos à nostris etiam seruatur, ut peractis sacris, per diaconum pronuntietur, Ite, Missa est: quod idem est, ac licet, hoc est, ire licet. Non est præter consuetudinem quòd Missa, non mißio pronuntiatur, quandò nostræ religionis autores promiscuè mißionem, & Missam usurpare, diuus Cyprianus testatur, qui remissam peccatorum, ac id genus alia permulta sæpe scribit, ut ad Fortunatum de exhortatione martyrij: In aquæ, inquit, baptismo percipitur peccatorum remissa. Hinc ergo totum quoq; sacrificium Missa est nominatum. Quod uocabulum Ioannes Reuchlinus homo Germanus ac literarum Hebraicarum cum primis sciens, libro de rudimentis Hebraicis secundo, docet Hebraicum esse, ita scribens: Inde uenit per additionem he literæ in fine מִשְׁמָה *id est, oblatio, quæ fit superiori domino, propter debitum munus personale. Deuteronomij* XVI. *Oblationem spontaneam manus tuæ, quam offeres, iuxta benedictionem Dei tui. Quod nomen nos Christiani sacrificio nostro impositum retinemus, usque ad hoc tempus, ut à nobis appelletur Missa, quod à Græcis liturgia. Nota igitur, quòd Missa neque Græcum neque Latinum est, sed Hebraicum. Hæc ille. Mihi uerò prior ratio probatur, ut magis apposita. Sic Romanis placuit, omnem diuinum cultum cærimonias appellare, à Cæritibus Hetruriæ populis. Ij enim olim capta urbe Roma à Senonibus Gallis, sacra Romanorum à Vestalibus inuecta perbenignè receperunt, usque eoq; seruarunt, dum patria à Camillo esset recuperata, sicut Liuius libro ab urbe cond.* V. *latè demonstrat. Cuius beneficij Quirites memores, postea omnia quæ ad religionem colendam pertinerent, cærimonias nuncuparunt: autor est Valerius Maxim. quamuis sint, qui eas à carendo dictas malint. Quòd semel tantum*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tum die sacrificabatur, hoc Alexandri primi, teste Gratiano, est decretum: sicut et illud Telephori, quòd Dominico natali die ter Sacerdos rem diuinã facit, & primò in media nocte, cùm CHRISTVS est natus: deinde lucescente aurora, quando pastores natum inuiserunt. postremò ubi prima lux humano generi affulsit, cùm prius nulli ante tertiam diei horam, fas esset sacrificare. Adijcitur & alius mysticus sensus, ut triplici actu status triplex gentiũ significetur: primus, qui sine lege fuit, cùm omnia fuerunt tenebris circunfusa: aliter lucis & tenebrarum simul particeps, cùm post datam legem fuit omnino aliqua diei cognitio, sed nondũ perfecta: tertius gratiæ est, cui sol, id est, ueritatis lux affulsit. Præterea Felix primus sanxit, ut nusquam nisi in sacro loco, si per necessitatem liceret, & à uiris sacris initiatis Missa celebraretur, quòd ipsius rei diuinæ faciundæ à principio solùm apostolis, hoc est, sacerdotibus à Christo potestas facta fuisset. Anacletus quoque huius rei studiosus uoluit, ut sacerdos non nisi coram saltem duobus sacrificaret, quò, credo, ne ille frustra bene precando diceret, Dominus uobiscum, si minus quàm duo sacris interessent. Propterea non rectè faciunt. qui sine arbitris sacrificant. Gratianus hoc præscriptum Sotero attribuit, qui fortè illud parum custoditum renouauit. Iam ad eucharistiam ueniamus, quam nostri maiores olim solebant quotidie capessere, ut ait Lucas in actis: Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione, & fractione panis. Id salutare institutum postea primus omnium suo decreto renouauit Anacletus, iussitq;, ut qui nollent, tanquam impij è sacris ædibus eijcerentur: quemadmodum Victor uoluit, ut illis qui capturi essent, si ob acceptam iniuriam, aut uetus odium, reconciliari prius recu-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

sassent, sacris interdiceretur. Verùm frigescente paulatim deinceps hominum pietate, illud antiquatum est. Ex quo Zephyrinus, qui centesimo circiter post anno Anacletum est secutus, statuit, ut omnes Christiani, qui pubertatis annos attigissent, minimum semel quotannis caperẽt paschali die. Fabianus uerò ut ter id fieret, postea sanxit. Sed Zephyrini decretum, ut factu minus difficile, tenuit constantius: quod Innocentius III. deinceps sua corroborauit auctoritate. Eucharistia autem in templis continenter asseruatur, ad ægrotantium commoditatem, ut ne sine eo uiatico hinc abeant, ut est de consecrat. distinct. prima. Quod deinde decretum Innocentius III. & Honorius item III. confirmarunt.

Quare nonnulla tam Hebraica quàm Græca, uel Syriaca uerba in Missa usurpentur, & ibidem de eorum significatione. CAP. XII.

ILlud insuper haud omittendum duximus, quod facit ad quarundam dictionum cognitionem, quæ ut peregrinæ, inter sacra facienda à compluribus frequentantur sacerdotibus, quàm intelliguntur. Sunt enim uerba quædam Hebraica, quædam Græca, aut Syriaca. Hebraica, & Syra, teste diuo Hieronymo ad Marcellam, ideo immutata ab initio manserunt, quia uel interpretes uel apostoli, id faciendum minus curarunt, ut quoniam primùm religio apud Iudæos, uelut suprà demonstrauimus, cœperat, nihil ad credentium offensionem innouarent, sed ita ut à puero imbiberant, traderent: postea uerò quàm in uniuersas gentes Euangelij sermo dilatatus est, non potuisse semel suscepta immutari, idem autor est. Cuius etiam rei Origenes rationem reddens, asserit, propter uernaculam cuiusque gentis linguam, non posse uerba quamplurima ita

apud

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

apud alios sonare, ut apud suos: ac multò propterea melius esse, non translata ponere, quàm illorum uim interpretatione tenuare. Hac ratione Græcos primùm uocabula illa Hebraica suis commiscuisse, par est credere, utpote desperantes posse se absolutum sensum suo sermone reddere, & sic nostros nihil deinde plus ausos, & Hebraica, & Græca permisisse stare. Atqui id consultò factum non nemo parum salsè putat, quo ad imitationem eius tituli, qui super crucem Seruatoris positus fuerat, perinde Missa triplici lingua constaret, ac illum scriptum fuisse Hebraicè, & Græcè, & Latinè tradit euangelista Ioannes. Sed iam ad interpretationem ipsorum uerborum aggrediamur. IESVS *Hebræum nomen, ut Hieronym. indicat, apud nos Seruatorem significat.* CHRISTVS *ex mystico chrismate unctus dicitur, quem Iudæi Messiam appellant. Idem dictus est Nazaræus, id est, sanctus siue consecratus, uel à Nazareth ciuitate Galileæ, in qua est genitus & nutritus. Item Emanuel, quod Hebræum est uerbum, & nobiscum Deus. Rabbi, idem ac dominus, siue magister, uel præceptor: nam apud Hebræos, à multitudine scientiarum dicta est uox. Paracletus Græca dictio, id est,* παράκλητος, *& significat aduocatum, doctorem, hortatorem, consolatorem. Sic Seruator pollicitus est mittere Paracletum, hoc est, spiritum ueritatis, qui discipulos doceret. Et illud notissimum est, Paracletum per e scribendum in penultima, eamq; producendam: nam si legeris Paraclytum per y, in penultima, facies* CHRISTVM *scelceratorum consocium, qui suis discipulis promisit fore, ut pater eius nomine, talem ad ipsos mitteret doctorem: quippe Paraclytus apud Græcos, nomen est compositum à* παρὰ *præpositione, quæ præter, &* κλυτὸς, *quod*

celeb

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

celebrem, inclytumq; significat. Ergo cùm ea præpositio hoc loco pro sine ponatur, & cum κλυτὸς coniuncta, pro eo, qui sine fama est, ac planè infamis, non utiq; conuenit CHRISTI promißioni. Imò atq; adeò hinc uidere licet, quàm parum rectè faciant sacerdotes, qui ita apud euangelistam Ioannem legunt: sed quàm turpiter peccent, qui etiam de errore moniti, tantum abest ut uelint rectam tenere uiam, ut scientes delyrent, perinde quasi non ueritatis, cui CHRISTVS sese comparauit cùm dixit, Ego sum uia & ueritas, sed consuetudinis quamuis depraua tissimæ obseruatores esse debeant. Bone Deus, ecquid reliquorum munerum functionis ab eiusmodi expectari potest, qui ab alijs docti scire nihil uolũt? Sanè sic Simonem, sic Iacobum penultima syllaba correpta pronunciant, etsi longa est, cùm apud Græcos per ω, quod longum est, ea nomina scribantur. Ad prima redeo. Pascha Hæbræum uocabulum, non Græcũ, prout Hieronymus affirmat, et transitum sonat, quòd Iudæi tunc ex Aegypto in patriam remigrassent. Epiphania Græcũ uerbum, apud nos apparitionem uel obstentionem significat, hoc ideo, quia eo die Seruator stella proditus est, & trigesimo deinde anno adhuc mundo ignotus, cùm uenisset ad Ioãnem, ut baptizaretur, cognitus est, intonante de cœlo patre, Hic est filius meus, &c. Itẽ pentecoste Græcè, quinquagenaria Latinè dici potest, quòd usque ad hanc celebritatem, à resurrectione domini, interfint quinquaginta dies, ut infrà fusius explicabitur. Scenopegia, uox composita, dicta est à figendis tabernaculis, quia in solitudine prisci Hebræi illis usi essent, & erat festus dies. Nostri perperàm addunt aspirationem. Itẽ encænia, festi dies initiales, hoc est, dedicationis templi. Kyrie eleeson uerbum compositum, ex κύριε, quod significat

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ficat Domine, & ἐλέησον, quod est, miserere. Alleluia duo itidem uerba & Hebraica, atque idem, ac laudate Deum: Ia enim, teste Hieronymo, ex decem nominibus, quibus apud Hebræos Deus uocitatur, unum est. Antiphona Græcis uox reciproca, quòd uicißim canatur. Homilia Græcè, Latinè dicitur colloquium, sermo. Canon Græca dictio regulam significat. Hos anna, Hebræo sermone perinde ualet, atq; apud nos, O Domine saluum me fac. Sabaoth Hebraica quoq; uox, & idem atq; Latinis dominus omnipotens, siue dominus uirtutum, aut exercituum. Eucharistia Græcis gratiarum actionem significat, sicuti Euangelium bonum nuncium. Paradisus Graia uoce, pomariũ, hoc est, hortus consitus pomis. Parabola Græcè dicitur, Latinè cõparatio, similitudo. Symbolum collationem significat, quia apostoli seu patres in unum contulissent, quod unusquisq; de Deo senserit. Petrus Græcis saxum, uelut Cephas Syro sermone, soliditas, quòd Petrus solidus fuisset in cõfeßione ueritatis. Phylacteriũ Græca dictio, Latinè custodia dicitur, quòd in ijs seruetur memoria legis: sicut apud nos regulæ iuris habentur. Synagoga congregatio à nostris dicitur, nos etiam Graia uoce ecclesiam uocamus. Mãmona, ut probat Hieronymus, Syriaciũ est nomen, singularis numeri, generis masculini, et apud nos diuitias significat. Ethnicus, uox Græca, & Latinis homo alterius sectæ. Proselytus, Græcum uerbũ, nobis aduena: sic enim illum uocabant Hebræi, quem ex aliena natione, in suæ legis cõsortionem recepissent. Scandalizare, Græcũ uerbum, Latinè est offendere: sicut angariare Persicum, & significat adigere, compellere. Golgatha, Syrac est uox, non Hebræa, & Hieron. ostendit significare locum calui, siue caluariæ. Ita dictus est locus Hierosolymis, ad septentrionalem partem

montis

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

montis Sion, quòd in eo iacerent capita hominum damnatorum. Corbona, quam etiam uocant gazophylacium, nomen ex dictione Persica & Græca compositum, & significat arcam, in qua seruabantur templi pecuniæ, seu munera quæ usui erant ministris: nam Corban, ex testimonio Iosephi, quod in superiore libro citauimus, cùm de radendo capite Nazaræorum sermo fuit, apud Hebræos significat munus, unde Corbona dicta uidetur. Eleemosyna, largitio, quæ inopi fit: Græca uox, & misericordiam sonat. Gehenna locus erat in ualle filij Ennon, in sorte tribus Beniamin, ubi filij Israël, erectis aris, sacrificabant, ac filios exustos igni deuouebant, immolabantq; dæmonio Moloch, quam Deus, uti apud Hieremiam legitur, comminatus est se mortuorum cadaueribus impleturum: apud nos, pro loco inferorum accipitur. Diabolus Græcum uerbum sonat delatorem, siue calumniatorem. Beelzebub, Hieronymus docet idem esse bel, beel, & baal, & Hebræis idolum, & Zebub muscam, quasi dicas idolum muscæ: εἴδωλον enim simulacrum significat, & sic hoc nomine spurcissimum fuisse idolum. Abyssus Græca uox, Latinè uorago dicitur. Phantasma Græcis, uisum per somnum uidere est, Latinè spectrũ dicitur. Sed ne per hæc peregrina longius gradientes, uisum etiam nos uidere uideamur, iam ad finem ueniamus. Amen uox Hebræa est, Latineq;, sicut declarat Aquila, uerè, siue feliciter, uel fiat, Hieronymo teste in psalmos, ubi ait, Fiat fiat, Hebræis legitur amen, amen. Erat quippe germanum consimileq; Hebræorum institutis, in ueterum religione, feliciter, quod suprà ex Apuleij lectione constat, atq; hic amen, quo significatur, ut ea quæ suprà sunt uerè dicta, confirmentur. Super ea re extat breuis epistola diui Hieronymi ad Marcellam.

Hæc

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Hæc paucula libuit exponere, ut unicuiq; rem diuinam facturo, obuia esset eiusmodi uerborum significatio.

LIBRI V. FINIS.

POLYDORI VERGILII VRBINATIS DE INVENTORIBVS RERVM

LIBER VI.

De pio pœnitendi initio, & de primo confitendi delicta instituto: & qualis sit publica confessio, ac ibidem de triplici purgatione episcoporum. CAP. I.

RINCIPIVM *religionis Christianæ cum unctione* CHRISTI, *et regum, item originem & exitum coniugij sacerdotalis, & modum contrahendi, ac ritum sacrificãdi, cùm apud Hebræos, tum apud nostros, iuxtà & orandi, & quantũ mortalibus ipsa Christiana religio profuerit, superiore lib. exposuimus: iam idcirco & alia quæ ad instituũ pertinent opus, disseramus. Seruator noster ut nos ex omni parte immortalitate donaret, postremò potionem salutis, cœlestemq; pastum nobis propinauit, dicens: Caro enim mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus. Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Et pergit: Qui edit hunc panem, uiuet in æternum. Verùm quia non decebat, ut quispiam non mundus tam purum nectar haurire, tamq; salutarem ambrosiam esse auderet, idcirco Apostolus docuit, ut accedendum esset ad ea sumenda, inquiens: Itaque quicunq; ederit panem hunc, aut*

bibe

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem homo seipsum, & sic de pane edat, & de calice bibat: nam qui edit aut bibit indignè, iudicium sibijpsi edit & bibit, &c. Sed quomodo probabit se homo, cùm nemo poßit esse tam prudẽs, tam sagax, quin aliquando labatur? Quod Deus opt. max. sciens, pro sua benignitate aperuit nobis portum salutis, ut huic necessitati, cui fragilitas carnis subiecta est, medicina pœnitentiæ, quam uocamus, subueniret: nam præcursorem misit Ioannem baptistam clamantem, Pœnitentiam agite. Attende, hoc loco de spirituali pœnitẽtia tractatur, quia omnis nostra uita aliud nihil esse debet, nisi pœnitentia, quæ facit, ut quis, uelut ait apostolus, transformetur per renouationem mentis suæ, & ad se reuertatur, dolendo peccatum suum, dicente Seruatore: Qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Et hæc interior est, ac euangelica dicitur pœnitentia, cuius fructus est exterior, quæ agitur per corporis afflictationem & uoluptatum cõtemptum: atq; ut ista ficta, uti in hypocritis apparet, ita illa non nisi uera esse potest. Modus autem pœnitẽdi est, ut ab amore uirtutis, nõ à uitij odio, te incipiat pœnitere. Exempli causa: Amato castitatem, in eaq; acquiescito, tunc tibi statim post turpioris intemperãtiæ odiũ sua sponte oborietur. Id modi pœnitẽdi præscribitur psalmo quadragesimo quarto: Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem. Atque hoc pium est pœnitendi initium. Præposterè igitur agunt, qui à peccato inchoant pœnitentiam, quia illud metu pœnæ, non uirtutis amore, qui uitiorum omnium fuga est, facere uidentur. Quapropter CHRISTVS cùm uellet discipulis uerum integritatis exemplar monstrare, consueuit puellum longè innocentißimum in medio statuere, iubens

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

iubens ut similes illius efficerentur, si auerent ingredi in regnum cœlorum, quò eos sic præsentis uirtutis imagine, ad pœnitendum beatéq; uiuendum facilius induceret. Si quis igitur aut cupiditate uictus, aut libidine impulsus, aut errore deceptus, aut ui coactus ad iniustitiam lapsus fuerit, non desperet: potest enim per hunc modum reduci ac liberari, si pœniteat actorum, & ad meliora conuersus satis Deo faciat, & ita resipiscat, quò & errati pigeat, castigetq; seipsum stultitiæ, & confirmet animum suum ad rectius uiuendum: quoniam sicut nihil prodest malè uiuenti anteactæ uitæ probitas, quia superueniens nequitia iustitiæ facta delet, ita nihil officiunt peccata uetera correcto, quia superueniens iustitia labem uitæ prioris abolet. Vtrunq; ipse dominus apud Ezechielem nobis denuntiat: Si impius egerit pœnitentiam, omnium iniquitatum eius non recordabor. Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius quas fecerat, non erunt in memoria. Atque ita ultima facta aut nobis bono, aut malo sunt. Sed propterea quòd nihil prodest inclusam habere conscientiam, quia patemus Deo, idcirco postquam satis delictorum nos pœnituit, deinde oportet ultro aperire animum, & perniciem uitiorum illi, qui mederi, & ueram atque perpetuam sanitatem reddere potest. Appetenda est hæc omnibus medicina, quoniam in maiore periculo uersatur anima, quàm corpus. Et quia Seruator noster ut humana indutus persona ubique nobiscum præsens esse diu noluit, proinde sui uicarios constituit homines mortales, id est, apostolos ac discipulos suos cum primis, quibus dixit: Quorumcunq; remiseritis peccata, remittentur eis, & quorumcunq; retinueritis, retenta sunt: ut illis nostra confiteremur delicta, tanquam

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ueris iudicibus, & ab ijsdem aliqua affecti pœna, per diuinam gratiam remißionē acciperemus. Ante CHRISTI aduentum, sat erat mente fateri Deo commissa, clamante propheta: Dixi, cōfitebor aduersum me, iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Sed postquam Deus ipse nostræ salutis causa factus est homo, necessum fuit homini qui eius locum in terris tenet, aperire pectus, & totam nudare uitam, per confeßionem, quæ conscientiæ uox est, uti mereremur ueniam, quam IESVS CHRISTVS per paßionem suam nobis impertitus est. Atq; hoc fuit primum confeßionis institutum, ad quod beatum Iacobum allusisse ferunt, cùm dixit: Confitemini inuicem alius alij delicta, & orate pro uobis inuicem, ut sanemini. Ille sic nos Deo reconciliatos uoluisse uidetur, ut remißis uicißim offensis, amicius inter nos uiuueremus. Fuit illa omnino confeßio, quam publicam uocant, quæ postea, ut quidam, quibus omnino plus sapit palatus quàm cor, tradunt, exemplo patribus fuisse uidetur, ut secretiorem instituerint, qua, priore omissa, nunc utimur maximè necessaria, quando per eam, cùm corporis, tum animi uitijs fœdè labentes, Deo semel atq; iterum reconciliamur. Veruntamen ego affirmare ausim, huiusce secretioris confessionis autorem fuisse CHRISTVM, qui, quemadmodum suprà ostendimus, autoritatem fecit apostolis remittendi pariter atque retinendi aliorum peccata. Qua sanè potestate ecquo illi pacto uti potuissent, nisi iam tum mortales cœpissent eis de suis confiteri delictis? Quippe solus Deus scrutator est humani cordis, ex quo omnia ferè mala quæ ab homine in hominem proficiscuntur, iugiter manant. quod & factum esse testatur Lucas in actis cap. 19. qui postquam ostendit filios Sceuæ Iudæi principis sacerdotum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tum ausos fuisse inuocare nomen domini IESV, *super eos, qui haberent spiritus malos, quemadmodum* Paulus *faciebat, & ob id uulneratos fuisse ab homine spiritu uexato, inquit:* Hoc *autem innotuit omnibus* Iudæis *simul et* Græcis, *qui habitabant* Ephesi, *& incidit timor super illos omnes, & magnificabatur nomẽ domini* IESV, *multiq; credentium ueniebant, hoc est, ad* Paulum, *confitentes & annuntiantes facta sua.* Et *hæc uera confessio, & initium confessionis fuit.* Quare *parum omnino prudentis, ne dicam sponte errantis est, aliter uel credere, seu tradere, cùm eusmodi argumento rei nihil profectò uideatur esse probabilius.* At *sunt qui scribant, confessionem hanc apertam fuisse, qui necesse est, uel intelligant esse eos homines de manifestis actibus confissos, quæ res confessionem non requirebat, uel non intelligant quod dicunt: si enim de occultis delictis palàm confessi forent, iam tum ansam dedissent inimicis ad obijcienda sua sibi facinora, cum dedecore, quod morte magis uir sanæ mentis fugere debet: ex quo confessionem minimè apertam fuisse satis constare potest.* Cæterùm *ut modus prioris confessionis priscorum dilucescat,* Tertulliani, *qui de ea re luculenter agit in libro quem de pœnitentia scripsit, uerba subijciam, quæ eiusmodi sunt:* Is *actus qui magis* Græco *uocabulo exprimitur, & frequentatur, exhomologesis est, qua delictum domino nostrum confitemur, non quidem ut ignaro, sed quatenus satisfactio confessione disponitur, confessione pœnitentia nascitur, pœnitentia* Deus *mitigatur.* Itaque *exhomologesis prosternendi & humilificandi hominis disciplina est, conuersationem iniungens misericordiæ illicem.* De *ipso quoque habitu atque uictu, sacco & cineri incubare, corpus sordibus obscurare,*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

animum mœroribus deijcere, illa quæ peccauit, tristi tractatione mutare. Cæterùm pastum & potum pura nosse, non uentris scilicet, sed animi causa. Plerunq; uerò ieiunijs preces alere, ingemiscere, lachrymare, et mugire dies noctesq; ad dominum Deum tuum, presbyteris aduolui, & aris Dei adgeniculari, omnibus fratribus legationes deprecationis suæ iniungere. hæc Tertul. Postremò sequitur, ut satis Deo faciamus: quod fit cum iussù sacerdotis, cui fassi sumus commissa, facimus fructus, uti Ioannes prædicabat, qui deceant pœnitẽtiam: nam, uti Cyprianus ait, pœnitentiam ille agit, qui diuinis præceptis mitis & patiens, & sacerdotibus Dei obtemperans, obsequijs suis & operibus iustis dominum promeretur. Atqui Innocentius tertius constituit, ut qui iam doli capaces esse cœpissent, si non sæpius, at semel quotannis confiterentur peccata illis sacerdotibus, qui eorum animarum curam haberent. Atq; hic est ueræ purgationis modus, ut quod dicto facto'ue quotidie peccamus, illud pura conscientiæ uoce, pijsq; actibus expiemus, non autem Iudaico ritu, arietis sanguine, aut more priscorum teda, sulphure, uel aqua. In sacris ferè omnibus ethnicorum tres erãt istæ purgationes, nam aut teda purgabantur & sulphure, aut aqua abluebantur, aut aëre uentilabantur. Triplicem purgationem Ouidius notat illo uersu:

Terq; senem flamma, ter aqua, ter sulphure, lustrat.

Et Vergilius idem:

Ter socios pura circunluit unda,
Spargens rore leui & ramo felicis oliuæ,
Lustrauitq; uiros.

Item ouum usurpabant. Iuuenalis:

Nisi se centum lustrauerit ouis.

Sic

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Sic & in hoc delirabant: non enim corpus, sed animus est purgandus, utpote cuius absq; nutu, atque renutu, nemo quisquam fit nocens.

Qui primi instituerint horas canonicas, ac sanxerint ut psalmi à choro alternis canerentur, ac quàm parum frugifer sit cantus in domo domini mollior atque delicatior, & ibidem de origine chori, & qui diuorum uitas scripserint. CAP. II.

PReces horarias siue canonicas, quas uocant, Hieronymus primus, Eusebio Cremonensi & plerisq; alijs qui cum eo uixerant, instituisse fertur, quibus diuinæ in tẽplis laudes canerentur, ut ex sacra patet historia, quas patres deinde receperũt imitati carmen Dauid: Septies in die laudem dixi tibi. Sunt autem qui tradant, & in primus diuus Cyprianus, morem celebrandi, primam, tertiam, sextam, et nonam horam à Daniele sumptum, quòd ille ter in die positis humi genibus, patrio ritu mane, hora sexta & nona precàri consueuisset. Ita teste diuo Hiero. tria sunt orandi tempora, mane, id est, hora tertia, cùm spiritu sancto afflati sunt apostoli: sexta, cùm edendum est. Sic Petrus apostolus uolens cibum capere, ascendit circa horam sextam in cœnaculum, orandi causa: nona, tum idem Petrus & Ioannes perrexerunt ad tẽplum, precandi gratia. Fuit uel illud priscorum institutũ, cùm apud illos sic oraretur, teste Apuleio, qui lib. II. ita scribit: Rebus iam ritè consummatis, inchoatæ lucis salutationibus religiosi primam nuntiãtes horam perstrepunt. Matutinas precationes uocat hoc loco Apuleius non ineleganter salutationes, ostenditq; modum orandi diuisum in horas sacrificijs legitimas fuisse. Postea, quod satis constat, Pelagius secundus decreuit, ut ipsæ septem canonicæ horæ quotidie à sacerdotibus recitarentur,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uelut præsens remedium humanæ imbecillitati futurum, quo sicuti iustus septies in die, quēadmodum ait Salomon, fortè per inconsiderantiam cadit, ita per orandi curam, toties resurgat, cōualeatq;. Singulis autem horis Gregorius præfationem dedit initium psalmi Dauid, Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina: subiecitq; hymnum illum, Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, de quo alibi dicemus. Vt totidem etiam horæ in honorem deiparæ uirginis quotidie recitarentur, instituit Vrbanus secundus in cōcilio, quod in Gallis ad Claromontem habuit. At Hieronymus rogatu Damasi digessit psalterium quod uocant, id est, psalmorum librum in septem partes, ad numerum dierum unius hebdomadæ, ut quilibet dies certum psalmorum numerum haberet, qui caneretur: quod ita distinctum nunc ex ipsius Damasi decreto in omnibus templis legitur. Fertur idem pontifex omnium primus hymnum Gloria patri, &c. qui tribus diuinis personis redditur, ad extremum quenq; psalmum adiecisse, quem in Niceno conuētu prius editum, memoriæ proditum est. Item primus instituit, ut chorus alternis psalmos caneret: quanquam non nemo tradit, id antea ab Ignatio episcopo Antiocheno institutum fuisse, quippe qui per quietem audiuisset angelos ad eum modum uicissim psalmos concinentes: id quod unus uel alter à Dauid mutuatus esse uidetur, qui, teste Iosepho libro antiquit. 7. dicitur septem constituisse choros, & eos canentes ac præcedentes ipse subsecutus, dum arca Hierosolyma deportaretur. Vel Asaph imitati sunt, qui, ut suprà diximus, etiam apud Hebræos, autor fuit ordinis eorum, qui psallerent. Fuit omnino iam inde ab initio mos nostris cōcinere de rebus sacris, dicente Tertulliano ad uxorem: Quid maritus suus illi, uel

mari

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

marito quid illa cantabat? Id hodie apud Germanos cum primis seruatur. At diuus August. libro confessionum 9. ait Ambrosium Mediolanensem antistitem hunc canendi hymnos & psalmos morem primùm apud occidentales instituisse populos: quod non utique multum abhorret à sententia eorum, qui Damaso assignant: nam cùm ambo per idem tempus fuerint, & quod unus cœpisset, ab altero ratum haberi oportuerit, non iniuria & ambo eius rei autores dici possent. Verùm quantum iam tunc illud institutum utile esse cœperit, idem August. lib. suarum confessionum 10. planum facit, quippe qui à Deo ueniam petit, quòd diligẽtius cantum, quàm sacrorum uerborum pondus attendisset. Sed hodie longè minus è republica nostra esse apparet, quando cantores nostri ita in templis constrepunt, ut nihil præter uocem audiatur, & qui intersunt (intersunt autem quotquot ciuitas capit) ciusmodi clamorum concentu, quo eorum aures maximè calent, contenti, de ui uerborum minimè curant. Vnde eò uentum est, ut apud uulgus, omnis diuini cultus ratio in istis cantoribus sita esse uideatur, quamuis generatim nullum aliud hominum genus sit leuius aut improbius: & tamen bona pars populi, ut eos audiat clamantes, in sacras ædes uelut in theatrum concurrit, eos pretio conducit, eos fouet, eos denique solos domui Dei ornamento esse existimat, tantò molliores & delicatiores in cantu flexiones & fictæ uoculæ uulgus magis delectant, quàm certæ & planæ: ac ei gratior est sonus, qui tremulo è gutture funditur, quàm qui cum grauitate editur. Quare dubio procul ex religionis usu foret, aut ciusmodi graculos è templis eijcere, uel omnino ita eos instituere, ut canentes more potius legentium quàm instrepentium, hymnos recitarent: quod diuum Athanasium

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Alexandrinum cpiscopum olim in diœcesi sua fecisse Augustinus in prænotato lib. attestatur, atq; magnopere laudat. Chorus autem multorum uocibus constat, ita ut ex pluribus una reddatur, fiatq; concentus ex dissonis. autor Seneca, & Macrobius. Chorum à chara, id est, lætitia, dici autumat Plato lib. 2. de legib. Ego uerò dixerim huiusmodi cantica bene magna ex parte, à ueteribus ad nostras cærimonias esse translata, apud quos ad symphoniam sacrificabatur, teste Liuio, lib. ab urbe cond. nono, ubi ait tibicines solitos præcinere sacrificijs. Sed uel id planius facit pes spondeus, ita dictus, quòd in sacrificijs libantes eo maximè uterentur: nam Græci σπονδεῖα libamina appellant. Numa Pompilius hunc pedem pontificium nuncupauit, cùm spondei melos, id est, cantu, patrios placaret indigetes. Præterea thure incensis altaribus, tibicinem spondeum canere iubebant, ut duabus longis symphonijs quasi duplicibus & iugibus uocibus, prospera deorum uoluntas firmaretur. Sic Cicero tradit publicam mulierem, cùm uolenti iuuenes eius fores frangerent, admonuisse tibicinam, ut spondeum caneret: quod cùm illa fecisset, tarditate modorum & grauitate canentis, illorum furorem consedasse. Meminit & huius rei Quintil. in primo de institu. oratoria. Sed ad Damasum redeamus. Is quoque instituit, ut ad singulas horas canonicas recitaretur, pressa tamen uoce, symbolum, quod ad differentiam Niceni symboli, uulgò breuius & apostolorum appellatur: quamuis certius sit, ut multi tradunt, istud, non illud, in Niceno concilio editum. Vitalianus uerò canendi modum inuenit decentissimum, quo hymni sacri canerentur, quod ante eum Gelasio & Gregorio etsi nõ nemo assignat, adhibuitq; ad eum organa. De eiusmodi musico instrumento affatim tradidimus

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mus suprà lib. 1. cap. x v. cùm de instrumentis musicis tractatum est. Vitas diuorum quas lectiones appellamus, Paulus Diaconus *& Isuardus monachus circiter annum salutis* DCCC. *rogatu Caroli* Magni *scripserunt. Et quoniam cùm aliàs, tum præsertim imperante* Diocletiano, Damasus *&* Eusebius *testantur, ad decem & septem Christianorum millia, diebus tantum triginta, per diuersas prouincias afflicta supplicijs fuisse, difficile erat singulorum uel uitas describere, uel diem festum cuilibet dare, illi propterea composuerunt lectiones, quas appellamus, quæ martyribus pluribus, confessoribus, quos uocant, uel uirginibus conuenirent, quas patres de concilij sententia postea comprobarunt, certisq; diebus qui ipsis diuis sacri haberentur, recitari inter horas canonicas mandarunt. Post hæc quidam putantes fore, ut quis in multiloquio suo facilius exaudiretur, preces alias instituere, quædam mutuati ab his canonicis, quas ad distinctionem suarum,* Romanas *appellarunt: nam* Benedictus *suis monachis certum orandi modum præscripsit, item* Bernardus *suis,* Dominicus *suis. Quin & singuli prouinciales antistites idem fecerunt, ut hodie alij alias preces usurpent, & id factum sit, uel* Romanorum *pontificum consensu, qui nihil respuere uoluerunt, quod diuinum augeret cultum, tametsi* Christo *breuior, non item longior precandi modus probatur.*

De initio ieiunii, & primo eleemosynæ usu, ac ibidem quale uerum sit ieiunium, atq; de ieiunii aduentus, quem uocant, quadragesimæ uario primordio, & unde dicta sit, ac feriæ quartæ cinerum, quatuorque temporum instituto.

CAP. III.

Docet diuus August. in sermone quinquagesimonono, de tempore, ad fratres, precibus, de quibus iam abun-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

dè suprà diximus, duas esse alas annectendas, ieiunium, & eleemosynam, hoc est, ut uocamus, largitionem misericordiæ causa inopi factam, quò celerius in cœlum aduolare, id est, Deo *longè acceptissimæ fieri queant: quia bonæ fiunt illæ preces, uti in* Tobia *est, quas ieiunium & eleemosyna comitatur.* Ieiunij *initium ab orbe statim condito factum est, cùm primis nostris parentibus in amœnissima terræ parte, cui paradisus Graia uoce nomen fuit, constitutis interdicta est arbor, à qua abstinerent, ut sic temperando, beatissimam uitam degerent, malorum omnium expertem, terra sua sponte ferente omnia, &* Deum *creatorem suum spiritu, uti minus mole corporea onusto, facilius colerent. Imò, ut* Ambrosius *ait, primus mundi usus cœpit à ieiunio, qui in lib. de ieiunio ita scribit: Quinto die produxerunt aquæ repentia animarum, & uolatilia uolantia super terram, & adhuc seruabatur ieiunium. Sexto die bestiæ sunt creatæ, & cum bestijs orta edendi potestas, & usus escarum: inde lex de ieiunio lata est, pœnaq; uiolatori indicta. Ita nihil prius* Deus *præscripsit homini, quàm ut abstineret. Atque ieiunij talis fuit origo. Cæterùm abstinentia haud diuturna fuit: non multò pòst commiserunt, ut alteram, credo, precum alam experirentur: quapropter dum in cœlo esse sibi uidebantur, amœnissimo domicilio sedeq; illa beatiore expulsi, sese nudos subitò repererunt, ac tum primùm alienis opibus egentes, à* Deo *pelliceas tunicas accepere, quibus operirentur, inde rerum omnium magis indigentes solum laboriosè uertere, & per sudorem ac ærumnam uitam agentes, expectare fructus terræ, quæ iam cohibita nihil ultrò amplius ferebat, coacti sunt. Subijt & morbus, tentareq; cœperunt frigora & æstus insueta corpora, sicuti oraculum prædixerat ea uitæ incommoda*

adeun

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

adeunda esse, si minus diuinæ legi paruissent. Et hinc simul eleemosynæ usus esse cœpit, qui inter omnes gentes, tantum deinceps increbuit, quantum pauperies semper serpsit. Sed hanc non uno humanitatis uel liberalitatis genere metiri licet: quodcunque enim charitatis officium in alterum præstatur, id eleemosyna est. Cæterùm Moses primus eleemosynæ dandæ usum introduxit, dicens, ut in Deuteronomio extat: Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, idcirco ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum uersatur in terra. Quod uel CHRISTVS approbauit, cùm inquit: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Et rursum alibi: Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Magna nempe uis eleemosynæ, cùm in ea tam bene omnia bona nostra locata uelit Seruator. Sed quibus danda sit, audi diuum Hieronymum, cum Seruatore docentem, & dicentem: Vade, uende omnia tua, & da pauperibus. Pauper non utique ille, qui mendicitate & squallore coopertus est, & tamen non recedit à uitijs, sed qui bonus est. hæc Hieron. Et Salomon: Da misericordi, & ne suspicias peccatorem. Illis igitur, teste etiam Ambrosio, quos scimus ignauè potius, quàm ex necessitate ostiatim de cibo rogare, debemus consulere, ut bene agant, ac eos obiurgando commonefacere, ut sine uitæ ignauia, uelint in sudore uultus, sicut diuina iubet iustitia, & quærere uictum, & esse panem suum. Et hæc ut magis pia & salutarior, eleemosyna spiritualis nuncupatur. Est tamen communiter danda eleemosyna omnibus egentibus, quandò ea non tam accipientibus quàm dantibus prodest. Sed de ieiunio iam agamus. Manauit & illa ieiunij ratio ad posteros: enimuero carnis ac uini usus ab Adam ad Noë usque

igno

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ignotus fuit. Cibo se abstinuit Moses x l. dies, abstinuit Helias, & postremò Seruator noster totidem. Item Niniuitis Ionæ prophetæ opera & cohortatione, pœnitentibus per ieiunium uenia datur. Ita Iudæi abstinere consueuerunt, quoties à Deo opem aduersus calamitates implorare, aut eum iratum placare, uel aliquid usui uitæ necessarium rogare, seu acceptorum beneficiorum memoriam, uel dies festos agere uoluissent. Demum Christus & ieiunandum esse, & ieiunandi modum instituit, cùm apud Matth. cap. v i. dixit: Tu uerò cùm ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laua, ne conspicuum sit hominibus te ieiunare, sed patri tuo, qui est in occulto, & pater tuus qui uidet in abdito, reddet tibi in propatulo. At ieiunio uidetur nomen inditum ex intestino, quod ieiunum dicitur: quia teste Cornelio Celso, lib. i i i. nunquam quod accipit, continet, sed protinus in inferiores partes uentris mittit: hoc argumento, ut more ieiuni intestini, minus nos cibis oneremus, cùm abstinemus, quod proprium continentiæ est. Verum autem ieiunium seruat, non qui à carnibus tantum cœnaq; abstinet, id quod uulgus absolutum ieiunium existimat, sed qui simul & affectibus aliquid adimit, ut minus permittat iræ, quàm soleat, minus superbiæ, minus cupiditati, nihil uoluptati, ac patienter ferat, si quid aduersi inciderit. Hæc omnia Epictetus Stoicus duobus uerbis, quæ frequentissimè usurpabat, pulcherrimè comprehendit, Sustine, & abstine. At Origenes in hanc quoque sententiam, Vis, inquit, ostendam, quale te oporteat ieiunare ieiunium? ieiuna ab omni peccato, nullum cibum sumas malitiæ, nullas capias epulas uoluptatis, nullo uino luxuriæ concalescas, ieiuna à malis actibus, abstine à malis sermonibus, contine te à cogitationibus pessimis, noli contingere

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tingere panes furtiuos peruersæ doctrinæ, non cõcupiscas fallaces philosophiæ cibos, qui te à ueritate seducant: tale ieiunium Deo placet. Vt igitur ad hanc tanti præmij messem sæpius uigilaremus, ut ad cœlestium bonorum gustum eniteremur frequentius, apostoli uolentes Christianos imitaturos esse Seruatoris abstinentiam, instituerunt, in quadraginta dies ieiunium ante pascha seruandum. Id esse uerum testis est diuus Hieronym. in epist. ad Marcellam, aduersus Montanum, qui plures quadragesimas seruandas prædicabat, scribens: Nos unam quadragesimam secundum traditionem Apostolorum, tempore nobis congruo ieiunamus, illi tres in anno faciunt quadragesimas, quasi tres pasci sint Seruatores, non quò & per totum annum, excepta Pentecoste, ieiunare non liceat, sed quòd aliud sit necessitate, aliud uoluntate munus offerre, & reliqua. Imò, si Chrysostomo credimus, ipsius CHRISTI institutum esse uidetur, qui homilia decima in genesin, de ea re ita scribit: Nam quemadmodum in uijs publicis sunt stationes & diuerticula, in quibus fessi uiatores & respirant & quiescunt, ut alacrius postea iter suum conficiant: & sicut in mari sunt portus, ut in eos se recipiant nauigantes, dum uentorum impetus conquiescat, & sic iterum nauigare incipiant: ita & nunc his qui in hac quadragesima ieiunij cursum suscipere, quasi stationes & diuerticula, & portus, per duos hebdomadæ dies, Dominus quietem largitus est, ut & corpori aliquantulum ieiunij labores remittant, & exactis duobus illis diebus, in pulchrè cœpto itinere alacriter pergant. At non nemo Telephoro illud primò assignat, & quidem falso: nam Telephorus auxit potius dierum numerum, quàm eius instituti fuit autor, qui fertur constituisse, ut per septem hebdomadas,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

das, ante pascha, ieiunium obseruaretur. Hoc temporis spacio computantur quinquaginta dies, quibus quotidie, ne uno quidem prætermisso, ieiunandum erat: siquidem ex decreto Melchiadis perspicuè apparet, nullos tum dominicos dies à ieiunio uacuos fuisse: ille enim perdiu postea sanxit, ne Dominico, neue quinto hebdomadæ die ieiunium celebraretur, quòd eos dies idolorum cultores quasi sacros agerent. Sed hoc posterius paulatim obsoleuit. Illud uerò superius iam ante Melchiadem in usu erat, dicente Tertullian. in lib. de militis corona: Die Dominico ieiunium nefas ducimus: eadem immunitate à die paschæ, usque ad pentecosten gaudemus, &c. Verùm ita fortè accidit, ut institutum iam intermissum, à Melchiade renouatum fuerit. Quare Chrysosto. eos ipsos dies, ut suprà ostendimus, à Domino datos ad recreandum corpus, rectè affirmare uidetur. Ad hunc denique modum Telephorus non instituit quadragesimam, sed ad eam unam addidit hebdomadam, qua sacerdotes duntaxat, ultra alios abstinerent, ut illi qui sanctiores esse debent, uel in hac obseruatione sancta, aliquid plus quàm reliqui abstinendo præstarent. Posthac Gregorius scripsisse fertur Augustino Anglorum antistiti, ut curaret, quò Anglici quoque sacerdotes secundum Telephori decretum, ieiunium seruarent. Et id temporis spacium quinquagesima dictum, sicut latè patet in canon. decretis, ubi de ieiunio agitur: & id institutum deinde Aurelianensis concilij autoritate antiquatum. Cæterùm unde dicta sit quadragesima, & quod habuerit principium, facilè ambigitur. Etenim longo iam usu uenit, ut quadragesima absolutè ponatur pro eo quadraginta dierum spacio, qui sunt ieiunio sacri, sed quàm Latinè nescio, nisi dicatur, quia ordine est dies quadragesima

sacri

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

sacri ieiunij, & finis eiusdem: ac inde sic nominetur, quòd sit ultima dies ex quadraginta, sicut secundus est ultimus ex duobus. Atqui fuere nonnulli, qui istiusmodi partem temporis tanquam totius anni decimam sacro ieiunio darent: nam cùm annus constet ex CCCLXV. *diebus, ac horis sex, decima pars est triginta sex dies, & nescio quot horæ: & quia deinde quatuor dies, sicut infrà dicemus, additi sunt, ex eo, etsi satis inepte, nomen composuerunt, ut quadragesima nuncupata sit, quasi quatuor & decima. At istuc ne somnium, cui simile est, fortè putes, scriptum leges lib. diuinorum officiorum* VI. *Quadragesimam uerò alij iam usque ab initio incipiebant eo die, qui nunc est primus ipsius quadragesimæ Dominicus dies, ac ita continebat in se duos & quadraginta dies. alij uerò à secunda feria præteritæ hebdomadæ, quod hodie nostri monachi atque Narbonenses Galli obseruant. Verùm cùm in eo* XLII. *dierum numero sex interessent Dominici dies, quibus ex scito Melchiadis fas non erat ieiunare, idcirco D. Gregorius, quemadmodum eodem in lib. patet, ut quadragesimam redigeret ad* XL. *dies ieiunio sacros, addidit ad eum ipsum numerum dies quatuor, uoluit'que feriam quartam præteritam, esse caput quadragesimæ, quam multis cùm cærimonijs tum sacris, sanctam & celebrem fecit. Primùm enim in Missa legitur illud Ioël prophetæ secundum caput, ubi de pœnitentia agitur: deinde aliud Matthæi euangelistæ, quo ueri ieiunij modus præscribitur. Sed ante initium Missæ factum, cineres consecrantur, quibus populus aspergatur: sic nanque apud Iudæos, eos quos maximè pœniteret, cinere conspergi solitos tradit Hieremias, cap.* XXV. *Deinde sacerdos imponit eos cineres super uerticem capitis cuiusque, dicens: Memento homo, quia puluis es,*

& in

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

& in puluerem reuertéris. apud alios ait: Memento homo quia cinis es, *& in cinerem reuertêris, in nomine patris & filij & spiritus sancti, amen.* Atque hinc ea dies feria quarta cinerum appellatur. Ita cuncti generatim mortales semel saltem in anno redduntur mortis memores, quod facit ut rectius uiuamus, certò scientes nobis esse moriendum. Ad eum modum dominus, ueluti est lib. Geneseos cap. 3. admonuit Adam postquàm peccauerat, *& in mortis necessitatem inciderat, de humani corporis imbecillitate dicens:* In sudore uultus tui, uescere pane, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, *& in puluerẽ reuertêris.* Postremò ut ne ocyus quàm ieiunium requireret, populus ad prandium aduolaret, iussum est, ut sacra omnia ad nonam usque horam producerentur, recitatis etiam simul uesperis, quas uocant. Quæ sanè cærimoniæ ac sacra partim diui Gregorij opera *& autoritate,* partim Cabillionensis concilij decreto instituta sunt. Est autem Caballio, seu Cabellio, uel Cabillio, ita uariè apud ueteres autores legitur, teste Ptolemæo, ciuitas in Lugdunensi Gallia celebris, in qua ea frequens synodus habita est. Ad rem redeo. Eorũdem quoq; apostolorum decretum fuit, at tres hebdomadæ ante natalem Domini, ut solennes celebrarentur, adiunxeruntq; illis ieiunium, quod aliquandiu publicè seruatum ferunt, nunc uerò monachi maximè omnium obseruant. Calistus uerò primus omniũ instituit, ut frumenti, uini, *& olei gratia,* ter in anno ieiunium ageretur, die præsertim sabbati, id est, quarto mense, septimo, *& decimo,* si inchoẽmus annum à Martio, Hebræorum more. Inde mutato consilio, in quatuor partitus est anni tempora id ieiunium, in uer, æstatem, autumnum, *& hyemem.* Quibus temporibus deinceps ratio sacrorum ordinum habita

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bita est, cùm id antea tantummodo Decembri mense fieri consueuisset. Sunt tamen qui Vrbano attribuant huiusmodi quatuor temporum, ac ieiunij distinctionem, quæ antea hominum imperitia confundebantur. Sic utrunq; fieri potuit, ut Calistus primùm instituerit, dein Vrbanus ieiuniũ in quatuor tempora digesserit. At ista ego à Romanis accepta esse dixerim, quos Ouid. in Fast. tribus anni temporibus fructuum gratia, totidem sacrificia dicit fecisse, uinalia, robigalia, floralia: prima causa uini, altera frugum, Deo qui Robigus dicebatur, sacra septimo calend. Maij, quoniam tunc ferè segetes robigo occupat, ut ait Plin. tertia cunctorum fructuum quibus dea Flora præerat. Hinc igitur apparet priscos Romanos pontifices eadem quoq; anni tempora non inani superstitione, sed ieiunijs tribus ex eadem causa celebrasse, quò uanos ueterum ritus in uerum pietatis cultum uerterent. Deinde patres nõnulla alia constituerunt ieiunia, quæ etiam ponere minimè tædebit.

Quando primùm sacræ uigiliæ in ieiunium fuerint mutatæ: & ibidem, nocturna sacra apud ueteres semper fuisse damnata, atq; de instituto ieiunii quartæ & sextæ dierum hebdomadæ. CAP. IIII.

MOs fuit statim ab initio crescentis religionis, ut quia Seruator CHRISTVS noctu nasci uoluisset, sacerdotes nocturno tempore surgerent, horasq; canonicas canerent. testis Tertullianus, qui ad uxorem scribit: *Latebis ne tu cùm per noctem exurgis oratum?* Item diuus Hieronymus, qui in sermone de obseruatione uigiliarum, aut quisquis illius autor est (nam de ea re ambigitur) inquit: *Hæc & huiusmodi tanta ac talia ideo sancti illi cecinerunt, & scripta reliquerunt, ut nos eorum posteri paribus excitaremur exemplis, ad celebrandas etiam noctibus*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſalutis noſtræ excubias. Quod nempe ex præcepto domini fiebat dicentis ſuis diſcipulis: Sic non potuiſtis una hora uigilare mecum? Vigilate & orate, ut ne intretis in tentationem: ſpiritus promptus eſt, ſed caro infirma. Et propheta illud ipſum decantat: Media nocte ſurgebam, ut confiterer tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Item Apoſtolus ait: Orationi inſiſtite uigilantes. Hinc populus quoque imitans illos paſtores qui circa Bethlehem atque gregem ſuum nocte excubias agentes, meruerunt primi de ortu Domini cognoſcere, ſolebat ea nocte quæ diem què piam præceſſiſſet ſolennem, in templis ad ſepulcra martyrum pernoctare orando, ſacros'que hymnos canendo. Quod C. Plinij teſtimonio comprobatur, qui cùm Bithyniam prouinciam obtineret, motus miſericordia ob multitudinem Chriſtianorum interemptorum, ad Traianum, cuius iuſſu ea ſæuitia eruperat, ſcripſit, multa hominum millia quotidie obtruncari, in quibus nihil omnino ſceleris inueniretur, niſi quòd eſſent ſoliti ſtato die ante lucem conuenire, carmen'que CHRISTO *quaſi Deo canere. Sed quid damnoſa, uti ait Horatius non minuit dies? Ea enim pietas poſtea paulatim in impietatem, illi ſacri hymni in diſſolutas cantiunculas, preces illæ in procaces affectus uerti cœperunt. nam in eo nocturno conuentu, pueri puellæq; amores iam licentius meditari, iuuenes palàm ſtuprum offerre, ſenes lenocinium facere, & matronæ paſſim corrumpi minus erubeſcebant. Quod Vigilantius, qui mox in hæreſim eſt lapſus, præſentiens, ut idoneam culpandi anſam amplexus, cœpit eas excubias maximè omnium impugnare, publicè q; execrari. Contrà Hieronymus qui ab eo criminatore nihil non in malam partem aſſeri ſuſpicabatur, grauiter repugnabat, argumentans paucorum*

culp

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

culpam non debere religioni damno esse, quia qui peccarent uigilando in templis, possent etiam in suis domibus uel in alienis eadem facere: atque non illepidè in illum cauillans aiebat, Hoc facit contra uocabulum suum, ut uelit dormire Vigilantius. Sic res in aliud tempus reiecta, ita auxit contagionem, ut domus Dei iamiam, sicut ueritas dicebat Iudæis, facta esset spelunca latronum, hoc est, stuprorum. Quod patres ubi animaduerterunt, ut ne id malum latius serperet, tandem aliquando statuerunt, ut loco uigiliarum ieiunium indiceretur pridie diei cuiusque festi, si ille celebris ac præcipuus esset, & sacerdotes nihilominus de media nocte surgerent, ac horas suas celebrarent: quia, uti Cyprianus ait, efficax fit precatio præcedente ieiunio. Mansit dein uigiliarum, id est, officij nomen huiusmodi ieiunio, quod æquè obseruatur ac quadragesimale. Atque huic crescenti morbo tale est datum remedium, post tempora omnino diui Hieronymi, qui eo anno occidit, qui fuit salutis CCCCXXII. sedente Bonifacio pontifice primo. Ita Aegyptij, teste Herodoto, pridie diei festi solenne ieiunium habebant, & postquam dormierant, immolare uaccam. Hunc ritum attendant, qui eiusmodi diebus grauatè abstinent, quandò inde scire licet nos à priscis hominibus istum accepisse abstinentiæ modum, ut non uideamur nouum obiisse munus. Ad rem redeo. Nimirum nocturna sacra semper fuere multorum scelerum causa, id quod ad extremum fuit, quamobrem Romana seueritas, teste Liuio, bacchanalia damnarit, cùm sub nomine religionis, stupra puerorum fœminarumq; promiscua, & corruptelæ omnis generis fieri cœpissent: & Dyagundas Thebanus, teste Cic. de legi. omnia nocturna sacra ob illud ipsum apud Græcos lege perpetua sustulit. Item

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quarto & sexto hebdomadæ die ieiunium indixerunt patres, quòd hoc die Christus fuisset cruci affixus, & illo Iudas eum prodere animo destinasset, quod censuerat Apollonius orator insignis, sicuti in decret. canon. est, qui imperante Lucio Commodo, solus ea tempestate martyrium passus, quia de Christianæ religionis laudibus, quod tunc capitale fuit, orationem habuisset. Testatur & de obseruatione huius ieiunij Origenes super Leuitic. scribens: Habemus quartam & sextam septimanæ dies, quibus solenniter ieiunamus. Eiusmodi sexti diei ieiunium ab Anglis hodie sanctissimè seruatur, populis sine controuersia, præcunctis religiosissimis, sicuti nos latius de ea re memorauimus in historia nostra Anglica, quæ nuper diuûm auspicijs in publicum prodijt.

Qui primi mutauerint Solis & Saturni dierum nomina, in dominicum & sabbatum, ac reliquos hebdomadæ dies in ferias distinxerint, & ibidem, à quibus errantium syderum uocabula fuerint istis diebus primùm tributa. CAP. V.

SVbnectam perappositè, unde feriarum nomen sit diebus hebdomadæ singulis inditum. Porrò Sylueſter Romanus Pontifex primus, uanorum Deorum memoriam abhorrens, statuit, ut dies hebdomadæ, qui antea nominibus Solis, Lunæ, Martis, Mercurij, Iouis, Veneris, & Saturni dedicati essent, ad numerum feriarum digererentur, uocarenturq; prima, secunda, tertia, quarta, quinta, sexta feria, ad eum propè modum, quo apud Hebræos, dies nomine sabbatorum distincti fuerant. Saturni uerò diem antiquo legis uocabulo sabbatum, quod requiem significat, & primam feriam quæ in locum Solis subiecta erat, ut diem domino sacrum, dominicum, appellari uoluit: idq; fecisse dicitur rogatu Constantini principis. Quanquam apostoli primò

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

mò eum diem domino consecrarant, quòd Seruator noster eo die à mortuis resurrexisset, atque ocium sabbati, id est, ocium, sicut ait Origen. *ab operatione peccati, in eundem uerterant, ut perinde apud nos dominicus esset, ac sabbatum apud* Iudæos *fuerat.* Quod *uerum esse ex eo colligere licet, quòd multò ante Sylueſtrum, aut* Constantinum, Pius *pontifex sanxisse perhibetur, sicut infrà demonstrabitur,* Pascha *dominico die celebrari, &* Tertullianus *eum diem dominicum appellat, uti proximo capite demonstrauimus.* Quare *istud institutum fortè id temporis minus seruatum,* Sylueſter *per hunc modum innouasse dicitur.* Cæterùm *hæc dierum ratio nunc tantum in rebus diuinis habetur, cùm uix dominico die cum sabbato suum tenente locum, & id, credo, permittente Sole, &* Saturno, *reliqui pristinum nomen recuperauerint.* Vnde *profectò pudẽdum est, simulq; dolendum, quòd non antehac data sint istis diebus* Christiana *nomina, ne dij gentium inter nos, tam memorabile monimentum haberent.* Feriæ *apud ueteres, erant dies, quibus nullum opus fieri liceret, dictæ à feriendis uictimis, quæ immolabantur: uel à ferendis epulis, quæ tum maximè dabantur.* Sed *de ijs plura in capite insequenti, cùm de festis diebus sermo fiet.* Quod *autem receptum est, dies aßignari septem stellis, qui planetæ uocantur, inuentum* Aegyptiorum *putatur, teste* Dione *historico.*

De modo Christianæ abstinentiæ in cibis capessendis, cùm solenne est ieiunium, & unde sit usus apud nos consecrandi mensas, legendiq; sacra scripta, dum editur, atque agendi gratias, post sumptum cibum. CAP. VI.

CVm *ieiunium agitur, primùm à carne, & à quocunq; ciborum genere quod sapiat carnem, sicut sunt lac, caseus, oua, autore diuo* Gregorio, *abstinendum est.* Sed car

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nis usum multò antè interdictũ fuisse ijs qui per ieiunium abstinent, testatur Chrysosto. qui Gregorium ducentis antecessit annis, homilia tertia ad populum, in detractores: Quæ enim, inquit, utilitas, cùm auibus & piscibus abstinea mus, fratres uerò mordeamus & comedamus? Quæ lex à principio imposita fuit, cùm Deus, uti est in Genes. lib. dixit: Ecce dedi uobis omnẽ herbam seminantem semen, quæ est in superficie omnis terræ. Et omnis arbor in qua est fructus arboris, seminans semen, uobis erit in escam. 1ta, teste Origene, primus homini cibus fuit ex oleribus et arborum fructibus, usque ad Noë tempora. Et eam ipsam legem in ieiunio remansisse satis constat, quandò posteritas illa semper est usa. Abstinendum dein & à cœnis, dicente Hieron. prout & in decretis scriptum est: Sint tibi quotidiana ieiunia, & refectio satietatem fugiens: nihil enim prodest tibi biduo uel triduo uacuum portare uentrem, si pòst pariter obstruatur. Et subdit: Sint tibi ieiunia pura, continua moderataq;, id est, quotidie esurire, quotidie prandere, & reſ. Docet Hierony. ut semel in die cibum capiamus, & illum quidem circa meridiem, quæ temporis portio iam usu uenit, ut prandio sit data. Est illud ipsum iampridẽ conuentus Gabilionẽsis decreto statutum, quo excipitur, ne quisquam ante sacra meridiana peracta, pransum eat: nulla hic mentio de cœna fit. Dixit Hieron. & refectio, id est, ipsius cibi capessendi actio, satietatem fugiat: si de prandio & cœna intellexisset, refectiones pluratiuo numero posuisset. Hæc grata frugalitatis consuetudo maiores nostros in hoc genere ieiunij, cum summa uoluptate continuit: hæc nos esurire quotidie, cùm cœnas negligimus, & prandere quotidie admonet. Sanè si in ieiunio bis cibum capere fas esset, ecquæ hic abstinentiæ forma, uel species quidem foret? parui enim

refert

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

refert quo uescaris cibo, si modò te ad summum satiaueris. Apud Romanos olim prandia non fuisse frequenti in usu, autor est Scruius. Testatur idem Gell. ita scribens: Parsimonia apud ueteres Romanos, & uictus atq; cœnarũ tenuitas non domestica solùm obseruatione, ac disciplina, sed publica quoq; animaduersione, legumq; pluriũ sanctionibus custodita est. Romanis fœminis, uti nos alibi diximus, uini usus quõdam ignotus fuit. Hebræi in solẽni iciunio uesperi tantũ comedebant, sicuti lib. Iudicũ cap. 20. & 2. Reg. cap. 1. legitur. Hunc quoq; morem apud nostros aliquando seruatum Chrysost. innuere uidetur, cùm homil. 36. in Matth. prope finem ita dicat: Veniat tibi, oro, in mentem, quoties iciunij tempore, mẽsa uesperi apposita, si minister uocatus tardiusculè accesserit, &c. Nos igitur ab ijs formam ieiunij accepisse uidemur, sed alio temperantiæ argumento: illi in medias noctes sese pascebant, nos merenda contenti, reliquum diei abstinenter agimus. Hæc ieiunij ratio quãquam ab omnibus recepta est, riteq; ubiq; gẽtium seruatur, de ea tamẽ non ab re, hoc loco latius quàm uolebam, memorauimus: sunt enim nonnulli quorũ Deus uenter est, ut apostolus ait, qui uelut fruges cõsumere nati, omnia tam humana quàm diuina præ lautissimis epulis, haud magni ducant. Ij porrò abortiui, ut dicunt, religionis filij, contendunt esse cœnandum in ieiunio, modò carnium usus absit. Huic tam pingui esuritioni audiuimus nos quandoq; apud Anglos, Londini, nescio quem concionatorem Franciscani ordinis uirum, uoluisse copiam suppeditare ciborũ, imò abstinẽtiæ Christianæ fræna laxare, affirmantem neminem teneri capitali peccato, si quadragesimale ieiuniũ uiolasset, cùm ex præcripto legis, nihil contrà sancitum esset. Ita homo eius sectæ, quam Christus non instituit, de ieiunio præceptum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Christi requirebat, ut (credo) suo amplo uentri haud tenuiculo cibo contento, honestius obediret. O post hominum memoriam os importunissimum. Fac, quæso, mihi licere id sine capitali crimine facere, quid obest, si persuasum habeam me grauius peccare quàm peccem, si non abstineam? Officit sanè nihil, cùm per id enitar patientius abstinere, quod cùm corpori tum animo & perutile atque maximè necessarium est, inclamante Origene: Nam quomodo apud eos castitas incorrupta seruatur, nisi arctioribus continentiæ fulta subsidijs? Quomodo scripturis operam dabunt? Quomodo sapientiæ & scientiæ student? nonne per continentiam uentris & gutturis? Quomodo quis seipsum castrat propter regnum cœlorum, nisi ciborum affluentiam resecet, nisi abstinentia utatur ministra? Hæc ergo Christianis ieiunandi ratio est. Hactenus ille. Proinde ex usu nostro non est, ex suggestis polliceri secus facientibus ac Christiana temperantia poscit, lexq; iubet, impunitatem, quæ malorum semper auget audaciam. Quamuis ego omnino non facilè cõcesserim, id fieri posse sine capitali noxa, quandò apostolorũ, uel atq; adeò Christi, ut suprà cap. 3. ostendi, institutum sic uiolatur, sic patrum autoritas floccipenditur, sic deniq; religio ipsa negligitur, cùm præsertim hoc tempus sacrũ sit, de quo idem Origenes: Habemus, inquit, quadragesimæ dies ieiunijs consecratos. Atque iam satis liquet, quantum sit piaculum, dare dissolutis licentiam peccandi, ac religiosum populum à pio continẽtiæ officio auocare, ab eiusq; pectore castum summouere metum. Cæterùm extra ieiunium legitimum, & duos hebdomadæ dies, feriam sextam ac sabbatum habemus, quibus non licet uesci carnibus prout iam ab initio Ecclesia receperat, constituerat, sanciuerat q;. Ast alijs diebus nefas est Christiano homi

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

homini cibum aliquẽ quo uescantur cæteri mortales, stomachari, repudiare, cùm Seruator imperet, ita dicens discipulis suis: In quãcunq; ciuitatem intraueritis, & susceperint uos, edite quæ apponuntur uobis. Apostolus itidẽ Timotheo iussit ut prædicaret, nihil ex cibis, quibus homines uescerentur, esse reijciendũ, quòd, ut eius uerbis utar, quicquid creauit Deus, bonum sit, si cum gratiarum actione sumatur: sanctificatur enim per uerbum Dei, & preces. Et idem ad Corinth. ait: Atqui esca nos non commẽdat Deo, neq; si comedamus, aliquid nobis supereſt, neq; si nõ comedamus, quicquã nobis deest. Voluit tamen abstinẽdum esse, si facultas ista comedendi foret aliquando infirmioribus offensioni. Quocirca Eleutherius uanas hominũ obseruationes tollendi studiosus, statuit, cõtra Seuerianos hæreticos, ut ne quis Christianus ab ullis abstineret cibarijs, quæ consueuissent mortalibus usui esse. Quod & cõtra Iudæos est, qui ex præscripto legis, porcina ac quorundam aliorum animalium carne non uescũtur, id quod in Leuitico fusius proditur. Ecce quàm suaue sit Christianæ temperãtiæ iugum, quamq; leue onus: quamobrem apparet, quàm impiè faciant, qui illud reijcere conentur, cùm præsertim liquidò liqueat, ethnicos multò eo grauius semper tulisse non inuitos, quod planũ fecimus in tertio huius operis uol. cap. 5. ut qui uelint ea omnia discere, illinc queant haurire. Hæc tamen adijciam: In ueteri instrumẽto legimus, sacerdotes qui ministrant in templo Dei, prohiberi uinum & siceram bibere, ne ebrietate grauẽtur corda eorum, ut sensus uigeat semper, & tenuis sit. Priscis tẽporibus nec carnibus uescebantur, nec animalia dijs immolabant, sed liba & fructus, cæteraq; huiusmodi sacrificia pura dijs offerebãt: nam uesci carnibus, ut inquit Plato lib. 6. de legib. & deorũ aras

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

polluere sanguine, impium uidebatur. Qui uolebāt sacris Isis initiari, illis ieiunium x. dierum indicebatur, dicente Apul. lib. xi. Illud planè cunctis arbitris præcepit, decē continuis illis diebus cibariam uoluptatem coërcerem, neq; ullum animal essem, & inuinius essem. Liuius scribens de matre filium initiatura bacchanalibus, refert, decem dierū castimonia opus esse. Vnde Hieron. uerißimè ait: Venter & genitalia sibimetipsis uicina sunt, ut ex uicinitate mēbrorum, confœderatio intelligatur uitiorum. Itē Cyprianus: Ieiunijs uitiorum sentina siccatur, petulantia marcet, concupiscentia languet, fugitiuæ abeunt uoluptates. Videant igitur, qui uel grauatè abstinētia utuntur, uel qui religionis causa abstinent, uerùm cùm dies festus uenerit, saturantur ad uomitū, quàm turpe sit homini christiano, non abstinere, aut non abstinendum esse modis omnibus docere, cùm præsertim intemperāter uiuere, non tam malè uiuere sit, ut quidā sapiens ait, quàm diu mori. Item nostris mos est, mensam iam instructam sacris quibusdā consecrare uerbis prius quàm uesci incipiant: quod ad imitationē Christi fit, quippe qui cum ritū seruasse fertur, cùm in deserto quinq; panes, cum apud Emaus coram duobus discipulis, mensam consecrauit. Est insuper usus agendi gratias post prādium cœnam'ue, id quod uel illum facere consueuisse constat, & apostolus fieri præscripsisse uidetur, qui, ut paulò superius ostendimus, ait bonum esse quodcunq; ciborū genus, si cum gratiarum actione capiatur. Potest & ab Hebræis uideri sumptū, quia illi immolatas edebant escas. Quod uerò consuetudinis est, ut dum comeditur, sacra legātur scripta, hoc ex uetustißimo more habetur, uel diuo August. teste, in libello de cōmuni uita sacerdotū, ubi inquit: Cùm acceditis ad mensam, donec inde surgatis, quod uobis secundum consuet

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſuctudinem legitur, ſine tumultu, ſine contentione audite, ne ſolæ uobis fauces ſumant cibum, ſed & aures eſuriant Dei uerbum. Auguſt. hactenus. Hoc ego ex Seruatoris inſtituto profectum dixerim: ille enim cum aliâs ſæpius eden do docere conſueuit, tum poſtremò inter cœnam, diſcipulos ueſcẽtes de conſummatione omnium ferè myſteriorum religionis docuit, uelut Matth. cap. 26. abunde demõſtrat. Vnde patres ut memoriam frequentarent tam ſalutaris inſtituti, hunc ſacræ ſcripturæ in menſis legendæ ritum, iam inde ab initio introduxiſſe uidentur.

De origine rationis feſtorum dierum apud Romanos, & noſtros, & cur conſtituti ſint, & ſoli Deo eſſe ſacrificandum, ac de more natalé colendi diem, paſchaq; celebrãdi, & conſecrandi paſchales candelas. CAP. VII.

IVdæos ſua habuiſſe ſabbata, hoc eſt, dies feſtos, ſuprà declarauimus abunde, cùm de ritu ſacrificandi facta eſt mentio, qui quẽuis feſtum diem perinde ſabbatũ uocabant, ac Romani feriàs, quarũ apud eos quatuor in primis erãt genera. Statiuæ uniuerſi populi communes, quæ certis & cõſtitutis diebus fiebãt, in quibus præcipuè edebãtur ludi, id eſt, lupercalia, agonalia, carmentalia, conſualia. Agonalia Feſtus uocat ſacra Dei Agonij præſidentis rebus agendis: ſicut carmẽtalia dicuntur ſacra Carmẽtæ matris Euandri, quæ ita nuncupata eſt, quod mulier fatidica carminibus reſponſa daret: nam ei antè Nicoſtrata nomen fuerat. Conſualia à Romulo inſtituta Conſo, quẽ conſilij Deum putabant. In circo maximo ad aram, teſte Diony. ſubterraneã, ſacrificia et ludi fiebãt, quibus uirgines Sabinæ raptæ fuerant. Conceptiuæ, quæ quotannis à magiſtratibus uel ſacerdotibus concipiebantur, in certos ſiue in incertos dies, ut erãt latinæ, ſemẽtinæ, paganalia, compitalia. Imperatiuæ,

quas

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quas consules uel prætores pro arbitrio indicebant. Et nundinæ paganorum ac rusticorum, quibus ad negotia & merces conueniebant. Item nouendiale sacrum, cuius origo talis fuit. Cùm enim Tullo Hostilio rege, Romam esset nuntiatum, in Albano monte lapidibus pluisse, placuit ut nouem dierum feriæ celebrarentur. Quæ religio in multas exiuit ætates, ut quoties tale esset prodigium, huiusmodi nouendiale fieret sacrum. autor Liuius, ab urbe condita. Erant præterea priuatæ, ac propriæ familiarum, quas quæq; familia ex usu domesticæ pietatis seruabat, ut Claudiæ feriæ, & Aemiliæ. Item singulorum, ut natalium dierum, quæ natalitiæ dicebantur, & fulgurum, & funerum expiationes. Fuit mos iste & apud Persas, ut suum quisq; diem natalem pro facultatibus, multis sacris ac opiparis conuiuijs colerent, unde ad Romanos forsitan fluxit, quibus in solis natalibus sacris, sese uarijs etiam libidinis intemperantiæ uoluptatibus dare fas erat. Vergil. in Bucol. præclarè demonstrat: Phyllida mitte mihi, meus est natalis Iola. At in alijs castè dies agebant, ac tam natali die, quàm funerum, in templa cibos pauperibus afferebant, ibiq; edebant. Manauit & ad nos institutum. quandò teste Tertul. lib. de militis corona, nostri illis ipsis diebus oblationes faciebant, in temploq; unà epulabãtur, quæ postea luxuries Nicenæ synodi decreto sublata est. Fuit uel Ambrosij temporibus talis diei cultus celebris, qui epistola quadam ad Felicem episcopum Comensem monet natalem diem unicuiq; non ludis uoluptatibus'ue alijs, sed tantum precibus agendum. Sed is dies qui nobis primus illuxit, nunc prorsum apud nos in omnem uenit obliuionem, quò scilicet nostræ sordidæ infantiæ penitus immemores, omni tempore pòst insolentiores euadamus. Fuerunt & feriæ denicales

nomi

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nominatæ, quæ agebãtur, cùm hominis mortui causa, familia purgaretur Græci enim νεκρὸν, mortuum dicunt. Harũ feriarum meminit Columella hisce uerbis: Nos apud pontifices legimus, ferijs tantum denicalibus mulos iungere non licere, cæteris licere. Affirmabant autem pollui ferias, si in ijs opus aliquod fieret: ideo per præconem denũtiabatur, ne quod opus fieret, & præcepti negligens mulctabatur. Ac à ferijs festi dies dicti sunt feriati, quibus feriæ celebrabantur: sicut professi à pro, dictione priuatiua, hoc est, non festi sunt dies, qui erant ad rem uel priuatam uel publicam ministrandã, hominibus cõcessi. Erant uel fasti dies, quibus sine piaculo, prætoribus licebat tria uerba fieri, Do, dico, addico: & nefasti ijs cõtrarij, quibus fari non licebat. quæ omnia Ouid. in Fast. latè persequitur, & Liuius ac Dionysius appositè meminerunt, necnon & Festus. Hac ratione patres, quia lex Iudæorũ umbra fuit futurorum bonorũ, constituerunt dies festos, quibus Christiani omißis prophanis negotijs, diuinis uacarent rebus, sacram scripturã perdiscerent, sacras audirent conciones, debitumq; Deo honorem sacrificando, orando, bene agendo haberent, ac simul memoriã diuorum, diebus qui illis sacri essent, colerent: nã soli Deo sacrificãdum est, testificante Barnaba, & Paulo. Is enim cùm Lystræ claudum ex utero matris suæ iußisset ambulare, quemadmodum in Actis commemoratur, & ille continuò nequaquã pedibus debilis exiluisset, ac turbæ ob id miraculũ uoluissent ei & Barnabæ immolare, ambo cõscißis tunicis suis exiuerunt in turbas, clamãtes, atq; dicentes: Viri, quid hæc facitis? et nos mortales sumus similes uobis homines, annuntiantes, ut ab his uanis cõuertamini ad Deũ uiuum, & reliq. Diui uerò honorandi sunt, quòd iam filij et hæredes CHRISTI, *ut ait apostolus, effecti sint,*

qui

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

qui pro nobis orent, & idcirco illis tẽpla & aræ dedicantur, ut simul eos, simul Deũ debita ueneratione colamus. Vnde in psal. 148. Laudate dominũ in sanctis eius. Ad rem redeo. Primùm omnium ab apostolis, deinde à patribus festorum dierũ ratio inita est, uti proximo cap. subtilius disseretur, & præsertim pascha, quia inde omnia religionis mysteria initium sumpserint, quod Pius primus, dominico die celebrandum constituit. Deinde orta dissensione super ea re, Victor qui sedere cœpit anno circiter CXCVI. à natali Seruatoris, sanxit ex sentẽtia Eleutherij, cui in pontificatum successit, ut pascha dominico omnino celebraretur die, à XIIII. luna primi mensis, ad XXII. ne cum Iudæis Christianorum ratio cõgrueret, quibus moris fuit, illud solenne aliquanto prius celebrare. Id decretum externorum antistitum quidam ab initio repudiarunt, rati se haud inceptè facere, qui nihil aberrarent à Ioannis institito, qui charissimus fuisset CHRISTO: & satis cõstaret, eum ipsum quoad uixisset, Iudæorum more paschale tempus obseruasse. Polycrates Ephesius episcopus de ea re scribens: Nos, inquit, inuiolabilem celebramus diem, neq; adiscientes quicquam, neq; minuentes. Ita inter nostros eatenus est disceptatum, quoad ad eum quem nunc tenemus modum, illud sacrum sit constitutum celebratum iri, qui etiam quibusdam nõ satis probatur. Pascha, ut suprà ostendimus, Hebraica est uox, & significat transitum: quod uerum esse euangelista innuit, cùm celebraretur à Domino pascha cum discipulis, aiens: Ante diem autem festum paschæ, sciens IESVS quia uenisset hora eius, ut transiret ex hoc mundo ad patrem, &c. Cereæ paschales candelæ, ut dominicæ resurrectionis sabbato per singula templa consecrarentur, Zozinus autor fuit.

De

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

De primo festorum dierum instituto, & utrum pentecoste fuerit apostolorum temporibus dies festus: atque unde mos sit adscribendi bene de Christiana religione meritos ad diuorum catalogum. CAP. VIII.

TRadidimus suprà diuum Ioan. apostolum pascha celebrasse, id quod & alij fecere apostoli: quos simul autores fuisse perhibēt, ut omnes illi dies quibus Seruator noster ad salutem atq; disciplinam nostram aliqua peregisset mysteria, sacri essent, utq; apud posteros maiori haberentur uenerationi, eos primùm religiosè coluisse, quandiu uixissent. Cuiusmodi sunt dies dominici, aduētus Domini, natalis, & circuncisio eiusdem, epiphania, item Virginis purificatio, quam uocant, quadragesimæ dies, dominica palmarum, cœna Domini, quando post eucharistiā institutam, pedes lauit discipulis, parasceue, pascha, ascensus Christi in cœlum, pentecoste. Quod solenne ab Hebræis prius consueuit celebrari: apud eos enim postquā agnus immolatus fuerat, quinquagesimo deinde die, data est lex Mosi scripta digito Dei. Cùm Christus uelut ouis ut immolaretur, ductus à Iudæis est occisus, nostrum pascha fuit, ac post quinquaginta dies discipuli spiritum sanctum accepere. Quanquam sunt, qui tradant pentecostes diem non fuisse festum, apostolorum temporibus: in qua re eos hallucinari planè ostendit Lucas, in Actis cap. 20. ita scribens: Proposuerat enim Paulus præternauigare Ephesum, ne tēpus tereret in Asia, festinabat enim, si possibile sibi esset, ut diem pentecostes agcret Hierosolymis, &c. Cur tanto Paulus opere ad illam ipsum diem agitandū properasset, nisi fuisset iam tum apud nostros festus quam celebratissimus? Transfiguratio quoq;, teste Origene, primùm à Iudæis est: uoluit etenim Christus, ut quemadmodum facies Mosis ex communicat

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nicatione colloquij Dei gloriosa facta est, sic dimisso iam uelo, sese transformatũ apostoli Petrus et Iacobus & Ioãnes contẽplarentur. Sancti patres igitur huiusmodi sacrorum dierum rationẽ edocti, ut cõmodius plebs Christiana conueniret ad sacram concionẽ, & ad cultum diuinũ concelebrandum, habito Lugduni antistitũ conuentu, & illos sanxerũt dies esse colendos, & alios complures constituerunt, qui Christianis perpetuò festi essent, quibus aut sancti è uita hac calamitosa in cœlum migrassent, aut aliquid in religione sanctũ esset gestum. Qui nempe dies his sunt diuis sacri, Stephano protomartyri, Innocentibus, Syluestro, Ioãni baptistæ, XII. apostolis, Paulo gentiũ doctori, Deiparæ uirgini, Laurentio, Michaëli, Martino, & communiter omnibus sanctis, quod Bonifacij quarti decretum fuit. Is enim pantheon uetustũ Marci Agrippæ opus, diuæ Mariæ uirgini atque diuis omnibus, Phocæ Imperatoris permissu, ad 4. Iduum Maij sacrauit, exclusoq; malorũ dæmonum cultu, quorũ simulacra plura hic numero fuerant, locum expiauit. Gregorius deinde IIII. fertur autor fuisse, ut id sacrum Cal. Nouembris celebraretur. Itẽ & cruci ex qua pependerat salus nostra, solennis dies data est, ac eucharistiæ ab Vrbano IIII. pariter dies dedicatus assignatusq;. Est & diuo Petro apostolo iampridem rogatu Constantini Imperatoris, ad memoriã tormentorum, quæ pro religione tulisset, constituta festa dies à Syluestro, quæ ad uincula nuncupatur, prout in bello quodam de uinculis Petri continetur, qui diuo Hieron. tametsi parum uerè, adscribitur. Deinde dies alij alijs, festi festis ex paruis quandoq; causis accumulati sunt, id quod haud scimus an expedierit, cùm præsertim uideamus eò rediisse Christianorum mores, ut quàm olim ex religionis usu erat hæc instituere,

tam

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tam nunc præstare uideatur eadem antiquare, cùm bona pars hominũ otium istud festorum dierum non ad orandũ, non ad diuina scripta audienda, cuius rei causa datum est, sed ad omnifariam bonorum morum corruptelam augendam, in dies magis magisq; impudẽter consumat, dictitans se id animi gratia facere, quasi planè sentiens cum Platone, qui ob illud ipsum, Deum eiusmodi festa sacra instituisse aiebat. Atq; ita bellè ethnicos perinde in hac re, ut in nimis multis alijs æmulamur, quod tantũ abfuit ut maiores nostri fecerint, ut etiã illum ipsum audacter ijsdem ethnicis uitio dederint, teste Tert. in apologetico, cum de Cæsarum solennibus sacris loquitur. ubi inquit: Propterea igitur publici hostes Christiani, quia Imperatoribus neq; uanos, neq; mẽtientes, neq; temerarios honores dicant? Gran de uidelicet officium, focos & choros in publicum ducere, uicatim epulari, ciuitatẽ tabernæ habitu abolefacere, uinolutum cogere, certatim cursitare ad iniurias, ad impudentias, ad libidinis illecebras. Siccine exprimitur publicũ gaudium, per publicum dedecus? O nos meritò damnãdos: cur enim uota & gaudia Cæsarũ casti & sobrij & probi expungimus? &c. Non putauit Tertullianus futurum, ut ista omnia in nostros christianos aliquando caderẽt, qui hoc loco ethnicos deridet, & tamen uenit tempus, cùm eos potius Cæsarum, quàm Christi, solennes ritus celebramus. Faxit igitur Deus, ut pontifices nostri tandem aliquando istos festos dies utiles reddant: quod facient, si minuendos ac castè agitandos curarint. Sed ad reliqua explicanda redeamus. Felix primus consulẽs gloriæ martyrum, statuit, in eorum memoriam annua sacra fierent: ueluti Greg. postea super eorundem corpora ut itidem sacrificaretur uoluit. Quod Vigilantius omnino respuẽdum censebat, prout latius ex-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

plicabitur, cùm de sanctorum reliquijs mentio fiet. Fertur tamẽ Anacletus eius rei prior fuisse autor. Ex quo consentaneum est, ut postea Felix & rem diuinam ad martyrum memoriam faciendam decreuerit. Idem Felix, ut ueterum literis proditum est, autor fuit, ut cũcti eo die uicatim feriarentur, quo aliquod templum dedicaretur: uoluitq;, ut si de consecratione ignoratum foret, utpote uetustate deletrice monimentorum, denuò consecraretur, affirmans non dici iteratum, quod factum esse nesciretur. At Felix III. post hæc instituit, ut à solis episcopis dedicarentur tẽpla, essetq; dies ille festus anniuersarius. Et illud ex imitatione Hebræorum, qui, ut suprà ex testimonio Iosephi ostendimus, eum quoque festum diem agebant. Cæterùm illud appositè admonendum, festum alicuius diui uocitari diem, ac esse ei sacrum, quo ille è uita discessisset ad cœlum: nã quemadmodum quis nasci dicitur, cùm de utero matris in hanc prodit lucem, ita pari ratione potest meritò existimari natus, cùm eius anima uinculis carnis soluta ad lucem redit æternam. Vnde mos inoleuit, ut dies huiusmodi diuorum uitæ extremos natales, & sacra illis solẽnia non funebria, sed natalia appellaremus. Natalis autem Seruatoris tantùm, & Ioannis Zachariæ dies sacer solennisq; est, quòd uterq; in matris utero sanctus effectus fuisset, teste August. Est & Deiparæ uirginis postremò natalis quoq; dies sacer habitus. Vt uerò mortales bene meriti inter deos referãtur, mos est adeò uetus, ut penè nihil eo sit uetustius. quandò antiquitas statim ab initio suos reges ac alios cùm ob accepta beneficia, tum ob uirtutes, deos facere consueuit, prout in primo huius operis uol. sparsim diximus. Sed ante omnes, Romani id multis cærimonijs fãctitabant, quod suprà lib. 3. memorauimus. Huius rei rationem nostri pontifices secuti nõ dubit

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

dubitanter uideri possunt: nam quòd Felix & Gregorius annua sacra facienda ad memoriam martyrum instituerunt, illud planè aliud nihil fuit, nisi eos martyres decernere esse sanctos, & inter deos referre. Verùm postremò, ut ne unusquisq; arbitratu suo hunc uel illum pro diuo haberet coleret ue, Alexander tertius statuit, ut nulli mortalium diuinus honor in terris haberetur publicè, nisi illi, qui prius ex edicto apostolico diuorum esset catalogo adscriptus. Hoc decretum inter decretales epistolas, in titulo de reliquijs sanctorum, scriptum leges.

Qui primi apud nos instituerint, ut anniuersaria iusta mortuis fierent, quarto etiam nonas Nouembris, & ibidem de legitimo tempore lugendi mortuos, deq; lugentium uestitu, eorundemq; corporis habitu, ac quando luctus minueretur, & quare Francorum reginæ, dum sunt uiduæ, albis utantur uestibus.

CAP. IX.

Mortuis iusta facienda Pelagius Romanus pontifex primus curasse fertur: quod Isidorus apostolis adscribit, qui & ipse illam modum exequiarum quæ hodie fiunt, ad auxit. Ambrosius id ab Hebræis fluxisse ad posteros autumat, qui Iacob de mortuum quadraginta dies luxere, & Mosen triginta: sat est enim id tempus sapienti ad lachrymas. Fuit & Romanis lugendi ratio, siquidem Numa dijs manibus sacra adiecit, cùm Libitinæ ara, siue Proserpina ea fuerit, ut multis persuasum est, siue Venus. Puerum trimo minorem lugeri uetuit: neque natu grandiorem, plures menses lugēdum censuit, quàm uixisset annos. Tempus longissimi luctus coniugalis in decem menses extendit, non ut, sicut inquit Seneca lib. epist. 7. tandiu fœminæ lugerent, sed ne diutius. Testatur idem Ouidius, qui in primo Fast. sic ait:

Per totidem menses à funere coniugis uxor

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Sustinet in uidua tristia signa domo.

Si qua uerò mulier ante x.mēses, ab obitu mariti nupsisset, probro notabatur, ut in lib. Codicis legitur, et ex decreto Numæ, prout ait Plutar. uaccam prægnantem immolabat. Quod nempe institutum si hodie cùm alibi, tum in nostra Anglia seruaretur, raros utiq; haberemus de armētis uitulos, cùm bona pars uiduarum mulierum nō expectet, dum tēpus illud ab obitu uirorum prætereat. Itē in luctu fœminæ purpuram atq; aurum deponebāt, albásq; uestes, teste eodē Plutar. in problemat. induebant, idemq; propinquos factitare uoluerūt, ut quemadmodum mortui corpus, albis uestibus uelarentur. Alba autē ueste idcirco cadauer exornabant, quia solus albus color syncerus ac purus mūi meq; inquinatus est, et ob id mortuis aptißimus. Sic in euāgelio legimus corpus Domini sindone inuolutū fuisse, quo uocabulo lineum uelum significatur. Mox eandem purpuram & aurū cùm eluxissent, sumebant. autor Liuius. Hinc arbitror natum, ut hodie reginæ Francorum post mortem uiri, albis tantum induātur uestibus, & si qua uidua sit, regina alba uulgò uocitetur. Apud Iudæos luctus xxx. diebus finiebatur, id quod apud Anglos quoq; seruatur. Præterea lugentes induebant saccum: sic Iacob fleuit Ioseph, & Dauid operto capite, Absalon, testis est Hier. Itē caput barbamq; radebant. Esaias: In cunctis capitibus eius caluitium, omnis barba radetur. Contrà nostris barba promittitur. Cæterùm antiqui ut plurimū nigra uestimenta in luctu induebāt. amiculum nigellum, dicitur à Varrone uestitus lugubris, quod anthracinum uocabant, ἄνθραξ enim Græcè carbo appellatur. Vnde Apul. ait in Asino suo, lib. 2. Vmbrosum demonstrat cubiculum; matronam flebilem fusca ueste contectam. Item capillum sibi uellere, facie unguibus

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

guibus lacerare, complodere manus, necnon capillitium, Iudæorum ritu, cinere inspergere turpareq;, dicente eodem Apul. lib. 9. Discerptæ comæ semicanæ, sordentes inspersu cineris. Præter hoc ultimum, reliqua omnia nostri, cum primis Itali, in re funerea iuxtà dementer seruant, ab ipsis priscis, ut iam liquidò liquet, proculdubio accepta. Ipsum autem uestitum lugubrē omnes penè gentes nostri christiani orbis annum integrum induunt, interdum tamen ante illud tempus deponunt, propter publicum gaudium, uel magistratus ineundi honorem, aut nuptias faciēdas. Ita olim Romano populo minuebatur luctus, cùm susceptum publicè uotum soluebatur, ædes dedicabatur, lustrum condebatur: priuatis hominibus, cùm puella desponderetur, cùm bonos in familiam ueniret, cùm captiuus aliquis liberatus domū rediret, aut cùm natus esset propinquior quis cognatione, quàm is, qui lugeretur. Illud item ex more eorundem est, ut apud nos cadauera abluantur, & quandoq; ungantur, præsertim nobilium. De qua re Ennius:

Tarquinij corpus bona fœmina lauit & unxit.

Et Anna Vergiliana: Date uulnera lymphis

Abluam. Atq; id officij, sicut etiā nunc fit, à propinquioribus præstabatur. Quòd hodie demortuorū anniuersaria iusta fiunt postridie Cal. Nouembrium, eius rei, ut fama est, & Petrus Damianus testatur, Odilo autor fuit. Is uir præfectus monachorum Cluniacēsium, cùm in Sicilia, sedente Ioan. XVIII. Rom. pontifice, circa Aetnam montem frequenter audiret gemitus clamoresq;, qui ibi, teste Trogo, partim ex fremitu feruētis æstus maris, partim ex eructatione Aetnei ignis, ubi acrior per spiramenta cauernarum uentus incumbit, iugiter fiunt, ratus est cacodæmones lamētari, quòd per preces & sacrificia Christianorū,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

animæ mortuorum ab illis ſupplicijs liberarentur: nã conſtans uulgi opinio eſt, ad Aetnam montẽ, ubi perpetuũ incendium tot iam ſeculis flagrauit, aut ad inferos aduũ patêre, uel in ea ignea uoragine ſontiũ animas expiari. Itaq; protinus egit cum ſuis monachis, ut poſtquam Cal. Nouẽb. in diuorum omnium honorem ſacrificaſſent, ſequenti itidẽ die cunctis uita priuatis iuſta facerent. Quod inſtitutum ut pietatis plenum patres demũ receperunt. Fuit is annus citer M. alter humanæ ſalutis. At iampridem inoleuerat mos hic apud ueteres parentandi ad ſepulcrũ, quod indicat M. Tullius in 1. Philippica dicẽs: Vt cuius ſepulcrum naſquam extet, ubi parentetur, ei publicè ſupplicetur. Et in orat. pro Flacco: Litemus igitur, inquit, Lentulo, parentemus Cethego. Sic fiebat annua parẽtatio, id eſt, ſacrificium quotannis ad honorem mortuorum, id quod etiam Macrobius & Cato tradunt, ſcribentes Laurentiã annuæ parentationis honore dignatam. Sic nos illud ipſum inſtitutum pro ſalute mortuorum ſeruamus. Vnde omnino factum uidetur, ut Odiloni in mentem uenerit huius religionis celebrandi anniuerſarias de mortuorum exequias.

De origine nouendialis ſeptendialisq; ſacrificii, & de more offerendi pro mortuis, eosq; non lugendi, ac de ſapienti Thracum inſtituto, & modo apud priſcos efferẽdi funeris ad ſepulcrũ, atq; de initio funebris põpæ, extruendorumq; ſepulcrorum forma, ac eorundẽ iuris religione. CAP. X.

Fiebat ſacrificium pro mortuis, nono die, quo quis ſepultus fuiſſet, quod dicebatur nouendiale. Horat. in epodo: *Nouendiales diſſipare pulueres.* Itẽ ludi qui in honorem mortuorum celebrabantur, nouendiales nuncupabantur. Teſtatur idem Seruius ſuper quinto Aeneidos, enarrans illud:

Prætereà ſi nona diem mortalibus almum

Auro

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Aurora extulerit. ubi ait, apud maiores modũ fuisse, ut ubicunq; quispiam extinctus fuisset, ad domum suam referretur, octauo die incenderetur, nono sepeliretur. Donatus quoq; *in comment. Phormionis dicit, in funere nonũ diem uoti habere instaurationem. Hinc igitur apud nos hodie mortuorum iusta septimo die à funere, demptis ex uetere institutio illis duobus diebus, fiunt: ideóq; in canonicis decret. distinct. 44. præcipitur,* Nullus presbyter ad septendialia defuncti solennia celebranda uocatus, se inebriare ullatenus audeat: *quandoquidem tunc largiter epulantur. Apud Anglos hoc fit uigesimonono die, postquã mortuus est sepultus. Nos uidemur septimo die sacrificium pro mortuis facere, sicut in nuptijs apud priscos septima dies instaurationem uoti habebat, ut quemadmodum hoc die initium propagandi generis celebre erat, sic etiam illo eodem die finis cuiusq; solennis haberetur. Fuit & mos offerendi pro mortuis, dicente Tertull. in libro de militis corona:* Oblationes pro defunctis, pro natalitijs, annua die facimus. *Hinc profectò satis liquet, iam usq; à principio orti propè cuãgelij, opinionem perquam sanctam per animos hominum peruasisse, mortuos per piam uiuorum operam iuuari. Cæterùm quãtum istud charitatis officium uita iam priuatis opituletur, docet August. ut eius testatur ἐγχειρίδιον, ita scribens: Neq; negandum est defunctorum animas pietate suorum uiuentium releuari, cùm pro illis sacrificium offertur, uel eleemosynæ in ecclesia fiunt. Sed illis hæc prosunt, qui cùm uiuerent, ut hæc sibi postea prodesse possent, meruerunt. Est quidam uiuendi modus: nemo tam bonus, ut non requirat ista post mortem: nec tam malus, ut ei non prosint ista post mortem. Et ut rem planiorem faciat, pergit:* Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ut sit plena remißio, aut certè ut tolerabilior fiat ipsa damnatio. Atq; quoniam nescimus quomodo cum illis in altera uita agatur, propterea orãdum est iuxtà pro omnibus, quò eis beneficiũ nostrum supersit potius, quàm desit. Contrà non lugendum, dicẽte Cypriano: Nobis quoq; reuelatum est, ut constanter prædicarem fratres nostros non esse lugẽdos accersione dominica de seculo liberatos, cùm sciã non eos amitti, sed præmitti, & recedentes præcedere. Et Hierony. ad Paulã de dormitione Blesillæ dicit, simul admonens, ne quisquã ad id faciendum moueatur Hebræorũ exemplo, cùm illi ideo mortuos lugerẽt, quia ante Christi aduẽtum, ad inferos nouerant esse descensuros. Vnde subdit: Nos uerò qui Christum induimus, quibus spes certa est ad superos remeandi, non debemus super mortuos contristari, &c. Quod nauiter olim faciebant Maßilienses Galliarum populi, qui sine lamentatione, sine planctu, funeris diem domestico sacrificio, necessariorumq; conuiuio finiebant: quod Angli hodie ritè seruant, animaduertentes, credo, nihil ad rem attinere, humano indulgere dolori, ut stultè conquerẽdo, quòd Deus immortalitatem suam noluerit nobiscũ partiri, cùm præsertim moriendo relinquamus labores & pericula, quæ statim nascendo subimus. Quapropter Thraces huius rei memores, natales dies hominũ, uti alibi diximus, flebiliter, exequias cum hilaritate, meritò celebrabant. Illud perappositè addam: more prisco, præcedebat funus, homines sequebantur, quasi post ipsum mortuum morituri, subsecuturiq;: à quibus supremum uerbum dicebatur, Vale, nos te sequemur. Vergilius:

Salue æternum mihi maxime Palla,
Aeternumq; uale. *Et de Polydoro:*
–Animamq; sepulcro

Cond

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Condimus, & magna supremum uoce ciemus.

Hinc exequias dici autumat Donatus, narrans illud Terentianum: *Funus interim procedit, nos sequimur.* Verumenimuero hoc tempore homines ordine præpostero præcedunt in pompa funebri, cadauere subsequente, id quod ætate Hieronymi fiebat, qui scribens ad Paulam de dormitione Blesillæ, indicat ordinem pompæ funereæ præire solitum ante cadauer. Item, teste Seruio, ad honorem præsertim regum & nobilium, cum faculis præcedebat populus. Vergilius de Pallante:

Lucet uia longo
Ordine flammarum, & latè discriminat agros.

Vnde haud dubiè ortum est, ut apud nos illud idem in cuiusuis funere seruetur. Præterea lectos ponebant. Idem Vergilius in sexto de Marcello:

–Vel quæ Tyberine uidebis
Funera, cùm tumulum præterlabêre iacentem.

Ferebantur insuper mortui ad tubam. Idem:

It cœlo clamorq; uirûm, clangorq; tubarum.

Et Persius hæc omnia ponit:

Hîc tuba, candelæ, tandemq; beatulus alto
Compositus lecto. Item cum tubis, in funeribus tibiæ quoq; ac tympana adhibebantur, & ea omnia, ut hominum mortuos lugentiũ animi languentes eiusmodi sono excitati, minus dolorẽ sentirent, qui ijs oblectamentis facilè distrahi soleant. autor Alexander Aphrodiseus in problemat. Et ad cohonestandas exequias, simul etiam maiorum imagines deferebantur, ludiq; fiebant, ac alia, quibus Cic. pro Milone, testatur Clodium caruisse. Clodius, inquit, sine imaginibus, sine cantu, sine ludis, sine lamentis, sine funere, sine laudationibus ambustus est abiectus. Plato itidẽ suum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ponit in XII. *de legibus ordinem pompæ funebris, in funere præfectorum ciuitatis, qui ciusmodi erat:* Indumenta *omnia alba, luctus ploratusq; nullus. Chori duo, alter puellarum numero* X V. *alter uerò totidem puerorum, qui feretrum circunstarent, dum sacerdotes uicissim demortuum laudabant, eiusq; felicitatem totum diem decantabant. At postero die bene manè, iuniores capulum ad sepulcrum ferebant, eorumq; cœlibes præcedebant equites cum equis, & cum armis pedites: deinde pueri patrios hymnos concinentes, et hos puellæ sequebantur, cum mulieribus iam effœtis. Sepulcrum uerò erat sub terra, factus ex lapidibus fornix, &c. Istiusmodi sepulcri genus Itali hodie ut plurimùm conficiunt, ut sit commune familiæ monumẽtum. Sed illud est magis usitatum, ut humato homunis, qui aliquo sit numero, corpore, terra operiatur mensa lapidea, quæ contineat nomen & laudem mortui incisam.* Veteres pariter Græci atque Romani, teste Cicer. lib. de legib. 2. *super tumulum mensam quoque uel columellam tribus cubitis non altiorem, statuebant, cum ornamentis laudis, quæ ad mortuos pertinerent, facta nominis mentione honorifica. Lex præterea erat, ne sepulcrum quis deleret, ne'ue alienum in illud inferret, ac ita multis cærimonijs ius sepulcrorum religiosum habebant: quod nos quoque tenemus, cum more circa sepulcrum ponendi arma & militaria signa, tanquam bellicæ laudis atque uirtutis trophæa.*

De primo usu uouendi uota Deo, ac nudipedalia sacra agendi, & qui primi inuenerint Litanias, & cur sternuentibus bene precemur, oscitantesque ac quiduis inchoantes sese crucis signo uallent, & de origine supplicationum nostrarum pompæ. CAP. XI.

SOlemus ad opem diuinam implorandam tum maximè incumbere, cùm maximè premimur, uel in re trepida uersa

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uersamur, nostrisq; malis non possumus humanis uiribus aut consilijs mederi: & id quidem uotis aut precibus agimus, quibus Deus ipse præcipuè placatur. Vnde in numeris legitur: Si quis uirorum uotum Domino uouerit, aut se constrinxerit iuramẽto, non faciet irritum uerbum suum, sed omne quod pronusit, implebit. Et propheta Asaph psalmo 75. Vouete & reddite, &c. Hinc faciendi uoti usus manasse uidetur: quod fit, cùm tacitè uouemus, aut cùm aliquid promittendo, utputa imaginem argẽteam, cereas candelas, Deo nuncupamus uota, id quod ueteres etiam fabricabant, arbitrantes uotis & precibus deos in primis placatũ iri. Sic Helenus apud Vergilium admonet Aeneam:

Iunoni magnæ primùm prece numen adora,
Iunoni cane uota libens.

Vtrunque à nobis in periculis seruatur. Ea quoque de causa, apud Iudæos nudipedalia sacra instituta fuisse constat, quæ, ut testatur Iosephus lib. de bello Iudaico secũdo, eiusmodi erant. Iis enim qui morbo uel alijs calamitatibus implicabantur, mos erat primùm orare per triginta dies, & abstinere uino, atque capillos radere, deinde nudis pedibus adire ad templum, hostiasq; immolare. Ad hæc sacra cùm aliâs sæpius, tum id temporis præcipuè recursum est, cùm Nerone principe, Florus Iudææ præses miserandum in modum gentem opprimeret, quæ ob eius tyrannidem, coacta est arma in Romanos ad extremum sumere, quo demum bello misera fermè tota deleta est. Igitur cùm Iudæi omnia prius humana similiter ac diuina experiri uellent, quàm bellum tentare, postquam neque pretio neque precibus potuerunt coërcere sæuitiam Flori, quippe qui, ne sua maleficia per accusationem Romæ patefierent, Iudæos studio ad bellum suscipiendum stimulabat, nudipedalia

sacra

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſacra uouerunt. Quapropter cùm dies ſacrorum aduenit, Bernice Agrippæ *regis ſoror, teſte* Egeſippo, *eius religionis cauſa etiam* Hieroſolyma *in templum uenit, atq; nudipes ante tribunal ſtetit deprecans* Florum: *quæ tamen tantum abfuit ut à* Floro *exaudita ſit, ut etiam de ſuo periculo timuerit.* Huius religionis Iuuenalis *ſaty.* VI. *meminit:*

Obſeruant ubi feſta mero pede ſabbata reges.

Item autore Hieron. *aduerſus* Iouinianum, *quemadmodum ſuprà libro* 4. *diximus,* Apoſtolus Paulus *in* Cenchreis (*eſt* Corinthiorum portus, *uti antè diximus, in* Achaia) *nudipedalia ſacra egit.* Ita *nos calamitate aliqua affecti uouere ſolemus, nudisq; pedibus more* Iudæorũ *ea perſoluere, interim ſuppliciter orando: nam precibus ante omnia inſtandum: quod cùm populus aſſiduè faciat, multò magis ſacerdotes, qui eius curam habẽt, piè precando præſtare debẽt. Sic* Moſes, *ſic* Aaron, *ſic apoſtoli, ſic ſancti deniq; patres iuſtam* Dei *iram orando mitigãdam, dignumq; ſupplicium à populo ſibi cõmiſſo auertendũ curabant. Cuius rei rectè memor* Mamercus Viẽnenſis *epiſcopus, in frequenti motu terrarũ, pontifice* Leone *primo, ſupplicationes ſiue rogationes primus inſtituit, quas noſtri Graiam ſecuti uocem,* Litanias, *& uulgò præceſſiones uocant, quòd binos præcedendo bini longo ordine ſequantur, à loco ad locũ progrediendo, ac magna uoce orando.* Eæ *minores nuncupantur, quas haud multò pòſt* Agapetus *pontifex dicitur primus conſtituiſſe in ſingulos dominicos dies, in templis, uel circa templa habendas, quod hodie ferè ubiq; gentium ſeruatur. Quidam tamen malunt proceſſiones appellare, quia ea ſacrificalis pompa publicè procedit. At eiuſmodi litaniarum uſum iam inde à principio apud noſtros fuiſſe, teſtimonio eſt* Tertull. *lib. ad uxorem altero, quem fortè intermiſſum*

Mamer

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Mamercus renouauit. Post hæc Gregor. maiores instituit, quas omnis ordinis populus septeno ordine incedẽs alternis caneret, cùm per id tempus quodam morbi genere laboraretur, quo inguinibus statim tumescentibus multi mortales interirẽt. Cuius pestis Paulus Montiscasini monachus, qui Longobardorũ historiã scripsit, causam fuisse prodit, prodigiosum Tyberis incrementũ, quòd recedentibus inde undis, ingens serpentum numerus in urbem inuaserat, ac usq; eò aërem tabefecerat, ut inguinibus subitò tumefactis, passim homines perirent. Quod malum Pelagius, in cuius locum Gregorius surrogatus postea fuit, precibus auertere conatus, ieiunium ac litanias indixit, sed & ipse inter alios interijt. Subijt aliud pestis genus, ut cùm quis sternuisset aliquoties, continuò occideret: unde mos, sicut quidam tradunt, inoleuit, ut audientes quempiam sternutantem illicò dicerent, Te Deus adiuuet: quod hodie seruatur. Item & oscitare simul letale fuit, propter quòd sese crucis signo repentè cõmunire consueuerunt, & hoc etiam nunc ab oscitantibus fit. Hæc tamen uidemur physica quadam ratione potius obseruare: nam tres nostri corporis partes principales sunt, caput, thorax, & aluus: ac ut flatus alui expiratio, & ructus uentriculi, ita sternutamẽtum est capitis, quo totum ferè corpus extenditur, ideoq; non modò caput, sed reliquas etiam partes bene ualere indicio est. Quapropter moribundos interdum sternutatorio excitare solemus, tanquam si hoc effici nequeat, nulla amplius sit spes salutis. Ex quo uidetur Aristo. lib. 1. de natura animalium, de ea re ita scribere: Sternutamentum quoq; eadem agitur parte, quod flatus uniuersi eruptio est, signum augurale, & unum ex spirituum omnium generibus, sanctum & sacrum. Vnde mos, ut sternutatio ueluti bonæ ualetudinis index, sacra habeatur,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

beatur, & sternutantes salutemus, ac eis bene precemur, quod Tiberium Cæsarẽ plenum semper tristitiæ hominẽ, etiam in curru exegisse produnt. Itẽ oscitantes sibi timere ex quadam religione constat, quòd oscitatio ex somno aut tædio sequatur, ac in ijs qui febrem habent, sit aduẽtantis, seu potius augescentis fœbris indiciũ. Cæterum à principio ita usu uenit, ut nostri Christiani initiũ cuiuscũq; rei agendæ à signo crucis facerẽt, quod Tertul. in lib. de militis corona, perspicuè demõstrat, ita scribens: Ad omnẽ progressum atq; promotũ, ad omnem aditũ et exitum, ad uestitum & calceatum, ad lauacra, ad mẽsas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacũq; nos conuersatio exercet, frõtem signaculo terimus. Harum & aliarũ eiusmodi disciplinarum si legẽ expostules scripturarũ, nulla legis traditio tibi prætendetur, auctrix consuetudo, cõfirmatrix, & fidei obseruatrix, &c. Sed domum repedemus. Tum Gregorius mandauit, ut ubiq; gentium eiusmodi litaniarum modus seruaretur: hodie à sacerdotibus ob metum impendentium malorum canuntur, magna populi sequente caterua simul rogãtis. At in re quoq; læta sæpe publicè supplicamus, ut qui metu malorũ antea uoueramus supplicando, postea optati compotes, & securi gaudentes, sic Deo gratias agamus. Quod uel Ethnici faciebant, dicente Verg. de Didone, ob inopinatum Troianorum aduentum gaudente:

Sic memorat, simul Aeneam in regia ducit
Tecta, simul diuûm templis indicit honorem.

Id est, ut ait Seruius, iußit fieri supplicationes. Ita Romani factitabant, & aliæ pleræq; gentes, à quibus ad nos ritus eiusmodi dubio procul manauit: nam in supplicationũ nostrarum pompa solent ludicra quædam præcedere, hoc est, ordo militaris equitum peditumq;, uel effigies aliqua

arguta

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

arguta, loquax, ridicula, aut magnis malis latè dehiscens, dentibusq; sonitum faciens, ualde formidolosa, ac aliæ oblectationes ludicræ uagari, in quibus prophetæ repræsentantur, alati pueri concinunt, chorus inducitur fœminarũ, hic agit Dauid, ille Solomonem gerit, alij reginas fingunt, alij uenatores ludunt, simiam uel iumenta simul inducentes, ut deniq; in hoc ludicro apparatu multijuges recitentur historiæ antiquæ. Item cereæ tedæ, & symphoniæ adhibentur, loca uelantur, quà pompa uehitur. Item pueri & puellæ ex fenestris uetantur despicere, hoc est, ex fenestris deorsum uersum spectare. Præterea sacerdotes uel alij diuorum personas agunt, eorũ imagines aut reliquias ferentes, uiæ & plateæ uarijs odoribus consperguntur, floribusq; sternuntur, ac demum aliquot præficiuntur, qui iubeant uiam dari, ut pompa sine impedimento procedat. Sic sacrificalis pompa apud priscos ducebatur, teste Dionysio lib. 7. Verùm ex illis figuris quæ præferebantur, aliam ridiculam Cato in M. Cæcilium uocat citeriam, dicẽs: Quid ego cum illo disertem amplius, quem ego denique credo in pompa uectitatũ ire ludis pro citeria? Plautus uerò aliam formidolosam effigiem appellat manducem, in Rudente sic scribens: Quid si ad ludos me pro manduce locem, quapropter clarè crepito dentibus? Sed eius rei testimonium Apuleius in primis perhibet, qui lib. 11. summatim singula exponit: ait enim: Ecce, pompæ magnæ paulatim procedunt anteludia, uocibus cuiusque studijs exornata pulcherrimè. Hic incinctus baltheo mulitè gerebat, illum succinctũ chlamydè copides (sunt enim copides cultri recurui) & uenabula uenatorẽ fecerant. Nec ille deerat, qui magistratũ fascibus purpuraq; luderet. Vidi et ursam mãsuem, cultu matronali sella uehebatur, & simiã pileo textili. Et sequitur:

Iam

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Iam ſoſpitatricis deæ (Lunam intelligit) peculiaris pompa moliebatur. Mulieres candido ſplendentes amicimine, uario lætantes geſtamine, uerno florentes coronamine, quæ de gremio per uiam, qua ſacer incedebat comitatus, ſolum ſternebant floſculis. Et pergit: Illæ etiam quæ cæteris unguentis & geniali balſamo guttatim excuſſo, conſpergebant plateas. Magnus præterea ſexus utriuſq; numerus lucernis, tedis, cereis, & alio genere ficti luminis ſyderũ cœleſtium ſtirpem propitiantes. Symphoniæ dehinc ſuaues, fiſtulæ, tibiæq; modulis dulciſſimis perſonabant, eas amœnus lætiſſimæ iuuẽtutis ueſte niuea & cataliſta (collobium intelligit) prænitens ſequebatur chorus. Et paulò pòſt ſubdit: Et plerique qui facilẽ ſacris uiam dari prædicarẽt, &c. Ij præcones erant qui proclamare ſolebãt. Hoc agite: quibus uerbis admonebant, reliquis rebus poſthabitis, ſola ſacrificia curanda eſſe. Velabant loca, quà ueheretur pōpa, ſicut etiã fit apud nos. Cauſam tradit Verrius Flaccus, qui ſcribit, cùm Populus Rom. peſtilẽtia laboraret, eſſetq; reſponſum, id accidere, quòd dij deſpicerẽtur, anxiam urbem fuiſſe, quia non intelligeretur oraculum, eueniſſetq;, ut circenſium die puer de cœnaculo pompam ſupernè deſpexerit, & matri narrarit quo ordine arcana pilenti, quod uehiculi genus eſt, compoſita uidiſſet. Qua re ſenatui nuntiata, tunc placuit loca uelis contegi, quà pompa ueheretur. Ac ita ex illo peſte ſedata. Puer qui ambiguitatem ſortis abſoluerat, prætextæ geſtandæ munus impetrauit. Ambiguitas autem oraculi fuit in uerbo, Deſpicerentur: nam interpretabantur, deos & cærimonias negligi, cùm tamen oraculũ intelligi uellet, deos deorſum uerſum aſpici, quod nefas erat, & ad pollutionem ſacrorum pertinebat. Vnde & noſtri hodie in ſupplicationibus pueros & puellas ex

fenestr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

fenestris uetant despicere. Item eosdem priscos deorũ imagines gestasse, testatur idem Apuleius, qui inquit: Secundus uestitu quidem simulis, sed manibus ambabus gestabat altaria, id est, auxilia, quibus nomen dedit proprium deæ summatis auxiliaris prouidentia. Hinc quoq; in pompa sacrificali nostri diuorum imagines uel reliquias gestitant. Item & testimonio eiusdem constat, priscos consueuisse agere deorum personas, ita scribẽtis: Nec mora, cum Dei dignati pedibus humanis incedere prodeunt. Sic argutè faceteq; iocatus Apuleius: dicimus enim deos incedere humanis pedibus, quando homines in huiusmodi sacrorum pompa, sustinent personas & deorum nomina: de quibus Tertullia. ait: Ipsos deos nostros sæpe noxij induunt. Hunc & nos ritum pariter seruamus, sed haud scio an tam rectè quàm bellè illud fiat: uereor, inquam, uereor, ne ijs in rebus dijs potius gentium quàm Christo non gratum faciamus: nam illi suos cultores in supplicijs, ut Sallustius ait, magnificos esse uolunt, hic uerò nihil magis quàm illud horret, qui inquit: Tu autem cùm oraueris, introito in cubiculũ tuum, & clauso ostio, ora. Ecquid igitur fiet nobis, si cõtra præceptum uenerimus? Imò fiat quiduis, nos tamen uenimus contrà: cuius rei ut magis pudeat, unum ex sexcentis, ethnicorum exemplum ualde mehercule memorandum ponam. Atheniẽses enim, ut Plato in suo Alcibiade secũdo prodit, solebant quotannis multò sumptuosissimas sacrorum pompas celebrare, ac magno facere sacrificia apparatu. Cõtrà Lacedæmonij ea omnia perparcè, ut qui plus hærerent in precibus. Quapropter quoties res ulla inter eos erat populos, Athenienſium semper longè existebat inferior: qui tantæ calamitatis causam scire auẽtes, Iouem Ammonem per prophetam consuluere. Propheta ad ea respondit, id acci-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

dere, quòd Deus pluris Lacedæmoniorum castas preces, quàm Athenienſium magnifica faceret ſacra.

De origine uaſorum indumentorumq; ſacerdotalium, ac de primo eorundem ſacrandorum inſtituto, & unde uſus tintinabulorum, item uelorum, cortinarum, candelabrorum & uexillorum. CAP. XII.

CAlices in quibus conſecratio diuini ſanguinis fit, principio ligneos fuiſſe ſatis conſtat: atque id pauperum Apoſtolorum inſtitutum dixerim, qui ſic uoluerunt modis omnibus materiam auferre ſacerdotibus inhiandi opibus, quas ipſi in primis neglexiſſent. Zepherinus poſtea mandauit, ut in uitreo uaſe, non in ligneo, ut antea, ſacrificaretur. Antiquatum eſt id decretum paulatim, cautumq;, ne in ligneo uaſe ſacerdos rem diuinam faceret, propter materiæ raritatem, qua liquor imbibitur: neque uitreo, quia fragile: neq; ex metallo, ob tetrum ſaporem, quem inde concipit: ſed in auro, aut argento, aut ſi utrunq; deſit, in ſtanno. autor Gratianus. Sunt tamen qui hoc primùm Vrbano primo aſſignent. Linteolum ſuper quo inter ſacra corpus Chriſti ponitur, Sixtus primus pontifex iuſſit, ne ex alio quàm ex lineo panno, & quidem puriſſimo fieret: id corporale uocant. Eiuſdem quoq; ſanctio, ne ſacra uaſa profanæ attrectarent manus, præſertim fœminarũ. Item ab Hebræis ſumptũ eſt, ut ueſtes ſacerdotales, cum altarium tegumentis ac reliquis rebus ad uſum templi neceſſarijs ſacrarentur, & ueſtimenta ipſa ſacerdotibus alijsq; initiatis aſſignarentur, qui ea induerent, cùm ſacris eſſent operam daturi. Quòd Stephanus pontifex primus, apud noſtros primò faciẽdum ſtatuit: nam in exordio ſurgentis religionis, ſacerdotes rem diuinam facturi nihil ſuperinduere conſueuerũt, cùm potius ſeſe intrinſecus animi uirtutibus ueſtire,

ac

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ac uitijs corporis exuere ſtuderēt, quàm nouos ſumere apparatus, qui apud ipſos Hebræos magnæ habebātur uenerationi, teſte Origene ſuper Leuiticum, ubi ait: Inuenimus & uaſa miniſterij ſancta uocitata, & ueſtimenta ſancta dici, & loca nihilominus ſacerdotibus aſſignata. Quòd tintinabulorum ſono populus inuitatur, uocaturq; ad ſacra audiēda ſtatis diei horis, Sabiniani qui Gregorio ſucceſſit, hoc decretū eſt. Aliud inde Ioannis 22. Romani pōtificis præſcriptū manauit ad poſteros: is enim inſtituit, ut ter in ſingulos dies, tintinabula ad ueſperū pulſarētur, ac tum unuſquiſq; ter ſalutationē angelicam diuæ uirgini ſacram recitaret. Inſtitutū ita manſit, ut hodie ubiq; gētium ſit in uſu, atque audito tintinabuli ſono, cuncti conſeſtim in ueſtigio genua flectant, atq; orent. Ipſorū autem tintinabulorum uſus ab Hebræis itidem manauit: princeps enim ſacerdotū, uti eſt apud Ioſephū, lib. antiqu. 3. ſuperinduebatur tunica hyacinthina, ex cuius fimbrijs tintinabula pendebant, quæ ſonitum ederent, cùm ille eſſet ſancta ſanctorū ingreſſurus. Sed Origenes rem cōmodè ſuper Exod. exponit, inquiens: Habeat etiam pōtifex per indumenti circuitum, tintinabula, ut ingrediens ſancta, det ſonitum, & nō intret cū ſilentio: Et hæc tintinabula quæ ſemper ſonare debēt, in extremo ueſtimēto ſunt poſita, idcirco, credo, ut de extremis temporibus & fine mundi nunquam ſileas, ſed inde ſemper ſones, inde diſputes, & loquaris, ſecundū eum, qui dixit, Memor eſto nouiſſimorum tuorum, & non peccabis. Ad hunc ergo modum, homo noſter interior Deo pontifex adornetur, ut introire poſſit, nō ſolum in ſancta, ſed in ſancta ſanctorum, & reliqua. Sunt ſexcēti præterea tintinabulorum uſus, præterquam in domo Dei, quod ſilentio prætereundum duxi, cùm tale quid perſequi, longe à noſtro abeſſet

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

instituto. Item & ab illis accepimus uelum, quo apud eos sancta à sanctis sanctorum diuidebantur, & apud nos itidem altare princeps ab ea templi parte, in qua insidet chorus, separatur, tẽpore quadragesimali: item cortinas, candelabra, uasa, quibus utimur. Quæ omnia atque id genus multa cùm Moses tum Solomon ad usũm templi primũ inuenere, ut in Exodo et in Regũ libris patet. Quòd uexilla circa dies Paschales in tẽplis eriguntur, id ea de causa fit, ut triumphus Christi, qui à morte insigniter resurrexit, solenniter repræsentetur: & illud uel ab ethnicis sumptum: nam quemadmodum illi signa militaria quæ deuicto hoste cepissent, ut certa uictoriæ signa in triumphis portabant, referebantq; inter cætera bonorum monimenta: sic nos paschali tempore, uexilla in sacrorũ pompa deferimus, in templisq; suspendimus. Quo quidem tempore Rex ille noster fortissimus, mortis confractis uiribus, pede conculcans tartara, soluit à pœna miseros, uictor'que de funere surgens triumphauit pompa nobili.

De primo apud Christianos imaginum cultu, deque modo eas uenerandi à patribus constituto, atq; de prauo earundem abusu ad quæstum. CAP. XIII.

DE simulacrorum origine, suprà in secundo est à nobis libro proditum: hic de illorũ cultu iam agamus, quem non modò nostræ religionis expertes, sed, teste Hieron. omnes fermè ueteres sancti patres damnabant ob metũ idololatriæ, qua nullum execrabilius scelus esse potest: nam cùm Deum, ut perhibet Ioannes, uidisset nemo unquam, quam ei formam dabimus? etsi Moses dicit: Deus fecit hominem, ad imaginem Dei fecit eum. quod ad animam Eusebius de præpara. euangelica, lib. XI. sciẽter refert: id quod Ioannes Damascenus ad corporis formam detorquere nititur,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

titur, cùm de huiusmodi imaginibus colendis causam agit. At Moses nihil magis inculcat, sicut ex compluribus tam Exodi quàm Leuitici cōstat locis, quàm ne populus aliquid manufactum ueneretur. Et propheta: Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriātur in simulacris suis. Diuus quoq; Gregorius Serenū episcopum Maßiliensem, quemadmodum in canonicis decretis legitur, & ipse epistola nona, lib. epistolarum IX. attestatur, reprehendit, quòd imagines fregisset, & laudat, quòd coli inhibuisset. Cæterùm quia lex per præsentem umbram, ut super Numeros paßim docet Origenes, futura bona significabat, ideo legimus in eodem libro, Mosen iussu domini, fecisse æneum serpentē, erexisseq; in eremo, ut ex populo, qui à serpentibus læsi essent, illum intuerentur, & sanarentur. Hunc serpentē ait diuus August. typum fuisse Christi crucifixi, quòd perinde sanentur, qui hunc pendentem in cruce contēplantur, atq; qui illū aspiciebant. Sed illud ipsum Seruator ipse manifestius testatur: Et sicut Moses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filiū hominis, ut omnis qui credit in ipsum nō pereat, sed habeat uitam æternam. Hebræi serpentē tam salutarem non potuerunt, non uenerari, quippe quem, ut rem sanctam, religiosè seruarunt usq; ad tempora Ezechiæ regis, qui eum postremò confregit, quò sic populum in idololatriam turpiter lapsum, ad pristinum cultum reduceret. Fuit æneus serpens datus, ut signum diuinæ potentiæ: nam longo pòst tēpore Christus Seruator, qui, ut Apostolus ait, Dei imago erat, & loco Mosaici serpentis in crucem leuādus, nobis intuentibus salutē parere, formamq; humanam induere uoluit, & factus homo uisus cognitusq; est à mortalibus, id quod nūquam antea patuit, sicut ipse affirmat discipulis suis, ita loquens: Beati oculi

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

qui uident quæ uos uidetis. Dico enim uobis, quòd multi prophetæ & reges uoluerunt uidere quæ uos uidetis, & non uiderunt: & audire quæ auditis, et nõ audierunt, &c. Illi haud dubiè felices fuere, dicente Ouidio:

Felices illi, qui non simulacra, sed ipsos,
Quiq; deûm coràm corpora uera uident.

Et quia in ea humili forma, propria uirtute miracula supra fidẽ edebat, idcirco ut Deus habitus est. Cuius quidem rei fama efficiebat, ut undiq; populorum cõcursus ad eum fieret, qui illius faciem diuinæ lucis fulgore nitentem haud dubiè sic contẽplabantur, & uenerabãtur, ut eius effigiem iamiam mẽtibus infixam aut pingere uel sculpere tum primùm cœperint: quod cum primis fecerunt idolorum cultores, qui in rempublicam Christianam uenerunt, quod testatur Eusebius, qui circiter annum salutis CCCXX. claruit. Is in historia ecclesiastica lib. VII. demonstrans Cæsaream cognomento Philippi cam esse urbem, quam Phœnices Paneadam uocãt, ita scribit: Mulierem quam sanguinis profluuio laborantem à Seruatore curatam euangelia tradidẽrũt, huius urbis ciuẽ constat fuisse, domusq; eius in ea etiam nunc ostenditur: pro foribus uerò domus ipsius, basis quædam in loco editiore collocata monstratur, in qua mulieris ipsius uelut genibus prouolutæ, palmasq; suppliciter tendentis imago ære uidetur expressa. Adstat uerò altera ære nihilominus fusa statua, habitu uiri stola comptè circundati, & dexteram mulieri porrigẽtis. Huius ad pedes statuæ è basi herba quædam noua specie nascitur, quæ cùm exorta fuerit, excrescere usq; ad stolæ illius ærei uestimenti fimbriam solet, quam cùm summo uertice crescens herba cõtigerit, uires inde ad depellẽdos omnes morbos languoresq; cõquirit, ita, ut quæcũq; illa ualetudo fuerit corporis, hau-

stu

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſtu exiguo madefacti ſalutaris graminis depellatur, nihil omnino uirium gerens, ſi, antequam æreæ fimbriæ ſummitatem creſcendo contigerit, decerpatur. Hanc ſtatuam ad ſimilitudinem uultus Ieſu formatam tradebãt, quæ permanſit ad noſtra uſq; tempora, ſicut ipſi oculis noſtris inſpeximus. Et nihil mirum, ſi ij qui ex gentibus crediderant, pro beneficijs quæ à Seruatore fuerant conſecuti, huiuſmodi uelut munus uidebãtur offerre, cùm uideamus etiam nunc & apoſtolorũ Petri uel Pauli & ipſius Seruatoris imagines deſignari, tabulis q; depingi. Hucuſq; Euſebij uerba reddidimus. Iam apparet à Chriſtianis poſitam fuiſſe ſtatuam Chriſto, cùm aut in humanis uitam ageret, uel ſtatim poſt eius aſcenſum in cœlũ. Sed ſi Ioanni Damaſceno credimus, ipſe ſuam effigiem, ut ſui præſentem memoriam, Abagaro Ediſſeniorũ toparchæ (erat ea gens ultra Euphratẽ) dono miſit. Abagarus enim, autore eodem Euſeb. cùm audiſſet Ieſum innumerabilia edere miracula, quia morbo tẽtabatur, ſcripſit ad eum, ſuppliciter rogitans, ut ſe ſanatũ ueniret: cui Seruator per Ananiam tabellariũ, qui Abagari literas tulerat, reſpondit, ſe, poſtquàm aſſumptus eſſet, miſſurum unũ ex ſuis diſcipulis, qui eius ualetudinẽ curaret. Fuit ille Tatheus unus ex ſeptuaginta, qui poſtea id officium erga Abagarũ præſtitit. Interim dũ toparcha expectando nuntiũ ſalutis, iam more haud ſatis patiens, animi pẽdebat, dicitur, ut Damaſceno placet, miſiſſe pictorẽ, qui formã eius fingeret: ſed pictor cùm ob uultus ſplendorẽ id efficere nequiuiſſet, fama eſt dominum admouiſſe ad faciem ueſtimentum ſeu ſudariũ, & illi ſuam effigiem impreſsiſſe diuinitus, atque mox miſiſſe ad Abagarum, ut ſic pium regem conſolaretur. Alterum id genus ſudarium, dum ad mortem ſubeundam ducebatur, dediſſe fertur mulieri, quam profluuio

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſanguinis, ut ſuprà oſtendimus, liberauerat, cui, ſi recentio ribus credere uolumus, Veronica *nomen fuit: quod undecunq; acceptum fuerit, hodie* Romæ *perſanctè ſeruatur in æde principis* Apoſtolorum. *Item conſtans opinio eſt* Lucam *euangeliſtam pinxiſſe in tabellis aliquot figuram* Deiparæ *uirginis, qua illa erat, quæ hodie in quibuſdam locis tam ſanctiſsimè cuſtodiuntur, quàm religioſiſsimè colũtur.* Apoſtolorum *quoq; imagines ad eorum corporum exemplum olim formatas à* Chriſtianis, *idem* Euſebius *in eo loco atteſtatur, quem ſuprà citauimus, qui inquit: Sed antiquas ipſorum imagines à quibuſdam conſeruatas nos uidimus.* Quod *mihi uidetur ex gentili cõſuetudine indifferenter obſeruatum, quòd ita ſoleant honorare, quos honorè dignos duxerint: inſignia etenim ueterũ reſeruari ad poſterorum memoriam, illorum honoris, horum uerò amoris indicium eſt. hæc ille.* Hinc igitur *natum, ut meritò tam ipſi Seruatori, quàm eius diuis ſtatuas & in templis poni, & uenerationi haberi conſueuerit.* Ac *quoniam eiuſmodi diuorũ memoria ut certo exemplari præ oculis poſito, quam nobis imagines iugiter repræſentant, ad uirtutem & imitationem excitantur homines, atque imaginis honor, ut* Baſilius *inquit, ad exemplaris transfertur honorem, idcirco patres eam conſuetudinem non modò admiſerunt, ſed autoritate ſextæ ſynodi, quæ* Conſtantinopoli *habita eſt, imperãtibus* Conſtantino *&* Iuſtiniano II. *ipſius* Cõſtantini *filio, ut in decretis cano. patet, ſtatutum fuit, ut imagines ſacræ diuorum in templis haberentur, magnaq; ueneratione colerentur, utpote quæ imperitioribus loco ſacrarum literarum forent, ad quas etiam* Romanorum *ritu, de quo ſuprà lib.* II. *cap.* 23. *memini, thus & cerei incenduntur.* Fuit *is annus ſalutis* L X X X. *alter, ſuprà* D C. *uel, ut non nemo*

ſent

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſentit, DCCIII. *quo Agatho Romanam tenebat ſedem. Deinde Conſtantinus pontifex habita ſynodo, id decretum corroborauit, iußitq; ut imagines in porticu diui Petri depingerẽtur, quòd intellexerat à Philippo Imperatore eas è parietibus diuæ Sophiæ ignominiæ cauſa abraſas fuiſſe, propterea illum hæreticum pronuntiauit. Leo deinde III. fanatico ſpiritu percitus itidem fecit, quem Gregorius II. pontifex per literas admonuit, ut omißis quorundã improborum erroribus, ueram tandem amplexus religionem abolere diuorum imagines deſineret. Poſtremò Leone IIII. Imperatore mortuo, Hirene eius uxor cum Cõſtantino filio ſexto, imperium obtinuit, mulier uiro multò prudentior, forma pariter atq; ſanctitate inſignis. Huius itaq; opera, conuentus CCCL. epiſcoporum eſt Niceæ factus, ut ſemel decerneretur, eſſent'ne diuorum imagines templis reſtituendæ, an res in omne tempus abolenda: tum quia inter eunctos ſatis conſtabat Deum ab initio ſimulacrorum fingendorum præmonſtratorem fuiſſe, ac poſtea ſtatuas ipſas tam dijs quàm hominibus præclaris poſitas eſſe, partim memoriæ eorum retinendæ cauſa, partim ſtudio incendendi ad uirtutem animum illorum qui imagines intuerentur, uti ſuprà lib. 2. cap. 22. non utiq; obſcurè demonſtratur. Magno omnium conſenſu eſt decretum, ut Romanorum ritu ubique gentium in templis haberentur, additáq; eſt colendi forma duobus carminibus expreſſa, ut res ab omni idololatriæ ſuſpicione abeſſet, quæ ex Græco in Latinum ita uerſa fuerunt:*

Nam Deus eſt quod imago docet, ſed non Deus ipſa.
Hanc uideas, ſed mente colas, quod cernis in ipſa.

Ecquis igitur tam diſſolutus, tantáq; audacia præditus eſt, qui uelit poßit'ue dubitare, ſeu aliter ſomniare, ne dicam

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſentire, uel cogitare de imaginum cultu, ac demum ſit tot longè ſanctiſsimorum patrum decreto conſtitutum? Cæterùm illud atq; adeò deſiderari poſſet, ut ſacerdotes frequẽtius populum docerent, quonã pacto deberet & uenerari eiuſmodi imagines, & apud eas ſua offerre donaria: quod quia illi tacent, & uulgò ex ſuo uſu tacere putantur, idcirco eò inſaniæ deuentũ eſt, ut hæc pietatis pars parum differat ab impietate: ſunt enim bene multi rudiores, ſtupidioresq;, qui ſaxeas, uel ligneas, marmoreas, æneas, ſeu in parietibus pictas, uarijsq; coloribus litas imagines colant, non ut ſigna, ſed perinde quaſi ipſæ ſenſum aliquem habeãt, & ijs magis fidant, quàm Chriſto, uel alijs diuis, quibus dicatæ ſint. Quo fit, ut ſtultitiam ſtultitia cumulantes, illis offerant aurum, argentum, annulos gemmatos, omniſãriasq; gemmas ibidem ſenio perituras. Et, ut ad id faciendũ complures ineſcẽtur, illi qui talem ſegetem metunt, numos perforant, filoq; pendentes in collo aut manibus ipſarum imaginum ſuſpendunt, donaria in locis conſpicuis egregiè collocant, titulosq; apponunt, quò nomina offerentium & diis & hominibus notiora fiant. Sic bona pars hominũ per hæc magis delyrare inducitur, ac inſuper longa aliquoties itinera conficere, ut unam imagunculam adeat, ibiq; donaria ſua relinquat, prætermiſſo cuncto alio aut pietatis, aut charitatis officio, rata ſe omnino ſat largitionis feciſſe, ſat pœnituiſſe, ſi inter iter lautius uictitando aurum obtuliſſet, in cuiuſuis thecam numariã inde iturum. Quàm igitur ſapientius, quamq; religioſius eſt ea ratione peregrinari, ut labore corpus dometur, ſic, ut cogatur rationi ſeruire, & imagines uenerari, ut mens ad Deum protinus dirigatur, ac dona dare, quæ pauperibus uſui eſſe poſſint, quandoquidem ea dubio procul eſſe conſtat munera grata

Deo,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Deo, qui, ut Socrates apud Platonem in Alcibiade 2. ait, animum iustum respicit, non item munera. Atqui Lactantius manifestè demonstrat, quàm maximè aberrent illi, qui aliter seu faciunt, uel sentiunt, scribens: Vestes igitur, gemmas, & cætera quæ habentur in pretio, si quis putat Deo chara, is planè quis sit Deus nescit, cui putat uoluptati esse eas res, quas etiam homo si quis contempserit, iure laudabitur. hæc ille. Et diuus Hieronymus illum disserens locũ apud Hieremiam, Et argento & auro decorauit illud (de simulacro loquitur propheta) ait: Qui quidẽ error ad nos usq; transiuit, ut religionem in diuitijs arbitremur. Eò etiam pertinet, quod Plato lege uetuit, ne deorum imagines ex auro uel argento, ferro ue aut ære fierent, sed tantum ex ligno uel lapide factas uoluit, ut ne crminosi ex occasione rei pretiosæ, existimarent se propterea deos placare aut decipere posse.

De decimarũ, & primitiarũ, ac primogenitorũ redemptionis origine: & quis primus decreuerit, ut liceret sacerdotũ collegiis fundos & prædia oblata recipere possidẽda. c. XIIII.

SVmmus propheta Moses, teste Iosepho, distribuit Hebræis possessiones, distribuit & Iesus eius successor: Leuitis uerò qui uacationem militiæ habebant, nulla terræ portio data, præter habitationẽ in singulis tribubus, & in suburbanis ciuiusq; ciuitatis tantum agelli, quod satis esset ad iumenta & pecora alenda. Iste enim ordo leuiticus uel sacerdotalis, sapientiæ ac scientiæ Dei operam impendebat, huic lex Dei commissa erat, cui ut assiduè absq; ulla solicitudine studeret, ac ne ob uictus inopiam cultus diuinus ab eo uel negligeretur, uel desereretur, necessum erat ut eum populus communiter iuuaret, qui si, ut probè ait Origenes, quæ necessaria sunt, non præbuerit sacerdotibus & leuit

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

leuitis, occupati illi in talibus, id est familiaris rei curis, minus legi Dei uacabunt. Illis autem non uacantibus, neque operā dantibus legi Dei, tu periclitaris: obscurabitur enim lux scientiæ quæ in illis est, te non subministrante oleū lucernæ. Quod tantum nefās ne ullo unquā tempore accideret, Moses prudentissimus princeps legem tulit, qua, uti in Exodo, Numeris, Deut. extat, & à Iosepho simul exponitur, primitias & decimas omnium frugum omniumq; pecudum sacerdotibus & leuitis offerri mandauit, sic ut omnis qui possideret agrum, uel uineam, uel oliuetum, uel etiam hortū, & si quid esset quod exerceretur in terris, sed & si quis pecuaria haberet, is offerret ex illis Deo omne, quod primum esset, & decimas quoq;, id est, ad sacerdotes deferret: Deo enim offerri dicit lex, quod sacerdotibus datur. Et hoc est, quod docemur ex lege, ut nemo homo licitè nec legitimè utatur fructibus, quos terra produxit, nec animantibus, quæ pecudum protulit partus, nisi ex singulis Deo primitiæ & decimæ, id est, sacerdotibus dentur. Atque sic Moses, imò Deus ipse, cuius iussu ille cuncta gesserat, autor fuit, ut primitiæ & decimæ leuitis ac sacerdotibus offerrentur. Hanc legem utpote apostolica & euangelica autoritate corroboratā, Origenes super Numeros, seruari etiam secundum literam, sicut & alia nonnulla, necessariū probat aduersus eos, qui ex titulo legis omnia sacra scripta interpretari uolebant, quod nostro quoq; tempore pleriq; tam stultissimè quàm audacissimè faciunt, dicentes: Si aliquid omnino seruandum est secundum literam, ut dicimus, hoc est, sine allegoria, sine arguta interpretatione, cur non & cuncta seruentur? Sed illi quidem non animaduerterunt aliud esse legem, aliud esse mandatum, aliud testimonium, aliudq; iudicium, quæ præcepit dominus Mosi.

Non

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Non est scriptum, ut inibi ait Origenes, Hoc est mãdatum Paschæ, sed, Hæc est lex Paschæ, quia lex umbra est futurorum bonorum. Cùm ergo fit mentio Paschæ, ut de agno illo corporeo, debemus sentire spiritualiter, quia pascha nostrum immolatus est Christus. Simili modo de azymis & cæteris festorũ dierum obseruationibus intelligere debemus, quæ sub legis titulo denotantur. Sunt autem mãdata legis, quæ secũdum literam stant: & ita Seruator noster recipi atq; obseruari à nobis uoluit, cùm dixit, Serua mandata, cuiusmodi sunt, Ne occîdas, ne furtum facias. De nuptijs idẽ præcepit, ita dicens: Scriptum est, Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carnẽ unam. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. De primitijs & decimis mandatũ similiter seruandum secundum literam, Domini uocibus docemur, qui in euangelio inquit: Væ uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham, hoc est, decimã datis menthæ, & cymini, & anethi, & præteritis quæ maiora sunt legis. Hypocritæ, hæc oportet fieri, & illa non omitti. Vide, sermo Domini uult quidem ut omnino fiant, quæ maiora sunt legis, non tamen minora hæc omittantur quæ secundum literã significantur. Quod à pharisæis uult factum, multò magis uult à discipulis præstitum, quibus dicit: Nisi abundauerit iustitia uestra plus quàm Pharisæorũ & Scribarum, non intrabitis in regnum cœlorũ. Quomodo autem plus uelit ut fiat à discipulis, quàm à Pharisæis, in eo declarat, ubi dicit: Dictum est antiquis, non occîdes. Hoc seruabant & Pharisæi. Discipulis autẽ dicit: Ego autem dico uobis, quia si quis iratus fuerit fratri suo, reus erit iudicio. Igitur ex his satis patet, oportere nos & primitias & decimas soluere, si uelimus non modò iustitiam

nostram

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nostram abundare plus quàm Scribarum & Pharisæorũ, sed eos officio tantum æquare, qui de fructibus terræ suæ gustare non prius audebant, quàm primitias sacerdotibus obtulissent, & leuitis decimas separassent. Et quia munus primitiarum domino offerebatur, ideo Eutychianus pontifex Romanus uoluit, ut ipsæ fruges sic in altari consecrarentur, uelut apud Hebræos oleo & thure adolebantur. Seruatur hodie Eutychiani decretũ nonnullis in locis. Verùm adeò sanctitas sacerdotum cõsenuit, & populi pietas refrixit, ut primitiarum nomen unà cum prouentu penè extinctum sit, cùm hodie loco primitiarum, dominicis tantum diebus panes aliquot sua sponte alibi offerãt, alibi uerò solùm duos tres'ue dent, quos sacerdos prius consecret, ac eos inde frustatim diuisos populo distribuat, ut qui quondam illis diebus eucharistiam sumere consueuerat, ob eius rei memoriam, panem istum ante omnia cibaria prægustet. Atq; illud fit ad imitationem Christi, qui ita panem sacrare prius solebat, quàm illũ suis discipulis uel alijs porrigeret, ut uescerentur. Decimæ uerò adeò etiam grauatè à multis dantur, ut non nisi coacti id faciant, argumentantes magis egêre qui eas dant, quàm qui recipiũt. Est aliud decimarum genus, quas sacerdotes sibi deberi contendunt ab opificibus qui manibus laborãt, aut ab ijs qui mercaturam exercent, uel stipendium faciunt, quales autore Iosepho, constat Abraham dedisse Melchisedech Solymorum regi, à quo est hospitio acceptus, ex præda quam profligatis Assyrijs secum tulerat. Quot autè decimarum genera apud Hebræos essent, & quomodo leuitæ & sacerdotes eas inter se partirentur, quis'ue modus fòret primitias offerendi, Hierony. super Ezech. cap. 5. & 40. facilè declarat, cuius uerba idcirco ponere haud superuacaneũ duximus.

Die

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Dicamus igitur, inquit, primùm iuxta literam, δεκάδα, hoc est, decimam partem omnium frugum leuiticæ tribui populi ex lege debebat. Rursum ex ipsis decimis, Leuitæ, hoc est, inferior ministrorum gradus, decimas dabant sacerdotibus. Erant quoq; & aliæ decimæ, quas unusquisq; de populo Israël in suis horreis separabat, ut comederet eas, cùm iret in templum in urbe Hierusalē, & in uestibulo templi sacerdotes & leuitas ad conuiuium inuitaret. Erāt autem & aliæ decimæ, quas pauperibus recōdebant. At uerò primitiua quæ de frugibus offerebāt, non erant speciali numero definita, sed offerentium arbitrio derelicta. Et in libello ad Fabiolā, de cibis & primitijs sacerdotū, rem hanc luculentius disserens, dicit: Primitiæ ciborum & omnium frugum atq; pomorum offeruntur antistiti, ut habens uictum atq; uestitum, absq; ullo impedimento securus & liber seruiat domino. Primogenita mundorum animalium accipiūt sacerdotes, & immundorum pretia, hominum quoq; primi partus redimuntur. Et quia conditio humana nascendi est communis, pretium æqualiter offertur, sic moderatum & leue, ut nec diues intumescat, nec tenuis prægrauetur. Aeditui & ianitores accipiūt decimas, & rursum decimas decimarum offerunt sacerdotibus, tantò illis minores, quantò ipsi maiores populo, &c. Quod primitiarum suo quisq; arbitratu, sicut Hierony. ait, plus minus'ue dabat, illud tamen ter quotannis facere debebant: primum enim circiter pascha, cùm fruges maturescere inciperēt, ut est in Leuit. capi. 2. Si autē obtuleris munus primitiarum frugum tuarum domino, de spicis adhuc uirentibus, torrebis eas igni, & confringens in morē farris, offeres primitias tuas domino. Deinde ad festum diem pentecostes, panes ex nouis frugibus confectos: postremò circa festum diem tabernaculorum,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rum, fruges ipsas iam collectas offerebant. Sed & unde ortum sit, ut primi hominũ æquè ac aliorum animalium partus Deo consecrati essent, iam appositè dicamus. Cur primogenita offerrẽtur Deo, causa ponitur in Num. cap. 3. ubi legimus: Locutus est Dominus ad Mosen, dicens: Ego tuli Leuitas à filijs Israël, pro omni primogenito, qui aperit uuluã à filijs Israël, eruntq; Leuitæ mei. Meũ est enim omne primogenitum, ex quo percussi primogenita in terra Aegypti, sanctificaui mihi quicquid primũ nascitur in Israël, ab homine usq; ad pecus. De interitu primogenitorũ Aegypti mentio fit in Exo. cap. 12. Sanè singuli primogeniti x i. tribuum, quãdo primi qui nascebãtur in tribu Leuitica, ad tẽpli ministerium applicabãtur, de sacerdotibus redimebãtur quinis siclis. Siclus autem quantum ualeat, suprà lib. 2. cap. 3. docuimus. Primogenitũ uerò animalis non mundi, aut mundo cõmutari, uel occidi solebat: etenim animal aliud mundum habebatur, quod edebatur: aliud non mundũ, quod non licebat offerre, sed uelut natura mundũ commutabatur, ut asinus, qui oue redimebatur: aliud item non mundum, ut canis, quem neq; offerri neq; commutari fas erat, propterea occidebatur. Verùm ad propositũ iam redeat oratio. Non abs re igitur Seruator noster hasce de decimis sanctiones approbauit, qui quippe uoluit, ut qui euangeliũ annũtiarent, ex euangelio uiuerẽt, ac propterea patres lege sanxerunt decimas esse soluẽdas, sicuti latè patet ex compluribus decretalibus pontificum episf. Quid quòd Romanos Mosaicã legẽ in hoc non aspernatos istud institutũ seruasse constat? nã Herculi decimas dare locupletibus ac nobilibus antiquus mos fuit: et Lucullus, quia hũc ritũ seruasset, auctior factus est postea. autor Festus. Quin & primitias dari consuetudo erat. Sanè Liberum patrem,

qui

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

qui & Bacchus dicitur, post deuictos Scythas, aliosq; populos, magno Ioui rerũ primitias obtulisse, autor est Oui. in 3. Fast. Et Cyrum regem Persarum uictis Lydis, decimã quoq; prædæ Ioui dedisse testatur Herod. Sed iam ad rem familiarem ueniamus. Vt enim Christus Seruator decimas non repudiauit, sic nec ex decimis opes priuatim congeri uoluit: quare ut uitiũ auaritiæ, quod, ut ait apostolus idolorum seruitus est, à suorum præsertim sacerdotum cœtu eijceret, repelleret, exterminaret, paupertatẽ elegit, eamq; suis discipulis maximè cõmendauit, cùm dixit: Qui non renuntiauerit omnibus quæ possidet, non potest esse meus discipulus. Et alibi: Vade, uẽde omnia tua quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cœlo, & ueni sequere me. Sed ut Christo paupertatẽ, quæ habet suum cõmodum, suamq; munditiam, tribuimus, ita sordes ac mendicitatẽ minus assignemus necesse est: siquidẽ ille dum inter mortales uersatus est, nõ ostiatim cibum petijt, quippe quem secum loculos detulisse, & suis discipulis abundè uictum suppeditasse, ac egenos simul iuuisse satis constat. Itẽ ipsi apostoli postea nec in cibarijs petendis operam posuisse dicũtur, quandò in actis leginus pios Christianos certatim possessiones uendidisse, & pretia earum afferentes posuisse ante eorũ pedes, quæ distribuerentur singulis, prout cuiq; opus esset: & sic nemo inter credẽtes egens erat, quoniã omnia communia habebant. Ecce magnas in cõmunitate diuitias, quæ in priuato paupertas habebãtur: hasce diuitias nõ ueruit Christus à suis ministris possideri, quæ cũctis egẽtibus usui esse possent. Quapropter Vrbanus uir sanctitate uitæ & doctrina singulari, qui sedere cœpit anno CCXXVII. ab eo, qui fuit humanæ salutis primus, decreuit primus, ut sacerdotibus liceret prædia ac fundos à cultoribus religio-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nis oblatos recipere, nihilq; cuipiã priuatum esset, sed ad cõmune bonũ. Prædia recepta sunt, uel ad ipsum cõmune bonum omnino, quãdoquidẽ postea omni tempore fuerunt atq; sunt sacerdotũ domus, collegia, ac monachorũ cœnobia omnibus, & ipsis sacerdotibus cõmunia, & alijs perhospitalia & apertissima. Etsi paulatim hominũ rapacitas & libido fecit, ut maiore ex parte obliterata fuerint extrema decreti uerba, id est, Ad cõmune bonũ: & loco illorũ, illæ duæ semper religioni pestiferæ uoces, Meũ & Tuũ, inscriptæ fuerint, quæ ita multos trãsuersos agũt, ut sacerdotiũ nihil aliud nisi quæstũ, nisi hæreditatẽ ac dominatũ esse putẽt, & quãtò ueteres patres abstinentiã arctius cõstrinxerant, tãtò isti intẽperantiæ frænа insolẽtius laxent. Quod postremũ effecit, ut priuata cõmoda longè potiora publicis haberentur: unde maleuolẽtiæ, simultates & odia orta: nanq; ex cõmuni priuatũ facere, semper discordiarũ causa fuit. Cœpit deinde Romanus põtifex diues fieri, quẽ Lucina uirgo sanctissima, Marcello sedẽte, moriens prima omniũ fecit hæredẽ. Hæc multis egit precib. cum Cornelio põtifice, ut apostoli Pauli corpus extra Capenã portã, uia Ostiẽsi, ubi capitis fuerat supplicio affectus, in suũ prædiũ trãsferret, & Petrũ in Vaticanũ, quæ & ipsius Cornelij corpus in prædio quoq; suo sepeliuit. Deinde Cõstantinus eundẽ pontificẽ, ut apud uulgus fama est, locupletauit affatim. Sic alij alia dedere loca, unde tam latè nũc patẽt opes. Ceterum Vrbanus in hoc secutus esse uidetur Hebræos, apud quos sacerdotiũ opulentissimum fuerat, quoniã sacerdotes in honore haberi debent, quos in primis paupertas in uulgus despicatiores reddere solet, atq; inde fieri, ut eis minus credatur, id quod religionem maximè offendit.

LIBRI SEXTI FINIS.

POL

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

POLYDORI VERGILII VRBINATIS DE INVENTORIBVS RERVM LIBER VII.

De monasticæ uitæ principio. CAP. I.

DE Euangelicæ & apostolicæ uitæ initijs hactenus diximus: in hoc uerò uolumine nouus ac uarius uiuendi modus demonstrabitur. Cùm enim à maioribus tãto pere degeneratum, ab eorumq; disciplina ac uitæ sanctimonia sic longè discessum foret, ut suprà est sparsim demonstratum, tam Romani deinde pontifices, quàm ubique gentium antistites nihil prius habuere, quàm ordinis sacerdotalis sic labentis reuocare gradum, sic peccantis coërcere insolentiam, promulgatis ab se nouis quotidie legibus, ad melioris uitæ institutionem. Ad hæc indixere graues pœnas, qui deinde cõtrà ac liceret, fecissent, ut quò minus odissent peccare uirtutis amore, hoc formidine pœnæ facilius à malefactis manus abstinerent. Nec eo quidẽ pacto perinde profecere, quoniam à degustatis uoluptatibus haud facilè animus auocatur: quare nõnulli postea extitere bonæ frugi patres, qui uiam secuturis faceret, qua à deuio ad rectũ iretur. Porrò ij omnibus quæ in terris miramur, contemptis, Christum complexi, id est, ueritatem, pietatem, innocentiã, mansuetudinem, solũ diuinis reb. operã dederunt, quorum principes fuere Paulus, Antonius, Hilarion, Basilius, Hieronymus, ac pleriq; alij, qui ab initio sanctitate pollẽtes, ueluti nouæ religionis plantæ in Aegypti Syriæq; solo quàmuis sterili feliciter increuere, nullo tamen adhuc certo uiuẽdi ritu: nam id temporis huiusce uitæ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

genus ſimplex ac liberum erat, ut iſtis omnino cærimonijs minimè obſtrictũ, quas hodie monachi obſeruãt. Veſtitum honeſtum pro iure ſuo quiſq; ſumebat: item nullum uotorum uinculum, ita ut integrum unicuiq; foret manere, aut proficiſci, quô terrarum uellet: uel ſi quẽ eiuſmodi ſui inſtituti pœnituiſſet, etiam poteſtas eſſet ad priſtinã redeundi uitam, non abſq; tamen inconſtantiæ nota. Quòd ſi deinceps per nouas hominum leges, inuiolatum permanere licuiſſet, longè ſanctiſsimos omni tẽpore monachos habuiſſemus, quãdò improbi haud diu monachi fuiſſent. Petebãt loca ut plurimum deſerta, hoc eſt, eremum, unde eremitæ dicti, quaſi eremum colentes, quos Græci anachoretas uocant: & quia ſoli uiuebant, ideo noſtri monachos nũcuparunt, id eſt, ſolitarios: uerùm paulatim deinceps cœperunt gregatim agere, uti infrà dicetur. Atq; ita à principio monachi precibus, ieiunijs, uigilijs, literarumq; ſtudijs dediti, procul ab omni hominum cœtu, tantum duriter uictitãdo, ac ſeſe manibus exercendo, exemplum bene uiuendi poſteris ediderunt. At iſti dein ſuperiorũ eiuſmodi ueſtigia ſecuti, familias ſinguli ſuas, ut per appoſitè infrà dicetur, inſtituere, illisq; uiuendi normam præſcripſerunt, ut & uerbo & facto, quẽadmodum ipſæ familiæ prædicant, uitam planè apoſtolicam mortalibus referrẽt. Ad hunc deniq; modũ, Chriſtianus populus unam legem, unam religionem complexus, in uarias ſectas eſt diuiſus. Sed de monaſtici inſtituti initio longè poſt homines natos, nunc celeberrimi, iam dicamus. Itaq; olim inter multos, teſte Hierony. quæſitum eſt, à quo potiſsimũ eremus ſit primum habitari cœpta: quidam enim altius repetentes, Heliam & Ioannẽ Baptiſtam eius rei autores faciũt: ſed ut is plus quàm propheta, ita ille plus quàm monachus cẽſeri debet. Alij Antonio aſsignãt,

alij

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

alij cuidã Paulo Thebæo, ob id ipsum primo eremitæ nuncupato, quòd Anachoreticæ uitæ primus fundamenta iecisset, id quod uel Hier. comprobat. Hunc igitur ueluti exemplar, illum ut exemplum ad imitandum, fuisse dicunt. Ego uerò, quandò in re ambigua unicuiq; liberum est coniectare, crediderim institutũ monasticæ uitæ ab Essæis siue Essenis, ita appellat Plinius, quorũ secta apud Iudæos admodum celebris habita est, ad posteros manasse, quoniã illi ferè per omnia eã ducebant uitam, quam inter nos monachi ex præscripto legis agere solent. Et, ut legẽtibus id perspicuè pateat, non otiosum erit hic Philonis uerba subijcere, quæ Euseb. lib. 8. euãg. præp. repetit, ita scribens: Palæstinam maxima gens Iudæorũ habitat, inter quos, qui dicuntur Essæi, comperiuntur plures numerò, ut opinor, quàm quatuor millia: Essæi dicti, quasi sancti Græcè, quoniã Dei cultores præcipuè sunt, non animalia sacrificãtes, sed mẽtes suas uirtute munitas, offerẽdas Deo putantes. Nemo inter eos puer, nemo adolescens, propter instabilitatẽ ætatis, sed uiri omnes, aut senes sunt. In ciuitatibus non habitant, existimantes ut contagionẽ acris corporibus, sic conuersationẽ uulgi animo nocere. Horũ alij agros colunt, alij pacificas artes ad utilitatẽ suam & proximorũ exercent, nec aurum, nec argentũ reponunt, nec ingẽtes agros laudant, sed tantũ colunt, quantũ necessitati possit sufficere. Ii enim ex omnibus penè hominibus, soli pecuniã & fundos negligentes, uirtute ditissimi putantur, facilitatẽ uiuendi & paucorum indigentiã, rectè magnas esse diuitias iudicãtes. Nemo eorũ tela, enses, galeas, scuta, cæteraq; belli instrumẽta factitat: sed nec eas artes exercent, quibus facilè omnes in improbitatẽ labuntur. Nulla mercatura, nullus cauponatus, nulla eis cognoscitur nauigatio, omnes rapinæ occa-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

siones depellunt. Nemo seruus apud eos, sed cùm uniuersi liberi sint, alteri alteris seruiunt: omnes enim, aiunt, quasi mater, eadẽ natura genuit: quare quamuis non uocemur, sumus tamen re ipsa fratres. Illam philosophiæ partem solummodo approbant, qua de Deo & de creatione omniũ scrutamur: morali maximè inuigilant, ad quam absolutè consequendã paternis legibus adiuuantur, quas rectè intelligere nemo sine diuino auxilio. Has semper quidẽ, sed maximè septimis quisq; diebus docentur: dedicata enim septima dies deputatur, in qua cæteris omnibus neglectis, ad sacra loca concurrentes, quæ synagogæ appellantur, ordine sub senioribus iuniores considere solent, legũturq; scripturæ diligẽter, & exponuntur à peritißimis. Discunt igitur piè, sanctè, iustéq; uiuere, triplici regula utẽtes, amore Dei ardentißimo, uirtutis cultu diligentißimo, charitate proximi feruẽtißima. Quòd igitur summè Deum diligant, multa nobis argumẽto sunt, castitas perpetua, iurisiurandi nulla mentio, mẽdacij odium, & præcipuè quòd bonorũ omniũ, nullius mali causam Deum opinantur. Quòd uirtuti studeant, patet, quia pecuniã negligunt, gloriã spernunt, uoluptatem oderunt. Charitatis autẽ argumenta sunt, beneuolentia, societas, æqualitas: nullus enim domum habitat quæ omnium cõmunis non sit, unum ærarium, unus sumptus omnibus est. Præterea uestis cõmuniter omnibus proposita, cõmunis cibus & potus, cõmunis mensa, omnis deniq; uita communis est. Hactenus Philo apud Eusebium. Si quispiam ex nostris monachis qui regifico mensarum apparatu uiuunt, qui uoluptates libare peritè norunt, qui honores nauiter ambiũt, qui pecuniæ studiũ semper immodicũ habẽt, hæc aliquãdo legerit, secum'ue reputauerit, nónne eum pudebit, quòd iustitia sua non modò plus quàm Essenorum

non

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

non abundet, sed longè magis flaccescat, langueatq;? Ab Essenorũ igitur religione profectum meritò credere æquũ est, ut apud nos monasticæ uitæ institutũ coaluerit, quo similiter Paulus Thebæus ut Antonius, ambo Aegyptij homines à primo olim imbuti, ac illud postea insigniter æmulati in primis esse uidẽtur. Sed Antonio initiũ rei huius iure optimo acceptum referri decet, qui, etsi non ante omnes fuit, primus tamẽ mirè omniũ studia ad eam uitã degendam incitauit, monachorũq; dogma instituit, sicuti deinde Basilius in Græcia fecit. Adauxit & id tẽporis pium institutũ Hilarion in Syria, qui cùm sanctitate iã clarescceret, Gazæ tres cuiusdam nobilis matronæ filios simul repentè morbo affectos inuocato nomine Iesu, exẽplo sanauit. Quod postquam auditũ est, & longè lateq; percrebuit, certatim ad eum ex Syria & Aegypto cõfluebant, ita ut multi crederent Christũ esse uerè Dei filiũ, & se monachos profiterẽtur. Nõdum enim cœnobia erant in Palæstina, nec quisquã monachos ante diuum Hilarionẽ in Syria nouerat, ille fundator & eruditor huius instituti ac studij in hac prouincia fuit. Habebat dominus Iesus in Aegypto senẽ Antonium, habebat in Palæstina Hilarionẽ iuniorẽ. Hæc ex Hieron. Ad Antonium redeo. Vixit Antonius in solitudine in Thebaica regione Aegypti, condiditq; ibi cœnobium, ubi cum Sarmata, Amata, & Machario suis discipulis, precibus tantum deditus erat, in pane & aqua omnis eius uictus consistebat, cuius sanctitas ita celebris erat, ut Helena Constantini mater se & filiũ per literas illi cõmendarit. Obijt mortem in eremo, annos CV. natus, qui fuit annus salutis humanæ CCCLXI. Discipuli eius Amatas & Macharius (nam Sarmatam Saraceni impetu in Antonij cœnobium facto, interfecerant) monasticum ordinem postea tam uitæ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſanctimonia, quàm inſtitutis, mirum in modum propagarunt. Ac ciuſmodi uitæ monaſticæ principium tale fuit.

Quando primùm ordo monaſticus tribus uotis aſtrictus fuerit, & quis primus ea uota introduxerit, ueſtitumq; religioſum, cum nouo uitæ modo, ac ordo ipſe abiuerit in plures familias. CAP. II.

POſt *annũ quàm Antonius, de quo ſuprà eſt mentio facta, erat mortuus, circiter* CLXVI. *claruit Benedictus Nurſinus in Vmbria Italiæ regione natus. Is in ſolitudine perdiu uerſatus, ſe demũ Sublacum ſeu Sublaqueum contulit, quod eſt Latinorum præclarũ oppidum, lacui eodem & tamen priſco nomine proximum, diſtatq; ab urbe Roma circiter millia paſſuũ quadraginta. Hic cùm à multitudine ob ſanctitatis fama adiretur, & ei ſecundum religionem nihil ſolitudine gratius eſſet, poſtremò eius celebritatis uitandæ cauſa, Caſinum in ea regione peruetuſtũ oppidum uenit, ibiq; ſibi ſedem poſuit, ſparſosq; & ſoliuagos ad idem tempus monachos in unum contraxit cœnobium, mores & uitam, tribus munitam uotis, quæ prius nõ fuerant, quàm Baſilius cum certa uiuendi formula, conſtituiſſet in Oriente, inſtituit parum uulgatæ obſeruationis. Sanè Baſilius Cæſareæ Cappadocum præſul, qui circiter annum ſalutis humanæ* CCCLXXXIII. *doctrinæ pariter atque ſanctitatis ſummis floruit laudibus, primus omnium obligauit monachos nouis legibus, ut poſt annum, quàm quis in collegiũ ueniſſet, ſi in eo uellet uitæ inſtituto permanere, uoueret ſe caſtè uicturũ, nihil poſſeſſurũ, ac dicto præfectorum fore audientẽ, quò ſe in perpetuum omni ſua abdicaret uoluntate. Fuit poſtea Baſilij decretum iuxtà ab omnibus receptum. Quanquam paupertatis uotum multò antiquius eſſe uidetur, ſi Vrbano pontifici Romano credimus*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

dimus, qui amplius C X L. *annis Basilium antecessit: quandò in epistola, quæ eius nomine legitur, inuenimus, ita usu uenisse, ut qui apostolorum imitatores existerẽt, paulatim uota facerẽt se nihil proprium habituros, quò æquè rerum communitas, ac apostolicæ uitæ institutum omni tempore uigeret: siquidem ipsi apostoli ad docendum euangelicum dogma quoquouersum à Christo missi, in mandatis, quemadmodum diuus Petrus apud diuum Clementẽ lib. recognitionum 2. testatur, non habuerũt proprium aliquid dicere. Cæterùm istæc tria uota iam inde à principio tanti esse cœperunt patribus, ut illi posthac lege sanxerint, etiã presbyteros quos seculares dicunt, debere uotum castitatis, id est, pudicitiæ seruandæ perpetuò saltẽ tacitè facere, ac per id, haud licere cuiquã eiusceemodi uotis obligato, astrictoq; deinceps matrimonium cõtrahere, & si quis contraheret, illud omnino minimè ualere. Vnde breui pòst quæstio incidit, an tale cõiugiũ deberet stare nec ne. Et D. Augustinus, qui Basilio æqualis fuit, in primis permultis rationibus probauit cõnubia post uotũ contracta non debere dirimi, ueluti in decretis, 27. q. 1. ca. Nuptiarum. planè extat. Item Benedictus dedit suis monachis nouum uestitus genus, constituit modum orandi, & tenue uictus alimentũ, ac nouam abstinentiæ normam. Et ut appareret eum cœtum fuisse ex summo mortalium usu, res mirandum in modũ postea paulatim creuit, abijtq; in plures familias, Cluniacẽses, Camalduenses, Vallisumbrenses, Montoliuetẽses, Grandimontenses, Cisterciense, Sylucstrenses, qui Humiliatorum cognomen ferunt, Cœlestinos, diuæ Iustinæ, & eremitanos diui Hieronymi, postremò per Martinum quintum, in familiam diui Benedicti adscitos. Quem ordinem à patrum norma iam collapsum, Lupus Hispalensis eius familiæ præpositus,*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nouis institutis instaurauit, de cuius exordio in capite insequenti prodctur. At ij quidem monachi, & si qui alij sint (quotidie enim sunt, qui ut ignauiæ suæ potius quàm religioni consulant, nouas introducere sectas conẽtur) ex uno uelut fonte manasse dicũtur. Cæterum qui tum primùm instituti fuerũt, Benedictinos fuisse tradunt, qui nigro hodie amiciũtur colore, tunica laxiore, ac discincta, & ad pedes usq; demissa, amictu capitis, quem cucullum uocant, in humeros et scapulas breuius reiecto, quàm cæteris: subter candida tunicula, et ea quidẽ lanea, cum cilicio, ocreati genu tenus incedũt, tondẽtur nouacula à uertice infra dimidium caluæ: capillus infernè recisus in parui circuli speciem, circa aures & tẽpora, totum ambit caput instar coronæ, unde ipse uertex derasus corona nũcupatur. Item à carnibus perpetuò se abstinẽt, nisi cùm ægrotare cœperint. Vnde monachi qui hodie continenter carnibus uescuntur, quorum numerus ubiq; gentiũ extra Italiam, ingentissimus est, perpetuò ægrotent, necesse est, nisi uelint impudẽter fateri, se contra suas leges facere. Atque ita monastica institutio ut humana, haud diu inuiolata stetêre, hominũ moribus semper in deteriora inclinantibus, ac diuitijs pietatem, quæ ut mater illas à principio ordini pepererat, contaminantibus. Quo factum est, ut monasticum nomen sæpius uariéq; instauratum in plures abiuerit familias. Itaq; Cluniacensium ordo ex Benedicti obseruatione, apud Masticẽsem seu Masticocensem, utrũq; scriptum reperio, Burgundiæ pagum, ab Odone abbate quem dicunt, instituitur, quibus locum dedit, & extruxit Gulielmus pius Aquitaniæ dux. Qui fuit annus salutis DCCCCXVI. Haud ita multò post Camalduensium religio orta est, autore eius congregationis Romoaldo Rauennate: fuit is monachus Classensis cœnobij:

est

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

est locus iste haud procul Rauēna, qui celebritatis fugiens in Hetruriam peruenit, ibiq; in summo Apennini iugo, locum à quodam Madulo incola consecutus, unde nomen ordini inditum, nouæ familiæ fundamenta iecit, candido sumpto amictu. Sunt hodie in eminentissimo iugo montis duodeuiginti sacella, ubi perpetuum silētium, quarto & sexto hebdomadæ die pane & aqua transigunt ieiunia, nudis pedibus, humi accubantes: uerùm in alijs locis uita eorum remissior est. Item in ea Apennini parte, quæ Vallis Vmbrosa uulgò dicitur, circiter annū salutis MLX. Ioannes Gualbertus nouam monachorum familiam instituit, eamq; à loco appellauit Vallisumbrensem. Is Florentia oriundus, ac claro loco natus, cùm fratris percussorem fortè obuiam habuerit, quia illi ueniam petenti non negasset, imagò crucifixi, quæ in proximo fano diui Miniatis erat, uisa ei est: post hæc inibi orāti inclinasse parum caput, perinde quasi id pietatis facinus comprobasset. Ea imago hodie uisitur in eodem diui Miniatis templo, quod in colle prope Florentiam extat. Ioannes eo motus miraculo, in solitudinem conceßit, autorq; nouæ religionis fuit, amictumq; sibi induit cœruleum, quo nunc utuntur. Montoliuetenses eo anno, qui fuit MCCCCVII. salutis, esse cœperunt, quo trium pontificum pestilens discordia orta est. Ij Senenses primùm fuere, quorum princeps Bernardus Ptolemæus, qui pro temporum conditione, capto mutandæ uitæ consilio, in proximum urbi collem egreßi sunt, eumq; ex nomine illius Hierosolymitani dominicus frequentati uestigijs appellantes, sese candido induerunt amictu, Gregorio XII. probante. Grandimontensem ordinem Stephanus in Auernis amplißima familia ortus, in Aquitania primus instituit, cui mons in quo mox sedes illius familiæ locata est,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

est, nomen dedit, multis uiuēdi mutatis, aut ex integro conditis legibus. Iisdem ferè temporibus Robertus Molismēsis *abbas cùm priscam disciplinam iam minimè retineri animaduerteret, uiginti & amplius comitatus monachis, Cistercium locū in Burgundia Cabilonensis diœceseos, uastæ solitudinis, ac horrendi aspectus petijt, ibiq; immoratus celeberrimi ordinis autor fuit, quem à loco Cisterciēsem nuncupare uoluit. Sunt qui hoc cuidam Ardingo monacho assignent, quòd ille Robertum impulisset ad commigrandum in eum locū, perinde quasi qui hortatur, non qui facit, primas iure ferre debeat. Fuit is annus salutis* MXCVIII. *Claruit in hoc Bernardus Castilionensis homo Burgundus nobili loco ortus, qui Cisterciensi cœnobio prius inchoato, monasticum induit habitum, tantum inde nomen eruditionis & sanctitatis est adeptus, ut Clarauallēsis sit abbas factus, quem locum Robertus uir illustris non multò prius sumptuosè extruxerat. Centesimo deinde anno, Humiliatorum ordo in Germania oritur: exordiū rei triste, sed læti successus: multi enim mortales aut bello capti, aut quia fides eorū suspecta esset, fuerant ex Cisalpina Gallia, iussu Federici, cui Barbarubræ cognomen fuit, qui tum Italiam armis diuexabat, in Germaniam cum liberis & uxoribus traducti. Sunt tamen qui ab Henrico id factum tradant. Ij longiorem moram pertæsi, aliquādo albis uestibus induti, uiri fœminæq; humiliter Federico ad pedes prostrati iacuere, ueniam implorātes. Istorum lachrymis uestitūq; motus Imperator, potestatem fecit omnibus in patriam abeundi: qui postliminio reuersi, uoto, ut uerisimile est, in eo ritu perseuerasse dicuntur, lanificio & precibus dediti. Inde, ut fit, res à modico principio orta adeò creuit, ut eam piè inchoatam auctamq; Innocentius tertius primùm, deinde plerique*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rique alij Romani pontifices approbarint. Cœlestinorum religio octogesimoquarto circiter anno post orta est: Cœlestinus quintus Roma. pontifex fuit autor, prius quàm ad pontificatũ uocaretur, anachoreta: idcirco uoluit ad eremi decus, ex se hãc familiam parere, quæ breui usq; eò creuit, ut nõ potuerit autorem incœpti ut uani pœnitere. Item in Anglia diuus Gilbertus suam instituit religionem, sicuti in Germania Mellicenses, Castellenses, & Burfeldenses, alij ab alijs diuerso tẽpore instituti fuerunt. Sic quotidie à nouis hominibus nouæ introducuntur religiones, inter se tam uestitu, quàm ratione uitæ minimè conuenientes, perinde quasi uitia animi, cuius ductu ad bona seu mala nos applicemus necesse est, tantũmodo extrinsecus per eiusmodi studium possint penitus euelli. Quid, quòd penè totidẽ monacharum familiæ institutæ sunt? Sed, ut iam iustum iter cõficiamus, haud prætercundam ducimus congregationẽ diuæ Iustinæ, quæ postremò ad pristinam diui Benedicti dogmatis disciplinam instaurata, hodie ut religionis caput, super eminet omnes. Eius rei autor fuit Ludouicus Barbus Venetus uir religiosissimus, Patauij in cœnobio ipsius diuæ Iustinæ, unde nominata est: hanc Eugenius quartus plurimum auxit. Atq; monachi primi omnium introduxerunt in Ecclesiam Dei uota sacra, & uestimentorum profanorum religionem. Nam illi monachi superiores, ut proximo capite ostendi, pro suo arbitratu uestiebantur. Nec Iudæis indumentũ aliquod interdictum erat, præter id, quod esset è lana & lino contextum, sicut Deute. cap. 22. patet. Item modum orandi quamlongissimum, ieiunia frequentiora, & piscium escam assiduam, ad extenuandũ corporis robur, quò sui debiliores militiã Christi exercerẽt. Sed & de reliquis initiatorum ordinibus, eorumq; initijs iam dicamus.

De

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

De origine Hieronymianorum, Canonicorum regularium, Augustinianorum, Cartusianorum, Carmelitanorũ, Præmonstratensium, & Crucigerorum. CAP. III.

Hieronymus Eusebij filius, ortus Stridone, quod oppidum olim ad Pannoniam & Dalmatiam pertinebat, sed Gotthi direptum euerterunt, Romæ Græcis Latinisq; literis egregiè institutus, sanctioris uitæ causa in Iudæam se contulit, ubi & Hebraicam linguam didicit: ita triplici lingua eruditus, de rebus diuinis scribendi onus suscepit, in quo omnes neruos ætatis, industriæ, doctrinæq; suæ contendit: cuius scripta ut sancta, breui post tempore patres receperunt, receptaq; approbarunt: etsi scio esse quosdam, qui id factum Damaso pontifici falso assignẽt, quippe qui perdiu ante Hieronymum excesserat è uita. Postremò locum circa Bethleem sibi construxit, ubi reliquum uitæ apostolico ritu egit. Hinc factũ est, ut permulti deinde Hieronymi ipsius instituti imitatores extiterint, ortaq; sit noua quædam familia, quæ à Hieronymi nomine, quem sui instituti, quamuis longè diuersi ab eo quo ille uixerat, utcunq; autorem faciũt, Hieronymiani sunt appellati: qui natiuo amiciuntur colore, pallioq; super tunicam rugato, atque superiore parte à summo ad imum scisso, scortea zona tunicã succingunt, soleis ligneis pedes muniunt. Sunt & Hieronymiani, eremitani, de quibus proximo capite meminimus, quorum ordinis quidam Carolus cognomento Granellus homo Florentinus, autor fuisse dicitur, qui eremitanum suæ spõte induisset uestitum, sedemq; sibi optasset in Fesulanis montibus. Alij tradunt non Carolũ, sed Redonem quẽdam Montigranelli comitem primùm eos eremitas sub ritu diui Augustini, ad Fesulas, Gregorio XII. probante, instituisse. Imò sunt qui commententur hanc primùm familiam à Hieron

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ronymo in eremo institutam, & eam auctam ab Eusebio Cremonẽsi, ac plerisq; alijs præcipuæ sanctitatis uiris, qui cum eo uixerant, & sic accidisse, ut postea melioris uitæ exẽplo, plures unã æmulati rem, modicis, ut fit, principijs ortam, sæpius instaurarint, atq; eo pacto alios ex uno ordine Benedictinos, alios Augustinianos esse secutos, alios in suo permansisse instituto. Item parum liquidò traditur, an Aurelius Augustinus eas familias instituerit, quarũ hodie uulgò autor fertur. Itaq; duplex opinio ad posteros manauit de initio Canonicorũ, quos uulgus regulares uocat, & eorũ qui ab eremo nomẽ ferunt. Canonici pertinaciter affirmãt Augustinũ, ut primùm Hipponẽsis est episcopus factus, redegisse suos statim canonicos ad eã uiuendi regulã, quam inter se in præsentia seruãt. Quinetiã iactitant illud apostolorum fuisse institutũ, id quod Thomas Aquinas in suo opere secunda secundæ cõprobat: quia illi, ut ait, post ascẽsum Christi in cœlũ in monte Sion, de genere uitæ deliberantes, cõmunia inter se omnia, ac tria uota coram Deo statuere. Ita si Thomæ testimoniũ amplectimur, nõ tam ab Augustino est ordo institutus, quàm renouatus: cui tamẽ ob illud ipsum, non immeritò debet principium rei acceptum referri. Sic origo in dubium trahitur. At Augustiniani eremitani se priores institutos asseuerant ab ipso diuo Augustino, cùm ille eatenus fuerit in eremo, ut quidam scribunt, quoad Manichæis in terra Africa sæuientibus, Hipponensi diœcesi est præfectus. Per hunc modum de utriusq; ordinis origine ambigitur. Verùm aliam ferũt huiusce collegij originem: multi enim, ut aiunt, mortales Augustini adhuc uiui sanctitatẽ singularemq; doctrinã secuti, omnibus neglectis quæ possederant, in eremum cõcessere, unde est eremitanorum nomen deductum. Cæterùm siue ab eo, quod est

suprà

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ſuprà ſignificatum, ut qui in deſertis locis cum illo eſſent, ſint in unum congregati, & inſtituti, ſiue ipſius uitam & dogma ſecuti, paßim deſerta loca coluerint, hæc de utriuſque familiæ initijs habui dicere. Atq; iſta Auguſtiniana familia prima eſt ex monachis mẽdicantibus: ſunt enim quatuor primariæ, uti infrà appoſitè demonſtrabimus, & uulgò mendicantes uocitantur, quòd religionis cauſa, uel atq; adeò ut in ocio uiuant, mendicitatem perpetiantur, qui ſolùm precarium quæſtum faciunt, unde ſe ſuſtentẽt. Verùm haud ſcio, qua ratione iſti monachi debeant in mendicãdo ſemper hærere, quandò ſatis conſtat Chriſtum non mendicaſſe, & apoſtolos non expectaſſe ab alijs uictum otioſos, ſcribente Paulo *ad Corinthios: Et laboramus operantes proprijs manibus: ac primos monachos in* Aegypto, *teſte* Chryſoſtomo, *exercuiſſe ſeſe manibus laborando. Item diuus* Franciſcus, *cuius ſecta longè frequentißima eſt, uoluit ſuos monachos uictum quærere manuum laboribus, ac non prius ad mendicandum aggredi, quàm laboris pretiũ eſſet negatum. Extat in eius teſtamento illud præſcriptũ. Igitur hinc uidere licet, omnes æquè debere apoſtoli inſtitutum ſequi. Ad rem redeo. Sed ne quidem mirum, ſi res in dubio uerſetur, uel duæ tres ue familiæ ad unum referantur autorem, cùm bene multæ aliæ præterea ſint congregationes, quæ* Hieronymi, Auguſtini, Benedicti, *ac quorumlibet diuorum regulas ab illis, ſicuti perhibent, editas profitean tur, quas tamen tantũ abſuerat, ut ipſi inſtituiſſent, ut etiam ne tale quid unquam fortè cogitaſſent futurum. Canonicis tunica candida cum lintea toga, ſub nigro pallio eſt: tegumentum à ſcapulis impoſitum ceruicem totumq; contegit caput, præterquàm à fronte. Eremitanorum ueſtitus diuerſus eſt, nigra tunica amiciuntur, cõcolor tegmen à ſcapulis*

ad caput

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

id caput inducũt, subter candida tunicula, scortea cinguntur zona bubulo cornu fibulata, calceati, ut communis est usus. At penes utrosq; nũc præcipua est uarietas nominis, quod ut sæpius est instauratum, ita in plures diuisum est familias: nam congregatio alia Canonicorũ Seruatoris, quæ & Scopettina nuncupatur, cuius autores fuere Stephanus & Iacobus uiri Senenses sanctitate illustres, quàm Gregorius XI. suo probauit consensu. Alia Frisonaria, à loco in Lucensi agro Hetruriæ regione, quam & Lateranẽsem appellant, hãc Eugenius quartus plurimum adauxit. Tertia diui Gregorij in Alga Venetijs à Laurẽtio Iustiniano instituta, cœruleo utuntur habitu. Et deniq; si quæ aliæ sint, iam eas missas faciamus, breuitati consulentes, quoniã sæpe more fungorum, subitò oriri solent. Ad Cartusianos ueniamus, quorum exordium incidit in annũ salutis MLXXX. Quidã enim singulari doctrina, nomine Bruno, homo Coloniẽsis, cùm Lutetiæ Parisiorum philosophiam profiteretur, contigit, ut amicũ quendam bonis moribus præditum, & uita iam priuatum, prius quàm ad sepulturam daretur, audire uisus sit clamantẽ, Iusto Dei iudicio damnatus sum: & ea re motus è uestigio cum sex socijs pari miraculi euẽtu territis, eremi deserta quæritans, peruenerit in diœcesim Gratianopolitanam (est Celticæ ciuitas) ibiq; locum optauerit, cui hodie Cartusia nomen est, quem ei assignandum curauit Hugo Gratianopolitanus episcopus, qui statim pòst se ad eam familiam adiunxit. Eo igitur loci Bruno ad res diuinas intẽtus, primum cœnobium fundauit, cum his rigidæ uitæ institutis: intima enim ueste utuntur cilicina, summa pallio nigro, subter cãdida toga, operculoq; capitis cucullo, carnibus nunquam uescuntur, sexto plurimũ hebdomadæ die pane & aqua ieiunium agunt, in cubiculis quæ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ueluti sacella habent, soli edunt, certis tamen festis diebus unà duntaxat prandent. Silētium eis penè perpetuum, nulli fas est cœnobio exire, præter præfectum, & procuratorē, & illis tantū ad negocia loci curanda, quippe opes habēt, per quas semper sacerdotibus minus omnino licet se totos, prout deberent, rebus sacris curandis dare. Mulieribus ad eorum etiam templa aditus interdictus, quò ne aliquid uideant, per quod ad libidinem rapiantur. Bella sanè prouisio, si affectiones animi poßint claustris compesci, & caro solitudine & ocio domari, id quod diuus Hieronymus ualde laborando, ut ipse testatur, efficere uix potuit. Carmelitanorū hunc referunt ortum. Est in Syria mons Carmelus, olim cùm aliorum prophetarū, tum Heliæ in primis memoria nobilis, quòd in eo ille habitasset: id, credo, anachoretarum non pauci numero secuti, locum tenuere, qui demum Almerici Antiocheni episcopi opera, in unum coiere, cùm antè sparsim montem habitarent, ac tum primùm præpositum ex se constituerunt. Fuit in eo monte secundum fontem, qui Heliæ dictus est, Deiparæ fanū, ubi illi prima cœnobij fundamenta iecerunt, unde fortasse sunt Carmelitanæ diuæ uirginis monachi nuncupati. Incidit prima hæc uitæ obseruatio in Alexandri tertij pontificatū, qui sedere cœpit circiter annum salutis MCLXX. *Verùm quia neq; uitæ instituto, neq; cultu, neq; certis cærimonijs nitebatur ille nouus cœtus, abortus quidam, non res legitimè ab initio instituta uisa est. Veram itaq; originem fuisse tradunt quidam, quæ anno pòst circiter quadragesimo consecuta est, sedente Innocētio tertio: Albertus enim Hierosolymitanus antistes ijs in eremo agentibus certam obseruationis dedit formā, ex Basilij dogmate quædam mutuatus. Attributum est pallium uersicolor ex albo & canusino, id est, rutilo,*

circu

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

circulatum, quali dicitur Helias propheta olim usus: postea Honorius tertius pallij huiusmodi formā ademit, uelut religioni parum conuenientem: pro uersicolore, album est illis datum, appellauitq; Virginis familiam, ut nomen virginitatis cum pallio albo, qui color minimè maculatus est, rectè conueniret. Et hæc altera mendicantium secta. Isdem ferè temporibus Præmõstratenses è cœlo, ut prædicant, demonstrati sunt terris, in Laudunẽsi diœcesi, eo loci, quem Præmonstratum uocant. Autor ordinis fertur fuisse quidam Northbertus presbyter homo Lothoringus, qui hoc arctissimum uitæ genus ex Augustini ritu quæritans, à Calisto secũdo impetrauit probatum iri. Amciuntur tunica alba, cum linea toga, sub candido pallio, quo potißimũ à Canonicis differũt. Crucigerorũ origo multò antiquior est, si uera sunt quæ ipsi Crucigeri de primordio sui ordinis prædicant: aiunt enim Cletum Petri apostoli discipulum, et ab eo inde tertio loco pontificẽ, cœlesti nuntio crucem habẽte monitum, ut hospitalem domum fundaret ijs, qui Romam peregrè uenirent religionis causa, essentq; ibi præstò, qui itineribus fessos comiter acciperent, pieq; reficerent, & ij gestarent perpetuò crucem, monimentũ dominicæ paßionis, ac ita illum demum paruisse oraculo. Sed illud pro certo habẽdum dixerim, rectè initium huius rei aßignari Cyriaco Hierosolymitano antistiti: is enim fuit, qui Helenæ Constantini matri locum ostendit, ubi dominica crux occultaretur, qui ob memoriã rei, dicitur primus constituisse collegium eorum, qui crucem omnibus uenerandam manu gestarẽt. Hunc pium patrẽ Iulianus Imperator occidit. Rem ijs principijs ortam, & breui pòst tẽpore propè ad interitum deductam, tertius Innocẽtius instaurauit, quòd Romæ hæresim Albinensem subitò exortam, unde magnus in urbe

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

motus extitit, ope cruce signatorum, qui tum in Syriam ituri erant, extinxisset. Fuit hic annus salutis humanæ MCCXV. Postremò Pij secundi pontificatu, in Mantuano conuentu, datum est ut cœruleo uterẽtur amictu, cùm olim indiscreto usi sint colore, ac crucem ex ueteri instituto gestarent, unde inditum familiæ nomen. Est hodie alterum quoque huiusce familiæ collegium longè remissioris uitæ, & ij pallio amiciũtur nigro, geruntq; in pectore, non manu, crucem ex albo rubroq; colore confectam, ac diui Augustini regulam profitentur.

De Prædicatorũ, Franciscanorũ, Trinitatis, Seruorũ Deiparæ, Brigidensium, Iesuatorum, Nouorũ eremitanorum, & Bonorum hominum origine. CAP. IIII.

SAnè ut tertio Innocentio sedente, innocentiæ aliquid in hominibus diluceret, duo longè post hominum memoriam extitere sanctissimi patres, Dominicus Calaguritanus homo Hispanus, & Franciscus Asisias in Vmbria Italiæ regione ortus, qui cuiusdam noui ordiendæ uitæ instituti autores ambo certatim fuerunt, ut æquales. Dominicus ab initio Canonicus fuit, ac cum paucis quos socios sibi delegerat, nouam instituit obseruationem, nouumq; uestimentum dedit, tunicam candidam, nigro pallio superiecto, & ab humeris ad caput scapulari tegmine. Et ne pietatem colendo domi otiarẽtur, docuit eos in primis sua prædicatione, unde nomen nouæ familiæ indiderat, longè lateq; omnibus terris diuulgare euangelium, quod ipse Christum imitatus facere prius uoluit: quippe qui id temporis hæresim Tolosæ pestiferam Albigensium iandudum gliscentem sua opera compescuit. Vidit Innocentius nouum institutũ, & miratus est: quod Honorius qui illi successerat, recepit atque approbauit. Et ista tertia est mendicantiũ familia. Propter hæc

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

hæc pietatis opera, Dominicus deinde post actam sanctissimè uitam, in diuorum ordinem à Gregorio IX. adscriptus est. Franciscus uerò humanitatis plenus, à principio Aurelij Augustini, ut quidam scribunt, regulam professus, calceatus, zonaq; scortea cinctus aliquãdiu conspectus est: inde reputans animo dominum iussisse sanctissimis apostolis, ne binas tunicas, neue sacculum haberent, tunicam induit unicam natiui uelleris, funiculoq; præcinxit, pedes simul nudauit, ac ut demum anachoretam se præberet, in Apennini iugum aduolauit, quem locum hodie uulgò Auernam dicunt, ubi ille diuinis rebus deditus, dominicæ passionis stigmatibus inustus est, qui eos quos sui institutl ab initio socios optauit, manifesto humilitatis argumẽto, Minores appellauit, quò eius exigui nominis memores, facilius ab omni superbiæ uitio abhorrerent, quæ sæpenumero sanctitatis est comes. Honorius institutum cõprobauit, ac biennio pòst Gregorius Franciscum inter sanctos retulit. qui fuit annus salutis MCCXXIX. Nullum unquam humanæ pietatis institutum magis breui tempore creuit: totũ enim terrarum orbem una hæc impleuit familia, sic ut uulgus iam tum stupefactum suspicaretur non tam pietatem, quàm otium & ignauiam interdum multis cordi esse. Atq; is quartus mendicantium cœtus. Fuit per id tempus, Clara uirgo etiam Asisias, quæ monacharum, alterum nouum religionis institutum, quod pauperum dixit, à Francisco continentiæ doctore accepit, acceptumq; non solùm persanctè coluit, uerumetiam auctum posteris reliquit. Cõstat hic ordo plurimum ex muliebri sexu. Secutus est ab eo, uelut riuulus ex eodẽ fonte manans, tertius ordo eorũ qui Pœnitẽtes dicuntur. In hoc quoque innumeri mortales sunt. Post hæc Prædicatores & Franciscani, ut ne beatissimi omnibus re-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bus essent, inter se diuortium fecerunt: nam alij cum alijs de sanctitate certantes, alterius uitæ quiddam ordiri cœperunt, qui se uelut instituti obseruantiores, de obseruantia uulgò appellarunt. At Franciscana familia huiusce obseruationis multò frequẽtior est, utpote inter omnes ferè gentes iampridẽ propagata. Hanc memoria nostra, Edouardus quartus rex in Angliam primus introduxit, quæ tanto breui tẽpore sanctitatis nomine claruit, ut paulò pòst ab Henrico VII. fuerit magnopere adaucta, ac hodie habeat sex cœnobia longè celeberrima. Verùm ut Innocentij ætas religionis feracior esset, est & monachorũ Trinitatis, ut uocant, ordo id temporis exortus: quidam enim Ioãnes Matta, & Felix anachoreta, cùm in Gallijs circa Meldensem agrum uitam solitariam agerẽt, per quietem admoniti pontificem adiuerunt, ab eoq; petiere certum uiuendi modum. Ille haud multò pòst etiam oraculo, ut aiunt, monitus, anachoretas candidò induit uestitu, cruce rubra pariter atque cœrulea insigni, illisq; negocium mandauit, ut nostros ab hostibus captos pretio redimendos curarent, ac idcirco monachos de redemptione captiuorum appellauit. Consueuerunt ij postea pij certè uiri eleemosynas quæritare, quibus captiuos redimerent: sed & hoc pietatis officium ferè nusquam hodie præstatur, & id, credo, ut uetus renouaretur institutũ: nam, teste Tertull. de fuga in persecutione, Christiani olim non redimebãtur pecunia. Iisdem quoq; temporibus Martini quarti pontificatu, Philippus Tuscus genere, Florentiæ ortus, ac medicæ artis professor, nouæ fuit uitæ autor, institutorq; familiæ, quàm Deiparæ uocant uirginis: qui primo initiati, Serui nũcupari cœperũt, manetq; hodie nomen. Philippus anachoreticã uitam secutus, oraculo monitus, nouum religioni adiecit uestitũ: nigræ tunicæ

ac

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ac succinctæ nigrum superinijciũt pallium, circa humeros in rugas cõplicatum, scapulari amictu ab humeris reiecto, cõmuni more calceati. Nec res magno admodum est fauore à principio recepta, sed cùm nouum institutũ sua sponte in dies singulos initiatorũ numero augeretur, Benedictus undecimus, septemq; deinde pontifices, qui secuti sunt, approbauerũt, multisq; priuilegijs excoluere. Incidit primũ rei huius exordiũ in eum salutis annũ, qui MCCLXXXV. *fuit. Ordo itẽ à Brigida uidua instituitur: hæc Suetiæ princeps, mulier sanctitate insigni, eo anno, ut quidam uolunt, quo Vrbanus quintus exiuit de uita, Romam uoti causa uenit, ubi quotidie loca sacra adibat, obtinuit q; à pontifice ritum ab se institutum probari, ut cœnobium utriq; initiatorum sexui commune foret, murorum tamen ac aspectus separatione diuisum, ut uirgines superiora habitarent, monachi uerò inferiora: templum itidem pari modo cõmune: omnibus autem Abbatissa quam uocant, præesset. Sunt qui tradant Basiliũ primùm hunc ordinẽ in Græcia instituisse, sed postea ne uirginitas muliebris obtrectationibus patêret, patres iussisse, ut uiri seorsum habitarent, ac propterea Brigidam instaurasse eiusmodi religionẽ, inita ratione, qua sine criminis suspicione, & tẽplum & domus essent utrisque communia. Cui opinioni, ut ueriori, assentiendum esse dixerim. Quinto eiusdem Vrbani anno, qui fuit salutis humanæ* MCCCLXVIII. *Iesuatorum secta Senis orta est: colligebantur ab initio domesticatim, simplici indumento amicti, multa innocentia & pietate uiri, sibi uictum labore & opera quæritantes. Hos Vrbanus, quia iam suspecti, ut malefica aliqua superstitione imbuti, haberi incipiebant, ad se Romam uocatos de cærimonijs & uitæ instituto interrogauit, cognouit q; totam rem, & probauit,*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

deditq; ut alba tunica uterẽtur, & capitio quadrato à cervice ad humeros deiecto. Cinguntur scortea zona, nudos pedes ligneis soleis in inferiore parte muniunt: datum inde est, ut canusinũ pallium tunicæ superiectum ferrent. Apostolici à principio uiri nuncupati sunt, sacris non initiantur, tantum precibus uacant, & Iesuati ab eo dicti sunt, quòd Iesu nomen frequẽs sit in illorum ore. Fuit rei autor Ioannes Columbinus, homo Senensis. Orta est in terra Italia eodem tempore Vrbini (est Vmbriæ antiquissima urbs ac percelebris) noua Eremitanorum congregatio, nihil ferè amictu differens à diui Hieronymi familia, de qua suprà memorauimus: illis enim ex scapulari amictu, tenuis tantum pendet lacinia in humeros reiecta, at calceamentum, ut usus fert, commune, & cætera, quæ reliquis Hieronymianis. Petrus quidam homo Hetruscus ac Pisis natus, noui huiusce instituti autor fuit, qui ciuium opibus adiutus, cœnobium inibi è regione ædium nostrarũ extruxit, quod hodie tam Eremitanorum numero, atq; uitæ sanctimonia, quàm populi in eos pietate, princeps omnium aliorum habetur, quæ uiginti numero esse perhibentur in Italia duntaxat, quippe institutum ut recens, aliò terrarum nondum peruasit. Sed iam cum bonitate hominum, de eiusmodi initiatorum turba finem faciamus. Hos Anglia genuit: siquidem Ricardus Cornubiæ comes, qui fuit Henrici tertij regis frater, cùm circiter annum salutis MCCLVII. *ab electoribus Imperij cooptatus Romanorum Rex, uti in nostra Anglica historia fusius exponitur, in Germania moraretur, eius interim filius nomine Edmundus in patriam rediens, nonnihil sanguinis Seruatoris illinc secum tulit, conditoq; cœnobio, parum supra Berchanstedium pagum, qui ab urbe Londino distat millia passuum quinq; & uiginti,*

eo lo

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

eo loci id nostræ salutis monimẽti collocauit, introduxitq; nouæ religionis uiros, quos Bonos appellauit homines. Ii diui Augustini ordinem profitentur, uestitumq; cœruleum induunt, forma penè similem, atq; Eremitani utuntur: qui uerò præest, rector nuncupatur. Loco nomen est Aßherugium, hodie longè celeberrimo.

De origine sacrorum militum, ac de initio atq; exitu sectæ Albatorum. CAP. V.

DVm Hierosolymorũ urbs antequã à nostris postremò circiter annum salutis MXCIX. recepta fuisset, à Saracenis obtinebatur, Christiani Latini nominis qui ibidem degebant, ab illis impetrauerunt, ut sibi liceret domicilia prope Seruatoris sepulcrũ habere, ubi cœnobium diuæ genitrici construxere, quod Latinorum appellabatur: et abbas præerat, cuius erat in primis officium, hospites accipere Latinos. Eodem exemplo, breui pòst tempore alterum uirginum cœnobium diuæ mariæ Magdalenæ iuxta dedicatum, quod item fœminas acciperet. Confluentem deinde peregrinorum cateruam cùm locorum non caperet angustia, hospitalem domum propè etiam posuerũt, quam diuo Ioanni Baptistæ consecrarunt, admoniti Zachariæ patris memoria, quòd eo loci sæpe ad meditandũ conueniret. Sũt tamẽ qui scribant Ioanni Eleemosynario illã dicatam fuisse, qui Phoca imperante, patriarcha fuit Alexandrinus, ita cognominatus, ob frequẽtes, quas pauperibus faciebat, eleemosynas, id est, largitiones. Huic etiã domui unus præficiebatur: quare longo pòst tempore quidam præpositus loci, nomine Gerardus, cũ socijs crucẽ in nigro pallio cãdidam affixit, & eum assumpsit ritum, quo nũc degunt. Pari exẽplo Agnes, quæ uirginum cœnobio præerat, professa est. Res postea per põtifices Romanos & patriarchas proba-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ta, adeò breui creuit, ut opes dein maximas principum libe ralitate sint assecuti, quorũ mox Ramundus primus creatus magister militiæ, qui in uniuersum ordinem obtineret imperiũ. Censentur diui August. ordinis: dominicã precem certo numero repetitam pro canonicis recitant horis. Isti cùm militiam Deo opt. max. & Ioanni sacram insigniter exercerent, demum Rhodum insulam de Turcis ceperunt, quam Clemens V. illis aßignauit. Fuit is annus humanæ sa lutis MCCCVIII. *Sunt qui tradant eam insulã à Gotthofredo rege urbis Hierosolymorũ primò concessam, & illos semper eam ad nostrã usq; ætatem fortiter defensitasse: sed prior sententia, ut uerior, pluribus probatur. Post receptam ex hostibus insulam, illuc se receperunt, dictiq; inde sunt Rhodiæ militiæ milites, ubi cum Turcis perpetuum bellum gerũt, atq; ex proximo hostiliter infesti sunt, sæpe & ipsi bello petiti, oppugnatiq; acriter, nostra præcipuè memoria, cùm postremò humanæ salutis anno* MDXXIII. *mense Ianuario superati, insulæ imperium amiserunt. O rem perditam, ô desperatas opes. Tulerunt Rhodienses mi lites obsidionem amplius tris menses, & tamen Christiani principes nullas illis copias auxilio miserunt, partim ciuili bello, partim alijs curis occupati. Atq; ita arx unica Oriẽtis amissa est. Tẽplarij milites circiter annum salutis* MCXXVIII. *pontifice Gelasio II. ut quidam scribunt, Hiero solymis esse cœperunt, ubi circa Christi sepulcrum agitantes, Christianos uiros illuc peregrè profectos hospitio acci piebant, acceptos armis accincti per templa & sacra loca comitabantur, ut omnẽ terram sanctam tutò uiserent. Fuerunt huius charitatis officij autores uiri singulari pietate nouem numero, quorum principes Hugonẽ Paganum, & Gaufredum ex sancto Alexandro fuisse ferunt. Ii quia in parte*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

parte ædium templi habitabant, Templariorum nomẽ inde tulere: utebãtur candido pallio cum rubenti cruce, propagataq; est religio in ducentos annos. Certam ijs formam obseruationis Bernardus abbas constituit. Habuit res leuis ab initio, non parua incrementa, ita ut facultates maximas, & oppida quamplurima ubiq; gentium possiderẽt: uerùm conuicti demum impietatis, quòd qui Hierosolymis agebant, ad Saracenos defecissent, essentq; in fœda uitia prolapsi, omnes ad unum Clemẽtis v. pontificatu deleti sunt, eorumq; bona partim Rhodijs militibus, partim nouis familijs attributa sunt. Teutonicorũ paulò pòst subsecuta religio ex utraq; priorum mista, quippe qui hospitio accipiebant, & cùm res postularet, pro religione armis decertabant. Initium fecit homo Theutonicus, qui pòst Hierosolyma recepta, unà cum plurimis suæ gentis eo loci remanserat. Is uxorẽ & facultates habebat, motus suorũ qui sepulcrum quotidie adibant, misericordia, qui neq; linguã nossent, neq; diuersorium inuenirẽt, domum suam hospitalem illis communem fecit, ac ibidem diuæ uirginis sacellum adiunxit, cui paulatim turba ingens Christianorum sese tam pro ægrotis curandis, quàm pro tuenda religione dicauit, unde Deiparæ uirginis milites sunt appellati. Tum ex se magistro qui præesset optato, albo amictiũtur pallio, nigra cruce, subter & nigra tunica, statuũtq; ut nemo nisi Theutonicus, huiusce militiæ sacris initietur, atque idem claris ortus parentibus, & cui proponatur, ut aduersus sacratissimæ crucis hostes, paratus sit omni tempore sese in discrimen offerre, ac fortiter dimicare: item barbam unusquisq; nutriat, præter eos qui sacrificent: & demum dominicam precem pro canonicis horis tantum usurpet. At Theutonicæ militiæ hæc fuit origo, quam Romani pontifices suo

pòst

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

pòst ratam fecerũt consensu. Isti post Ptolemaidem, quo se amissa Hierosolymorũ urbe primùm receperant, in Syria à Saracenis occupatam, reuersi in Germaniã, suo ductu & auspicijs terram Prusiã, quam hodie uocãt, subegere, subactam & iure belli quæsitã suæ ditionis fecere. Victa gẽs, quæ malorum olim dæmonũ cultrix fuerat, religionẽ Christianam cõplexa est, et cum religione, rhutenicam linguã. Fuit ad Vistulã fluuium quercus, ubi ab initio uictrix gens castellũ construxit, & inde, ut sunt res hominũ, quæ tenui principio facillimè augentur, oppidum frequens cultu adoleuit, Marieburgũ uocant, caput nunc gentis, sedesq; eorũ qui uniuerso ordini præsunt. Milites diui Iacobi in Hispania, sub ritu diui August. Alexãdro III. pontifice, qui rem probauit, esse cœperunt, quorum primus fuit magister Petrus Ferdinandus. Item sunt & Calatrauenses à loco nuncupati, quorum militiæ autor fuit Sãctius rex, circiter annum salutis MCLX. nigrum amictum cum rubra cruce gestant, ac Cisterciensem profitentur ordinẽ. Cuiusmodi etiã censentur in Lusitania milites Iesu Christi, quos Ioannes XXII. Romanus pontifex instituit, quò essent, qui ex officio Saracenis Beticam id temporis tenentibus resisterent: crucẽ rubrã in nigro affigunt pallio. Sunt & apud Alcantariam oppidum in regno Castellæ, milites, de quorum initio parum liquet. Iacobus rex Aragoniæ duos etiã militũ ordines circiter annum salutis MCCXII. instituit, quorũ alteros diuæ Mariæ de redemptione captiuorum, siue de mercede appellauit, utpote quibus de captiuis redimendis curæ esset: amictum induunt album cum nigra cruce. Alteros Montesiæ milites rubenti cruce insignes nuncupauit, Vtrãq; militiã Gregorius IX. sua autoritate probauit. Nouissimè autem quãdo ignauissimo cuiq; iam nouæ religionis
©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nis introducendæ libido inceſsit, Franciſcus quidam homo Siculus diui Franciſci ſummiſsionem æmulatus, Minimorum ſectam inſtituit, qui à carnibus coctisq; abſtinerent cibis. Quo uiſo, nonnulli in præſentia qui mallent quoduis pati, quàm ſeſe in aliqua arte exercere, etſi uiles ſunt animæ, conantur inchoare aliam inertiæ ſectam. Ii craſſo lino tantũ corpora tecti, aperto capite ac pedibus nudis uagantur: quorum caput fertur quidam Iacobus homo Cremonenſis, tam laboris fugiens, quàm ignauiæ amator. Hinc cognoſcere licet, quàm conducibile eſſet, haſce hominum fæces tanquam membra chriſtianæ religionis agnata conterere, abſcindere, cremare, ne ſuis ſordibus cultus diuini nitorem & munditiam diutius conſpurcarent. Aliud memorabile hominum genus Bonifacio IX. pontifice, ſubitò terris apparuit, creuiſſetq;, niſi maturè itum eſſet obuiã: deſcenderat enim in Italiam ex Alpibus ſacerdos ingentem mortalium numerũ trahens ſecum: erat is alba indutus ueſte, ut colore ſyncero eam qua præditus uidebatur, animi integritatem præ ſe ferret: geſtabat crucem, deplorabat rerum humanarum ſtatum, deplorabat temporum calamitatem, deplorabat hominum peccata, petebat rectà urbẽ Romam, ſperans futurum, ut eo loci malum ſanaretur, ubi religioni inuſtum putabat. Sequebatur ingens utriuſq; ſexus multitudo linteis induta, unde Albati dicti ſunt: ubi nox oppreſsiſſet, ibidem humi iacebat, paſsim populis cibaria dantibus. Bonifacius Romanus pontifex rem nihil æqui boni'ue fecit, qui honori ſuo timens, ducem agminis, ut flagitij conuictum, Viterbij opprimendum curauit. Atque ita omnis Albatorum cœtus diſsipatus eſt, cunctis poſt amiſſum ducem, domum pedem referentibus. Fuit is annus humanæ ſalutis M C C C C.

De

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

De Niniuitarum initio, quorum secta uulgò Confraternitas dicitur: & unde mos, ut consocii inter orandum sese conuerberent. CAP. VI.

APostoli statim ut Christus est morte affectus, officij memores, conuĕtus facere, prout in actis patet, cœperunt, ubi orando, consulendo, agendo, rem christianã propagandam mirandum in modum curabant: non secus atq; illi, qui eorum opera religionem complexi sunt, postea fecere, teste Tertull. in apologet. cap. 39. Vnde usus facilè ad posteros manasse uidetur, ut prophani quoq; homines cœperint apostolorum more, diuini cultus causa, instituere societatis, seu, ut ita dicam, fraternæ charitatis collegia, illiq; magistros dare, qui statutis diebus reliquos socios conuocarent, ad cærimonias nonnullas cõcelebrandas. Inde tot militum ordines prodiere, quos suprà memorauimus. Durauit institutum abijtq; in uarias societates, quas uulgò confraternitates dicunt. Ii statis diebus, mutua charitate conueniunt, orant, sacerdotes conducunt, qui rem diuinam faciant, pauperes alunt, sexcentaq; pietatis officia quotidie faciunt. In supplicationibus publicis, id est, in pompa sacrorum, ordine procedunt, ut plurimum saccis linoq; ora contecti, sese flagello cõuerberant, nudum ac lacerum tergum ferentes, uelut uerè pœnitẽtes decet. Vnde Niniuitas dictos uolunt, quòd eodem modo Deum placare studeant, atque Niniuitas olim monitis Ionæ prophetæ, pœnituisse constat. Cæterùm res ista fidem facit, à Romanis Lupercis institutum esse acceptum, quòd illi Lupercalia ludicra celebrantes, nudi per urbem incedebant, ac laruati flagellis obuios cedebant, sicut demonstrauimus, cùm de origine ludorum apud Latinos suprà prodidimus. Quòd si longius liceat huiusce uerberationis originẽ quærere, ego ab Aegypt

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

gyptijs sumptum dixerim. Siquidem illi dæmoni maximo uaccam multis cærimonijs, teste Herod. immolare solebãt, quod sacrificium dum ardebat, omnes uerberabantur. Est præterea uerisimile uel à sodalitijs originem esse, quæ sodaliũ collegia apud ipsos Romanos erant. Cornelius enim Tacitus sodales sacerdotes Romulum inita cum Tatio societate, fecisse scribit. Vnde Titij sodales. Et Tranquillus sodales Augustales uocat: sicut apud Iulium Capitolinũ, Antonianos sodales legimus. Augustinus ait sodales, quasi edales, quòd simul essent. Plinius item scribit Romulum instituisse arualium collegium, seq; duodecimum appellari uoluisse fratrem, ut alibi est demonstratum. Durasse autem istiusmodi sodalitates testatur uetustum marmor apud Tybur, in quo inscriptum est, Sodales Hadrianales. Hinc igitur non dubitanter dixerim, nostros pontifices, qui semper studuere Romanos in primis ab huiusmodi uanis ludicris ac sodalitatibus, ad pudicum ritum certamq; uiuendi formulam trahere, sanctiore instituto, induxisse homines ad hasce societates coëundas, quæ hodie ubiq; gentium frequentes uigent optimis uitæ ac religionis institutis. Quibus sanè societatibus hæc dignitas attribuenda est, ut nunquam labefactæ sint, postquam esse cœperunt, quinetiam in dies singulos auctiores fiant. Ob hoc, uel reliquos ordines pudere debet, qui nunquam intra prioris, ac eius quidem sanctioris regulæ limites contineri potuere, etsi crebro instaurati.

De origine sectæ deæ Syriæ sacerdotum, Assyriorum, Antonianorum, atque Cæretanorum. CAP. VII.

EST operæpretium animaduertere, quantum semper posteritas malarum potius artium, quàm bonorum morum tenax fuerit, quod cum in alijs multis, tum in circunfo

ranei

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

raneis mendicabulis apparet: fuit enim apud priſcos quorũdam hominum ſecta, qui malefica religionis ſpecie prouincias peragrando, pecunias & alias res corradebant. Ii ſimulacra deorum circunferentes, quibuſdã fallacijs uaticinabantur, deos ſuos propitios offerentibus futuros ſpondebant, multa malitia, multa mentientes: quales in primis fuere ſacerdotes olim deæ Syriæ, de quibus Apul. lib. 8. meminit, ac ſub perſona aſini ſui, oppido quàm ſcienter eorũ technas, machinas atq; fraudes enarrat, ita ſcribẽs: Sed ubi tandem fatigati, uel certè ſuo laniatu ſatiati pauſam carnificinæ dedere, ſtipes æreas, imò uerò & argenteas multis certatim offerentibus, ſinu recepere patulo, necnon & uini cadum, lactem & caſeos, et farris & ſiliginis ac legumminum aliquid, & nonnullis ordeum de ægerulo donantibus, auidis animis corradentes omnia, & in ſacculos huic quæſtui de induſtria præparatos farcientes, dorſo meo congerũt, ut duplici ſcilicet ſarcinæ pondere grauatus, & horreum ſimul & templum incederem. Ad iſtum modum palantes omnem illam deprædabantur regionẽ. Apuleius hactenus. De dea autem Syria, ut hoc perappoſitè oſtendamus, Lucianus libellum ſcripſit, in quo tradit ſe uidiſſe in Syria ſtatuam in templo deæ multiformem, quæ quidẽ eſſet Iuno, haberet tamen aliquid Palladis, & Veneris, & Lunæ, & Rheæ, & Dianæ, & Nemeſeos, & Parcarum, quæ altera manu tenebat ſceptrum, altera fuſum, in capite radios ferebat, & ignẽ, & cæſton, & denicq; demõſtrat deam Syriã eſſe numẽ unum, quod uarijs nominibus uocaretur, cuius ſacerdotes crotala pulſabãt, cui Galli ſacrificãtes, ſecabãt brachia, multi tympana percutiebant, alij diuina cantica cõcinebant. Itẽ in ſacris deæ quibuſdã iuncturas manuum & ceruices ſtigmatibus notabãt, inde Aſſyrij omnes
©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

omnes notati uiſuntur. Durat adhuc ſuperſtitioſa fraus in gente: nam nunc non ſacerdotes, ſed magnus uilißimæ plebis ſexus utriuſq; numerus in omnes orbis etiam Chriſtiani partes diffuſus, uoti, ut aiunt, cauſa, ſine fine peregrinatur, uictum oſtiatim quæritando. Mulieres chiromantiam profitentur, hoc eſt, per linearum manuũ inſpectionem diuinant, interim egregiè doctæ ad ſubtrahendam furtim è marſupio eorum, quibus futura prædicunt, pecuniam, niſi bene cauerint. Nuſquam ultra tertiũ diem immorãtur, ſub diuo prope ciuitates & oppida tabernacula collocãt, ſunt omnes ſtigmatibus notati. Ex quo ſatis conſtat, hos eſſe Aſſyrios, qui fraudibus & dolis exercitati, ritu ſacerdotũ deæ Syriæ, eo mendicabulo uiuũt. Iſtos Itali Cilices uocãt, quòd ex Cilicia, quæ, teſte Plinio, Syriæ proxima eſt, proficiſcantur: alij uerò extra Italiam, Aegyptios nuncupãt. Ab ijs igitur Syriæ deæ ſacerdotibus, uſq; ad nos huiuſce fraudis labes peruaſit. Porrò hodie uiget omnis generis fraudulentorũ hominum ſecta, qui ſimul induſtriæ, ſimul laboris fugientes, quò plus ſanctitatis præ ſe ferũt, hòc intrinſecus diſſolutiores, ipſos deæ ſacerdotes nauiter æmulantur, quippe qui per inſidioſam pietatẽ, tanquam diuorũ omnium miniſtratores, dolis apprimè inſtructi, hic pro tẽpli ædificatione, alter pro ueſtimẽtis coẽmendis, alius pro alendis pauperibus, alius pro redẽptione captiuorũ, nonnulli pro educandis expoſititijs, circumeuntes caſtella, pagos, uillas, ab hoc credulo ruſtico blandulè poſcunt, & cupidißimè accipiunt ouem, lanã, agnum, hœdum, ab illo gallinã & oua, ab alio porcellum, uel pernas, ab alio caſeum & linum, ab alio ſuperſtitioſè attonito tritici ſeſtariũ, aut cadum uini, uel olei lechytum. Ad hæc aut ſanctorum reliquias, uel apoſtolicas tabellas, ſeu quorundã antiſtitum chi

G ro

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rographa uetustate aßiduoq; usu paßim obliterata è pyxi de depromunt, illaq; magna cum ueneratione, offerentibus osculanda porrigunt, promittẽtes pro datis munusculis, uitam cunctis cœlestem. Sic eiusmodi rusticanis donis onusti prædam uendũt, in argenti laminam cõflant, atq; mox domum redeunt gaudentes, quòd simplicia rusticæ plebis corda, ac pias mulierclarũ mentes illuserint, ludificarint, fefellerint gnauiter: nam ad ciuitates quibus non facilè est imponere, nõ perinde adeunt. Propterea Cato salubriter admonet, ne uillicus ariolum consulat, ne aruspices, sagasq; admittat, quoniã hæc hominum genera uana superstitione rudes animos ad impẽsas, ac deinceps ad flagitia facilè cõpellunt. Sed ad rem redeamus. At ubi domũ perueniunt, à suis magno plausu accipiũtur, perinde ut si terræ marisq; superatis fortiter periculis, spolia ampla atq; bono modo parta reportarẽt: Ac ueteratores isti ex omni hominũ colluuie cõgregati, per hunc modum, totum christianum orbem, tã impunè, quàm impudenter populantur: inter quos sunt Antoniani, ante pectus T literã pictam habentes, qui diui Antonij nomine, eo mẽdicabulo utuntur, suoq; tẽpore porcos recipiunt, qui uicatim ipsi diuo Antonio nutriuntur, quòd id animal cũ bene multis alijs in eius tutela sit. Atq; ita dij nostri per hominũ fraudes, etiã nunc edũt, bibunt, amiciuntur. Sed arte & astutia insigniores sunt illi, quos Itali Cæretanos, à Cæreto Vmbriæ oppido appellant, qui huic tam maleficæ rei studio dũtaxat addicti, pro honesta arte habent summa cum proteruitate mendicare. Itaq; quotãnis circa æstatem extremã, ingens turba, fallacijs tantũ more patrio armata, facto agmine, Cæreto mouet, secq; in omnes Italiæ partes effundit, pecuniã undecũq; corrasura. Vnde fit, ut quicunq; apud ipsos Italos, tales fa

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

faciunt turpes quæstus, Cæretani nũcupentur: in quorũ numero non equidem immeritò monachi nõnulli haberi possunt, qui longè petulantius quàm deceat, eleemosynam sæpe petunt, imò flagitant, id quod bene multi mendicantes pauperes, quasi ex præscripto faciunt. Atque ita una uel altera de causa, Cæretana secta per omnes gẽtes peruasit.

De primordio Mahometanæ sectæ, atque eius legibus & institutis. CAP. VIII.

COmmodissimè hic subijciemus illius pestilentis mahometanæ sectæ initium & dogmata, quæ cùm libidinũ nefanda fœditate, tum multijugibus præterea flagitijs nihil omnino dissonãt à deæ Syriæ sacerdotum moribus atq; uitæ turpitudinibus, quæ omnia proximo capite non parũ satis prodidimus. Fuit maleficæ religionis, imò impietatis autor Mahometus nobili genere natus, homo Arabs seu Persa, utrunq; enim proditur, Patre malorum dæmonum cultore, matre Ismaëlita, & ob id hebraicæ legis nõ ignara. Quæres fecit, ut dum uterq; suam legem doceret, puer fuerit multò peritior effectus, qui deinde mortuis parentibus, fortè captus emitur à quodam prædiuite uiro nomine Abdemonaple, homine Ismaëlita, qui iuuenem sibi gratum ob formam, & ingenium, mercaturis faciendis, ac negocijs procurandis præfecit. Frequentabat id temporis domum Abdemonaplis Sergius monachus Nestorianæ hæreseos uir, qui cùm nullo esset apud suos numero, præsentem uitæ statum stomachatus, Byzantio in Arabiam fugerat, Mahometumq; ualde diligebat. Interim sine liberis mortuo hero, iuuenis uiduam in matrimonium duxit, per quam grandem pecuniam consecutus, animum ad maiora extulit. Hæc de Mahometi adolescentia, & bonæ indolis initio, traduntur à compluribus. Quidam Græcorum eum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Ismaëlitam tantum memorāt, sordidoq; loco natum, puerilibus annis furaci quæstu sibi uictum quæsisse, ac locandis conducendisq; camelis, ad deportandas huc atq; illuc merces, inde uerò adultum latrocinia fecisse, comparataq; latronum ingenti manu, uno atque altero facinore illustratum, iamq; Persicis rebus infestum, ut qui in Heraclij partibus esset, pugnasse in eo prælio, quo res Cosdræ concederunt, ac inibi uulnere affectū. Verùm postea maiore Arabum exercitu instructus, ausus est Romani imperij turbare fines, cuius tamen motus Heraclius citò compescuit. Is itaq; homo callidus atque uafer ingenio, magicisq; artibus pollens, ut etiam specie religionis, quæ hominum mentes repētè occupat, apud suos barbaros suapte natura leuitate imbutos, plus sibi fauoris & potentiæ cōciliet, se Dei prophetam nominat, ac, uti uulgus id facilius credat, interdum solebat tanquam mentis errore actus in terram corruere subitò, perinde quasi comitiali tentatus morbo: quod cùm uxor miraretur, Desine, inquit, chara coniunx mirari, sic enim deus mihi futura suggerit, eius spiritu corripiēte me. Hac ille quoque armatus fraude, & inter Christianæ pietatis uiros diutissimè uersatus, rem perniciosam humano generi ex duabus est legibus cōmentatus: siquidem anno salutis. DCXX. & Heraclij principis. XII. nouā sectam conditurus in Arabia concionari cœpit, prædicans esse se Dei prophetam primarium, & Hebræos dicebat impiè facere, qui Christum natū ex uirgine inficiarētur, quando id prophetæ, uiri præcipua sanctitate, diuino afflati spiritu futurum cecinerant, expectandumq; multò antè prædixerant. Contrà Christianos stultè credere Iesum prophetam summum ex Dei spiritu genitum, ac omnis terrenæ labis expertem, uoluisse opprobria & cruciatū à Iudæis perpeti, cùm
©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

cùm præsertim eius gloriosum corpus minimè pati potuerit: ac proinde deridebat, qui eius sepulchrũ religione seruandum censerẽt. Sic iam per uarios successus rerum, atq; conciones, non contemptissimus effectus, eò euasit, ut iura & leges suæ genti dederit, in quibus ferendis à Sergio monacho est præcipuè adiutus. Et ne legi tam pestilenti ab hominibus sanæ mentis quandoq; iretur obuiam, capitalẽ inscripsit pœnam, si quis de ea ausus esset disputare: ac consilio Sergij usus, ut lex popularior esset, ex omnium gentium sectis, quas rectè nouerat, aliquid assumpsit. Cum Iudæis enim circunsionẽ, & abstinentiã porcinæ carnis præcepit, quanquam de circũcisione ambigitur, quòd ipse Mahometus neq; circuncisus est, nec in eius lege de ea re ulla fit mentio. quare Saraceni, quia nõ antè circuncidũt filios, quàm XIII. habuerint annos, in hoc uidẽtur imitari Abraham, qui Ismaëlem id ætatis filium, à quo illi originẽ ducunt, circũciderat. Item usu uini interdixit, ieiunium q; per mensem Octobrem continuũ seruatum uoluit, & tantum noctibus uesci, quò diurnã abstinentiam nocturna satietate resarcirent. nã tum per legem licet bibere uinũ, quò facilè ebrij facti sese simul stupris turpificant. Cum Christianis, Christum summum prophetã censuit, nunc spiritum, nunc uerbũ, & Dei animam prædicans: uirginẽ Mariam ad cœlum extulit laudibus, miraculis credidit, estq; euãgelicæ historiæ nõ aduersatus, quatenus à suo nõ discreparet Alcorano, sic dogmatũ suorum libellũ appellauit: & Hebræis ac Christianæ multitudini per hæc blanditus, simulauit se uelle à Sergio baptizari. Cum neutris uerò, diem Veneris festum instituit, sabbatum Iudæorum, & nostrũ diem dominicum aspernatus: ac id fecisse fertur in honorẽ deæ Veneris, quòd ad punctum eius stellæ rex factus fuisset. Inde

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ad aliorum studia concilianda, cum Sabellianis negauit trinitatem, quam uocamus: cum Manichæis, binarium in diuinis numerum posuit: cum Macedonio, spiritũ sanctum esse creaturam dixit: cum Nicolaianis, multitudinem uxorum probauit, quarum ne essent zelotypi, iussit ut nulla fœmina nisi operta facie, foras prodiret: & deniq; ueneris ac omnium uoluptatum habenas suæ genti remisit, arbitratus hæc corporis oblectamenta futuræ felicitati minimè officere. Fas enim est Saracenis quatuor simul habere uxores, & cũ illis facere diuortiũ bis terq;, ac earũ loco alias ducere, uel priores recipere: emptitias uerò & captiuas tot habere, quot libuerit, easq; ipsas uẽdere, excepto quòd, si qua grauida à domino facta fuerit, illam non amplius seruitute obligari, & ne cognatio deficiat, etiã cõsanguineas quàm proximas ducere uxores. Item Dei propheta nouus, nouum orandi purgandiq; modũ suis statuit, qui eiusmodi est. Et enim quinquies in die orant breuiter, profitentes unũ esse Deum, qui nullum sibi similem, aut æqualẽ habeat, & Mahometum eius summum esse prophetã. Sed antequam precatum eant, omnes corporis partes aqua perquã pura, uel terra, si aqua absit, abluunt: quo facto, in meridiem uersi terq; inclinati terram deosculantur: atq; ita purgati arbitrantur eo modo se cũcta peccata abstersisse, cùm citius animum deberent purgare, unde ueræ manãt preces. At in fœrẽsibus causis plurimũ Mosis decreta secutus est, qui talionem quoq; admisit. Postremò ut præmiũ suis proponeret fœda religione dignum, promisit fore, ut qui eius mandata seruarent, post mortẽ collocarentur in paradiso loco amœnissimo, ubi arborum umbra tecti, neque calore neque frigore uexarẽtur, & preciosis uestibus induti inter puellarum choros, delicatissimis uescerentur cibis, quos angeli

ipsi

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ipsius Dei abundè subministrarent. Atque ita propheta de corporum immortalitate tantum egit, ut qui crediderat animos non manere post corpora. Nanq; talis beatæ uitæ status minimè omnino ad extremam corporum nostrorum resurrectionem trahi potest, quandò id temporis, teste Christo apud Matthæũ cap. 22. erimus sicut angeli Dei in cœlo, ac tantum aberit, ut nobis cibo ullo sit opus. Templa habent, in quibus præter precationem, nulla fiunt sacra, nullos item sacerdotes, ac nullam fermè habent religionem: nam quanquã unum credunt esse Deum, tamen nulla eum pietate colunt, excepta eleemosyna, qua inopes iuuãt. Speciem itidem humanitatis aduersus aliarum sectarum homines præ se ferunt, quos apud se esse sinunt, si magistratibus suis obediant, & in singulos annos tributũ pendant, tametsi eos continenter detrimentis atque contumelijs afficiunt. Et ille talis fuit in danda malefica lege, quæ in gẽtes serpsit innumeras, ab eisq; ueram dei religionem mira uirtute antea receptam sustulit, ac in locum illius malorũ dæmonum induxit cultum, periculumq; est, ne nobis quoq; eripiat: nam tota Asia & Africa, cum magna Europæ parte, in Mahometanorum ditionem uenit. Quod sanè incendium nil æquè fouet atque auget, ut perpetuæ nostrorum principum discordiæ. Hac igitur pestilente superstitione armatus Mahometus, sic Saracenorũ animos sibi conciliauit, ut eos demũ ad rebellandum cõtra Persas excitauerit, à quibus rex consalutatus, noui regni in gente fundamentum iecit. Obijt mortem inimicus ille ueritatis annos natus quadraginta, seu ut quidam uolunt, quatuor & triginta, qui tandem moriens prædixit se iturum in cœlum: quod Saraceni diu expectantes, cadauer iam fœtidum ferrea condiderunt arca, illamq; Mecham (est Persidis urbs)

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

deportarũt, quam totus Oriẽs colit. Mahometo Calyphas succeßit, cui ob nimiam superstitionem imperium est abrogatum, in eiusq; locum alter eodẽ nomine rex creatur. Tertio deinde loco Homar sufficitur, qui post Persas superatos, Hierosolyma omnemq; Syriã cepit, anno salutis circiter DCLXXX. pontifice Agathone, & Constantino IIII. Imperatore. Cæterùm bona istarum rerum gestarum pars Mahometo aßignatur. Sanè fuit Heraclius Imperator oraculo admonitus ut à circuncisis caueret, quare ille toto suo imperio, Iudæos suppliciorum metu ad religionẽ christianã recipiendam cõpulit. Hãc ob rem Saraceni & Arabes duce Mahometo arma sumentes, ita Heraclij duces superarunt, ut parum abfuerit, quin omnino Imperij nomen delerent, capta Alexãdria, multisq; alijs Syriæ & Ciliciæ urbibus, Arabes ea uictoria elati, Mahometi impulsu, Persas bello petierunt, ac uicerunt, qui tum demum coacti accepere legẽ Mahometanã. Saraceni iam inde pro Persis appellati sunt, qui se à Sara, quæ Habrahæ uxor fuit, ortos prædicabant. Quam Mahometus ansam amplexus eos sibi facilè cõciliauit, dictitans solos omnium mortalium illos diuinæ repromißionis esse successores. Sic post deuictos Persas, barbari maioribus uiribus Antiochiam adorti, nobilißimam urbẽ breui ceperunt, nec ita multò pòst sunt & Hierosolymis potiti. Post uictoriã Mahometus non multũ superstes fuit, inuector pestis teterrimæ, quæ cũ suo autore extingui non potuit. Vide, quàm sit uita mortaliũ pronior semper in lapsum, quàm in bono cõstantior: nempe uineam domini, quam Christus Seruator suis miraculis plantauerat, quam apostoli suis manibus coluerant, quam martyres suo sanguine fœcundiorem fecerant, quam põtifices sanctißimi suis bonis artibus quotãnis putauerãt, & cuius

deni

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

deniq; nectar dulcißimum ac ſalutare Aſia ipſa cum Africa, amplius ſexcentis annis imbiberat, una feralis faciula, quam Mahometus pſeudopropheta ſex tantũ annos illis in locis circũtulerat, radicitus incredibiliter abſumpſit. Verè barbara progenies neſcit habere modũ: ſolæ enim belluinæ uoluptates, quas ille nequam cõceſſerat, haſce gentes à ueræ pietatis officio auocarũt, ac in maleficio pertinaciter continent. Sic malum uenenum à malo homine datum, tot miſeri mortales ad perpetuam perniciem quotidie perbibunt, illud poſtremò in Stygiam euomituri paludem. Heu quàm tunc infelices, ſed ſerò, ſtultitiæ pœnitebit?

LIBRI SEPTIMI FINIS.

POLYDORI VERGILII VRBINATIS DE INVENTORIBVS RERVM

LIBER VIII.

Vnde natum, ut patres ſanxerint diuorum reliquiis honorem habendum eſſe, ac qui primi ſtationes, & iubileum Romæ inſtituerint, & de primo ueniarum, quas indulgentias dicunt, uſu. CAP. I.

OMNES ſacræ militiæ ordines ſuperiore libro conſcripſi: in hoc ultimo, duces, facta prælia, partosq; triumphos exponemus, ut lectori ſit lõgæ lectionis præmium, no ſcere præmium, quo Chriſtianæ reipubl. milites affecti fuerint. Poſt itaq; Petri ac Pauli apoſtolorum martyrium, quod plures mortales ad id genus mortis ſubeundum inuitauit, quàm deterruit, multi quotidie ſexus utriuſque, cùm alibi, tum Romæ, alij alio cruciatu pro re

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Christiana tuenda consumpti, cœli regnũ adipiscebantur; sed ante omnes, põtifices Romani qui contra tyrannorum sæuitiam audentius ibant, martyrio paßim coronabantur, ita ut illi qui post Petrum eam sedem usq; ad Sylucstrũ primum tenuerant, qui duo & triginta numero fuere, omnes supplicio mactati sint, præter septem, quibus calamitatum cõcursu preßis uitæ breuitas faciliorem dedit exitum. Istorum sacro martyrũ cruore maduit in primis Romana tellus, refertaq; est diuorum reliquijs, quæ breui pòst tempore undique à nostris conquisitæ, eò deportatæ sunt. Quæres à principio nascentis religionis cum primis Cleto atq; Anacleto pontificibus curæ fuit: hic enim, seorsum à prophana plebe, loca ubi martyres sepelirentur, aßignauit: ille uerò notauit crimine sacrilegij, si quis impediſſet, quò minus apostolorum sepulchra inuiserentur. Ac porrò istue maximè religioni cõsentaneum uisum est, quod apud Mat thæ. cap. 9. sic legitur: Ecce mulier quæ sanguinis profluuio laborauerat duodecim annos, accedens à tergo tetigit fimbriam uestimenti IESV, & salua facta est. Et alibi cap. 14. in terra Genezareth: Et cùm agnouissent Iesum uiri illius loci, emiserunt nuntios in totam undiq; finitimam regionem illam, & obtulerunt illi omnes malè habentes, & obsecrabant eum, ut tantum tangerent fimbriam uestimenti ipsius, & quotquot tetigissent, salui facti sunt. Item in Actis apostolorum cap. 5. Magis autem accrescebat credentium Domino multitudo uirorum ac mulierum, ita ut in plateas exportarent infirmos, & ponerẽt in lectulis ac grabatis, ut uenientis Petri uel umbra obumbraret aliquem illorum. Conueniebat autem multitudo uicinarum ciuitatum Hierosolyma afferens ægros, ac uexatos à spiritibus immundis, qui sanabantur omnes. Rursus cap. 19.

Virtu

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Virtutesq; non uulgares edebat Deus per manus Pauli, ita ut etiam super infirmos deferrentur à corpore eius sudaria & semicincta, & recederent ab eis morbi, & spiritus mali egrederẽtur, &c. Quæ cùm ita sint, & Deus possit, cùm lubet, omni tempore per eiusmodi quoque modum miracula edere, non utique alienum fuit à pietate & fide, tales reliquias seruare uenerando. Atque hinc initium esse factum habendi honoris sanctorum reliquijs satis constare potest. Extitit tamẽ postea Vigilantius natione Gallus, uel potius Dormientius, uti Hieronymus appellat, qui negabat Apostolorum ac martyrum reliquias esse colendas, quòd eorum animæ essent uel in sinu Abrahæ, uel in loco refrigerationis, uel sub aram Dei, unde pro suo iure non possent de suis tumulis, & ubi uoluerint, adesse præsentes: sic, prout ait idem Hieron. qui insaniam hominis facilè conuincit, uincula inijciebat Apostolis & martyribus, ut usq; ad diem iudicij tenerentur custodia, ne essent cum domino suo, de quibus scriptum est: Sequũtur agnum, quocunque ierit. Sed non uicit malè uigilantis sententia: nos uerò honoramus reliquias martyrum, ut eum cuius sunt martyres colamus: honoramus seruos, illius Domini nomine qui ait, Qui uos suscipit, me suscipit. Sunt igitur meritò & templa illis diuis in urbe, aut ijs in locis ubi mortem oppetendo sanguinem effudissent, aut ubi contigisset illorum ossa humari, posita. Sic Calistus primus Romanus Pontif. ædem in transtyberina regione ædificauit, dicauitq; Mariæ uirgini: sic postea Constantinus Imper. Petro & Paulo, ac diuo Laurentio templa extruxit: sic pontifices qui secuti sunt, alij alias ædes cõdidere sacras. Quibus pietatis operibus factum est, ut Christiani uiri ac fœminæ usque ab extremis quoque orbis partibus paulatim

Rom

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Romam peregrè sua sponte cõfluxerint, sacra loca adeundi, diuorumq; sepulchra uisendi causa. Adauxit hanc populorum pietatẽ diuus in primis Gregorius: is enim cùm Romæ id temporis quo sederet, quadam letifera laboraretur peste, primùm litanias, ut alibi explicauimus, decreuit: deinde certos constituit dies, quibus in præcipuis urbis tẽplis solẽni ritu sacrificaretur, ibiq; pro illo sedando malo, oraretur suppliciter: ac ut populus generatim simul frequentior eò illis statis diebus cõcurreret, proposuit delictorum ueniam ad id solenne accedentibus, constitutis ad ipsa templa sacerdotibus, qui audirent uolẽtes de peccatis suis confiteri, ut illi inde remißionem omnium delictorum consequerentur. Quæ sanè consuetudo uel hodie seruatur, ubicunq; publica peccatorum uenia promittitur. Et quia sacerdos potestatem habet tam culpam quàm pœnam tollendi, hinc factum uidetur, ut talis uenia delictorum uulgò appelletur indulgentia, id est, remißio culpæ & pœnæ. Ad rem redeo. Quamobrẽ deinceps cuncti obseruantius ad ea tẽpla adeuntes, adeò sanctè precati sunt, ut meruerint eo morbi genere liberari. Durauit inde perpetuò illud institutum, ita ut hodie nihil Romæ sit sanctius: conueniunt undique adhuc multi mortales in urbem, qui ubi eò peruenerint, nihil prius habent, quàm ipsa sacra inuisere loca, in quibus stationes celebrentur. Appellauit Grego. ea solẽnia sacra non indecenti uocabulo stationes, quasi statas, id est, certis anni diebus ac statutis celebres: nam sic statæ cærimoniæ, ut Festo Pompeio placet, dicebãtur sacrificia, quæ certis quibusdam diebus & statutis celebrabantur, quæ non mutarentur, sed stabilia & firma starent. Vnde Cato: Sacra stata, & solennia sancta seruasti. Alij stationes dictas uolunt ex militari exemplo, quòd perinde hæc sacra, siue

hæ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

hæ ædes ſacræ in quibus illa fiunt, ſtatutis diebus cuſtodiantur, frequentẽturq;, ac ſoleant loca ad cuſtodiam aſſignata militibus, quando ſtant uigilantes. Sed mihi prior ſentẽtia probatur. Bonifacius deinde octauus ad hæc ſacra loca uiſenda piorum maximè incitauit ſtudiũ, qui primus omnium iubileum retulit, anno qui fuit M C C C. ſalutis humanæ, quo pœnarum remiſſionem ijs præſtabat, qui limina apoſtolorum uiſitaſſent, ad exemplum ueteris legis. Diuerſa tamen quædam uidetur fuiſſe ratio Iudæis anni huius celebrandi, atque ſit ab initio à noſtris ſeruata, quòd illi quinquageſimo, & non ut noſtri centeſimo quoq; anno, id ſolenne repeterent, quodq; eo tempore apud illos ſoluerẽtur nexi, ſeruiq; in libertatem uindicarentur, & illis demum corporum aſſertio curæ eſſet, at noſtris animorum, quod multò optabilius eſt, ueriorq; libertas cenſeri poteſt: enimuero uerè liberi ſunt, quibus peccata remittuntur. Idem autem pontifex iubileum centeſimo quoq; anno ſeruari mandauit: quod feciſſe uidetur, ut populum cum primis Romanum ab inani ſecularium ludorum celebratione, ad uerum ſolẽne ſacrum reduceret. Fuerunt ludi ſeculares, ut Feſtus atteſtatur, in honorẽ Apollinis & Dianæ inſtituti centeſimo quoq; anno, clamante præcone, Venite ad ludos, quos nemo mortaliũ uidit, neq; uiſurus eſt: nam ſeculum centum continet annos, unde ipſi ludi ſeculares nominati ſunt, de quorum origine ſuprà lib. 4. diximus. Capitolinus in Gordiano, ait hos à Valerio Publicola ob exactos reges centenis quibuſque annis ab urbe condita inſtitutos: celebrauit eos Philippus Imperator anno urbis milleſimo. Sed unde digreſſi ſumus, reuertamur. Cæterùm tanta uis mortaliũ ea de cauſa tum Romã confluxit, ut uix cõmeandi per urbem amplam quidem ac uaſtam, eſſet facultas. Quinquageſimo

pòſt

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

pòst instante anno, Clemens sextus sanxit iubileum celebrari quinquagesimo quoque anno, cùm ætas hominis uix iubileum illum centum annorum attingere posset, qui uerus fuit iubileus. Postremò Sixtus quartus, iubileum ad uigesimumquintum quẽq; annum reduxit, primusq; celebrauit. qui fuit annus MCCCCLXXV. *salutis. Id fecit, ut quæque ætas eius muneris diuini particeps fieret. Ac ita ueniarum, quas indulgentias uocant, iam tum usus celebris esse cœpit: quæ qua de causa, quáue ex autoritate introductæ fuerint, aut quantum ualere uideantur, nostri recentiores theologi de ea re egregiè laborant. Ego uerò originem, quod mei est muneris, quæritans, non reperio antè fuisse, quod sciam, quàm diuus Gregor. ad suas stationes id præmij proposuerit. Quapropter in re parum perspicua, utar testimonio Ioannis Roffensis episcopi, qui in eo opere, quod nuper in Lutherũ scripsit, sic de eiusmodi ueniarum initio prodit: Multos fortasse mouet indulgentijs istis non usqueadeo fidere, quòd earum usus in ecclesia uideatur recentior, & admodum serò apud Christianos repertus: quibus ego respondeo, non certò constare, à quo primùm tradi cœperint: fuit tamen nonnullus earum usus, ut aiunt, apud Romanos uetustissimus, quod ex stationibus intelligi potest. Et subijcit: Nemo certè dubitat orthodoxus, an purgatorium sit, de quo tamen apud priscos nulla uel quamrarissima fiebat mentio, sed & Græcis ad hunc usque diem, non est creditum esse: quandiu enim nulla fuerat de purgatorio cura, nemo quæsiuit indulgentias: nam ex illo pendet omnis indulgentiarum existimatio. Si tollas purgatorium, quorsum indulgentijs opus erit? Cœperunt igitur indulgentiæ, postquam ad purgatorij cruciatus aliquandiu trepidatũ est. Hæc ille, quæ tu fortè, cùm tanti sint*

mom

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

momenti, ut magis certa ex ore Dei expectabas. Atq; hoc pacto post Gregorium ueniarũ seges paulatim creuit, cuius messem non exiguam permulti interdum collegerunt, & cum primis Bonifacius nonus, cuius tempore huiusmodi uenia, & quidem plena manu, non cõcedebatur modò aliquoties, uerumetiam, teste Platina, uelut quæpiam merces quotidie uel passim uendebatur, non absq; concedentis recipientisq; detrimento, quandò per hæc ut remedia animæ morborum uenalia, minus permulti à malefactis abstinebant, & clauium autoritas multò uilior erat. Nec id quidem temerè accidebat, quia, ut dicit Hieronymus, ubi merces media est, dona spiritalia uiliora fiunt. Quæ utinam nõ nisi illa uidisset ætas. Secundum hæc Alexander V. I. cuius põtificatus incidit in annũ humanæ salutis M D. Sixti secutus institutum, cœpit iubileum non modò Romæ, sed etiam in longinquis prouincijs, ac stationes ubiq; gentium propè uicatim instituere, idq; tam sui quàm populi Christiani cõmodi causa, uti aiebat, fecit, quò eum labore petendæ urbis leuaret. Quare fit, ut Roma terrarum regina etiam nunc minus adeatur. Verùm quæ fuerit iubilei anni origo apud Hebræos, iam dicamus. Moses, teste Iosepho lib. Antiquitat. III. & Origene super Numeros, statuit, ut inter dies, septimus quisque dies obseruaretur sabbatum: & inter menses, septimus quisq; mensis sabbatum esset mensium, in quo agerentur solennia sacra, quæ dicerentur sabbata sabbatorũ: item inter annos, septimus quisq; annus, et in eo si quando Cananæam Iudæi recepissent, quam tandè Dauid & Salomon reges ussecuti sunt, terra uacaret, id est, non araretur, & quæ sua sponte ferret, quinquagesimo quoq; anno tributibus essent & extraneis cõmunia. Hunc Hebræi annum iubileum dixere, qui & quinquagenarius

uoca

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

uocari poteſt, ſignificatq; libertatem. Porrò hoc Moſis decreto, *libertate donabantur ſerui, debitores à creditoribus laxabantur, prædia æſtimatis ex æquo fructibus & impēſis, restituebantur antiquis poſſeſſoribus, quæ omnia ipſe* Ioſephus *eo in libro latè perſequitur.* Reddit Euſebius ex Philone, *huiuſmodi agrorū uacationis rationem non contemnendam, ita in octauo Euange. præpar. ſcribens: Facilè de ſeptimo quoque anno dicere poſſumus: non enim ipſi ab operibus ſicut ſeptimis diebus ceſſant, ſed agros ipſos ceſſare patiuntur, ut uires ad futura ſuſcipiant: multò enim fœcundiores redduntur, ſi cùm ceſſauerint, in noualia rurſus proſcindantur: quod etiam corporibus hominum accidit, ſemper enim eundem ferre laborē, & ualetudini obeſt, & robur animi atque corporis deijcit. Et ſubdit: Magnæ autem humanitatis eorum illud præcipuè ſignum eſt, in ſeptimo anno quoq; ipſi ab agriculturæ laboribus abſtinent, et ſi quid ſponte agri protulerint, non colligunt, neque depo nunt, ſed quia nullo ſuo labore productum eſt, cōmuniter cuiq; uolenti omittitur, & reliqua. Sed iam Romanorum pontificum & humanitatis ſtudium, & rei familiaris augendæ rationem hic commodum ſubijciamus.*

De origine titulorū, quibus Romanus pōtifex utitur, ac collegiorū & ſcribarū, & quādo primùm literæ apoſtolicę cœperint obſignari plūbo, & de primo annatarū uſu. CA. II.

EST *ſacerdoti in primis nihil ferè conuenientius humanitate, nihil aptius comitate, nihil ſummiſſione decentius, dicente Seruatore:* Diſcite à me, *quia mitis ſum & humili corde.* Et *alibi:* Beati *mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.* Contrà *alienius nihil ipſa ſuperbia, qua multi ſæpe inflati, ac ſimul arrogātia doctrinā ue, aut generis claritudine elati, tum ſe ſacerdotes, tum pontifices præbere,*

tum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tum ordinis decus ritè seruare sibi persuadent, cùm præ se cunctos mortales despiciant, asserẽtes sic dignitatem quam gerunt, poscere, ac nequaquam audientes ipsum dominum tantæ insolentiæ exitum ita prædicentem: Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur. Huius Seruatoris uaticinationis præceptiq; simul diuus Gregorius bene memor, ut cunctis mansuetudinis exemplum ederet, cùm literas dictaret, sic semper incipiebat: Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei: qui & facto æquè idem præstitit: sexcentas enim à Longobardis passus est iniurias, contra quos tamen non arma mouit, aut aliunde quæsiuit, sed sola patientia & humanitate dimicauit. Hoc certè pauci illorum qui successere, sunt æmulati: illud uerò cuncti insigniter usurparunt, quamuis in ea eminentia constituti fortè essent, qui non facilè ab alijs se seruos appellari paterentur. Salutem & apostolicam benedictionem, Cletus præfationis loco posuisse primus dicitur. Quem salutandi modum pontifices qui secuti sunt, seruarunt. Christus & suum salutationis genus, Pax uobis, aut huic domui, usurpare consueuit, quemadmodum Græci peruetusto more χαῖρε, Latini Salue, uel salutem, Hebræi uerò, Pax tibi. Eam salutationem nunc episcopi ut sibi peculiarem uindicant. Præterea ab initio fuere scribæ, qui literas scriberent apostolicas, paruo uel nullo petito pretio, quandò adhuc illud Seruatoris præceptum, Gratis accepistis, gratis date, inuiolatum permanebat. At dein Ioannes XXII. ineundæ rationis studiosus, qua rem angustam domi iuuaret, collegium scribarum apostolicorum primus numero distinxit, qui literas proprio ingenio dictatas conscriberent, nonnullaq; alia munia obirent, atque in illud suos scribas pretio duntaxat adscitos uoluit. Taxa

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tiones item constituit, per quas taxatis, hoc est, estimatis sacerdotijs, quæ ipse contulisset, caperetur uectigal. Rem uerò omnem ad apostolicæ pœnitentiariæ, quam dicunt, curam pertinentem, Benedictus XII. omnium primus excogitauit, simul & taxationes literarum ordine constituit. Institutum obsignandi literas Rom. pontificis plumbo, unde ad posteros manarit, perdiu quæsiui, plumbo tam pretioso sese, credo, in uiscera terræ rursus abdente, ut ne cuiquam prædæ esset, cùm soli Romani pōtifices eo utantur. Equidem satis constat Agathonem, quo sedente magna sedi facta est honoris acceßio, ut suprà lib. 4. demonstrauimus, in cera annulo impreßisse sigilla: uerùm postea cùm Romanus pontifex multa irrogaret priuilegia, ut diplomata diuturniora forent, placuit Stephano tertio, ac deinde Hadriano primo, tabulas apostolicas plumbo obsignari. Fuit is annus salutis DCCLXXII. cùm ipse Hadrianus factus est pontifex: nam antiquius non reperitur sigillum plumbeum: quemadmodum constat ante Carolum Magnum Imperatorem, literas auro obsignasse principū Romanorum neminem. Sed ad collegia scribarum redeamus. Cùm per hunc modum res domestica augeretur, Pius deinde secundus Ioannis exemplum secutus, breuiatores creauit, in ordinemq; redegit. Hos haud ita multò pòst Paulus exautorauit, sed uelut ærario perutiles ministros Sixtus dein restituit, primusq; noua collegia solicitatorum, adstipulatorumq; instituit, sine quibus nullæ conficerentur tabulæ, quas bullas dicunt, quò per hoc à pluribus examinatæ difficilius corrumperentur: postremò nouem apostolici ærarij notarios fecit, & ijs omnibus certos prouētus constituit, quò eorum munia uendibiliora forent. Non fefellit opinio: munia enim quæ principio quingentis uenire

aure

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

aureis, nunc alia mille, alia duobus tribus'ue millibus uenduntur, adeò qui ea obeunt, suis priuatis rebus seruire sciunt. Hoc tam commodum inuentum inescauit, & Innocentium VIII. ipsius Sixti successorem, ut ille secretariorum (sic uocantur secretiores principum familiares, qui à secretis sunt) collegium instituerit, pristinum augendo numerum. Præterea Alexander Sextus nouum scriptorum breuium collegium instituit, numero octoginta, uel eo amplius. His autem scribarum collegijs ingens quoque apparitorum, imò harpyiarum, quibus, ut Poëta ait, sunt pallida semper ora fame, turba seruit, quorum nonnullos olim tondendi oues optimè gnaros, id est, notarios & tabelliones, ut pauperum sanguine uictitantes, Nicolaus III. ab se reiecisse dicitur, ne omne degluberent pecus. At Alexan. Imperator unicum integritatis specimen, multò præclarius edidit exemplum, uir etsi nostræ minus professor religionis. Is etenim nullum unquam uendidit magistratum, dictitans, Qui emit, necesse est uendat. Nec illud omiserim, literas apostolicas plumbeo signo munitas, in quibus Romanorum pontificum decreta continentur, non ineptè bullas appellari, quando βολὴ, id est, bule, Græcis dicitur & consilium, & locus in quo consultatur. Sed nos more nostro mutata e in a, bulla dicimus, ut fit à musice, musica, ac uocabulum per duplex ll perperàm scribentes, minus elegans reddimus. Cæterùm nullum inuentum maiores Romano pontifici cumulauit opes, quàm annatarum, quas uocant, usus, qui omnino multò antiquior est, quàm recentiores quidam scriptores suspicantur, & annatas, more suo, appellant primos fructus unius anni sacerdotij uacantis, aut dimidiam eorum partem. Sanè hoc uectigal iampridem cùm Romanus pontifex non habuerit tot

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

possessiones, quot nunc habet, & cum oportuerit pro dignitate, pro officio, multos magnosq; facere sumptus, paulatim impositum fuit sacerdotijs uacantibus, quæ ille conferret. De qua quidem re, ut graui, sæpe reclamatum fuisse testatur Henricus Hostiensis, qui cum Alexandro quarto pōtifice uixit, sic, ut Franciscus Zabarellus tradat posthac in concilio Viennensi, quod Clemens quintus indixit, qui factus est pontifex anno salutis humanæ MCCCV. agitatum fuisse, ut eo deposito annatarum onere, uigesima pars uectigalium sacerdotalium penderetur quotannis Romano pontifici, & id quidem frustra. Quare pontifex annatas in sua nassa retinuit, ut ne indidem exire possent. Atq; hæc omnia in commentarijs in caput, Inter cætera, de officio ordinarij, scripta leges. Atqui satis cōstat rationem fructuum omnium maiorum sacerdotiorum putatam fuisse, & summam deductam, quæ cùm uacarent, pōtifici deberetur, quæ etiā nunc impartitur ab ijs, quibus ea dantur sacerdotia, id quod postremò Bonifacius nonus seu Ioannes XXII. primo, siue rursus, quemadmodum suprà demonstrauimus, fecerat, quibus idcirco fuerunt qui annatarum inuentū assignarint. At onus illud annatarum ab initio omnes generatim populi subire minus recusarunt, extra Anglos, qui suis minoribus sacerdotijs, quando ea pontifex dabat, id seruitutis imponendum non censuerunt. Nam Roma. pontifex minorum quoq; sacerdotiorum aliarum gentium quæ ipse confert, dimidiam capit uectigalium unius anni partem, si pluris uigintiquatuor aureis æstimentur. Et hoc annatarum genus uel alijs de causis exigitur etiam ab Anglis, cùm alia alijs sacerdotia copulantur, ut ea fiat priuati cōmodi copulatio, quæ cōmunis utilitatis disiunctio est, cùm conceditur, ut quis retinere queat cum episcopatu cœnobio'ue,
©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

bio'ue, minora ſacerdotia, quum ſit poteſtas cuipiam retinendi ſacerdotium, quod per leges minimè licuiſſet principio capere: & cùm ſexcenta alia peraguntur ex Romani pontificis autoritate, quæ ſi gratuitò, perinde ac Chriſtus fieri iuſſerat, ſi quibus oportet, & quando oportet, concederentur, ſi in annatis ſaltem exigendis modus eſſet, cùm graue ſit illis, quibus ſacerdotia deferuntur, prius annatas & in numerato ſoluere, quàm uectigaliũ quicquam ex ipſis capiant ſacerdotijs, unde grande faciant æs alienum neceſſe eſt, damno etiam futurum amicis, à quibus mutuam accipiunt pecuniam, ſi quid antè humanitus accidat, quàm eam reddant, nõ hinc profectò ſceleſtes homines cauſam arriperẽt ad corruptelam religionis, quæ fixit Deus, ut illis correctis, incorrupta permaneat.

De Simoniacorum ſectæ ortu. CAP. III.

CVm Philippus, qui, teſte Euſebio ex ſeptem diaconis ab initio conſtitutis, fuit unus, Samaritanos ad Chriſtianam religionem traxiſſet, tum uir quidam nomine Simon, qui antea magicam exercens artem, eam gentem ſeduxerat, tandem credidit, & ut Lucas prodit, baptizatus eſt. Nec ita multò pòſt uenerunt eò apoſtoli Petrus & Ioannes, ut per manus impoſitionem, eos qui nuper in Chriſtianorum cõllegium ueniſſent, munirent ſpiritu ſancto. Cùm uidiſſet autem Simon per impoſitionem manuum Apoſtolorum, dari ſpiritum ſanctum, pecunia id demum à Petro impetrare conatus eſt, cùm fide & pietate debuiſſet: cui Petrus dixit: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam donum Dei exiſtimaſti per pecuniam comparari, non eſt tibi pars neque ſors in ratione hac, cor enim tuum non eſt rectum coram Deo, & cætera. Verùm Simon repulſus, iam inde fuit Petro infeſtus, Romamq; ex

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Samaria profectus, cœpit sub Claudio magicis artibus illustrari: deinde Nerone imperante, multò celebrior factus, inter duos pontes titulum meruit Latinis literis inscriptum, Simoni Deo sancto. Tanta illius diuinitatis erat opinio, cùm apud multitudinem, tum apud ipsum Neronem stultissimum principem, cui stultis artibus insinuatus pollicebatur, prout Egesippus libro III. ait, perpetuum victoriæ cursum, longioráq; uitæ spacia. Postremò hominis temeritas usque eò progressa est, ut Petrum sit in miraculorum certamen prouocare ausus, qui cadauer demortui pueri, & Neronis propinqui, magicis conatus artibus suscitare, mouit omnino aliquid, sed mox illud ut antea exanimè iacuit, quod Petrus Christi nomine, ut ui sua surgeret, effecit. Quo miraculi euentu magus irritatus, professus est se Romano spectante populo, ex Capitolio in Auentinum præpete uolatu euasurum, si Petrus sequeretur, ut id factum facilè declararet, uter Deo esset charior. Iam Simon à terra sublimis uehebatur, cùm Petrus supplex est Deum precatus, ne populum in peius omnia uertentem magicis capi præstigijs sineret. Nec preces frustra missæ: medio enim magus conatu ad terram ruens, fracto crure, solo affigitur, ac breui pòst ex eo casu est Ariciæ extinctus, quò post acceptam plagam fuerat à suis delatus. autor est idem Egesippus. Sic malum ingenium malè perijt, quod non unius hæreseos origo fuit & caput. Hinc Simoniaci hæretici dicti, qui spiritus sancti dona uenalia habuerunt, quiq; affirmabant humanæ naturæ uim non à Deo esse, sed ex superna quadam uirtute prouenire. Ita uitio nomen inditum, quod Christus prohibuit, aiens: Gratis accepistis, gratis date. Item Petrus uetuit, cùm Simon dixit, Pecunia tua tecum sit in perditionem:

id quod

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

id quod libro Regum IIII. *legimus Giezi Helisæi puero contigisse, qui cùm furtim munera à Naaman Syro, quem propheta à lepra sanarat, accepisset, illicò est ore & toto corpore eadem affectus lepra. Quot quæso quotidie ægroti fierent, si quoties simoniam committerent, Gieziana corriperentur elephantia? Non infertur pœna corpori, nec purgatio peccati per corporis supplicium constat, sed per ignominiam, quandò quisquis res sacras, quæ dona Dei sunt, quoniam, ut diuus Vrbanus ait, à Deo hominibus, & ab hominibus Deo donantur, nundinatus fuerit, emerit, aut in his pactis proxenetam se præbuerit, priuatur sacerdotio, dignitate, ac præfectura deijcitur, infamis habetur, multisq; alijs afficitur probris, quæ libro Decret. episto. v. latè recensentur. Tanti criminis sola est auaritia parens.*

Quando primum hæreses atque schismata orta, ac in his Lutherana secta, & quæ eorum autoribus pœna sit constituta. CAP. IIII.

NVlla *unquam respublica, nullus populus ita concors fuit, quin ciues una uel altera de causa, in diuersa interdum abiuerint studia: quod omnibus, præsertim historias non ignorantibus, notius est, quàm ut exponi debeat. Hinc igitur factiones ortæ, quæ in uarias ierunt sectas, quas Græci hæreses ab eligendo uocant, quòd quisque eligat, quæ sequatur uitæ instituta, ut fuerunt philosophorum sectæ. Sic Iudæorum populus, quamuis eandem amplecteretur legem, in uarias diuisus fuit sectas, hoc est, hæreses, Pharisæos, Essenos, Sadducæos, Samaritanos, Nazarænos, Herodianos. Paulus ipse apostolus pharisaicæ fuerat hæreseos. Sic populus quoq; Christianus, ut suprà enarrauimus, in plures diuiditur sectas. Cæterùm cùm nos Dei*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

apostolos habeamus religionis autores, qui nihil quicquã suo arbitratu, quod introducerẽt, elegerũt, optauerunt ue, sed acceptam à Christo disciplinam fideliter gentibus tradiderunt: hinc factum, ut nobis nihil pro nostro iure elige re uel introducere licuerit, & uocabulum hæresis impium inhonestumq; haberi cœperit. Ab hoc theologi nostri hæreticum uocant eum Christianum, qui sectam aliquam uel instituit, uel sequitur, aduersus fundamenta religionis. Huius nefariæ impietatis, hoc est, omnis hæresis caput & principium, teste Tertul. libro de hæresibus, Simon magus fuisse fertur, qui accepto simulatè baptismate, primus omnium Christianam religionem modis omnibus labefactare conatus est, à quo eius sequaces Simoniaci dicti, ut proximè docuimus, gratiam sancti spiritus uenundari uolebant, & naturam nostrãm non à Deo, sed ex superna quadam ui esse prædicabant. Ita Simon statim ab initio, uirus tabificum in medium uomit, quò radices crescentis religionis enecaret. Cui malo Apostoli repugnare magis, quàm illud extirpare potuerunt, quò semper essent pseudoprophetæ, à quibus, sicut Seruator admonet, caueremus, quippe qui ueniunt ad nos in uestimentis ouium, sed intrinsecus sunt lupi rapaces. Itaque Simoni, autore eodem Tertull. Menander, patria etiam Samaritanus succeßit: is magica arte nequaquam magistro inferior, maiora paßim patrabat portenta, seipsum Seruatorem iactitans, ad salutem hominum è cœlo descendisse asserebat, nec quenquam posse dæmones malos uincere, nisi foret ab se magicis armatus disciplinis, ac per baptisma ab se quoq; datum, immortalis atque æternus effectus. Ita immortalitatem homo mortalis dementer sectatoribus suis pollicebatur. Est per idem tempus & Nicolaianorum exorta hæresis, cuius autorem ferunt Nicolaum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

colaum aduenam Antiochenum, unum ex septem diaconis ab apostolis cum Stephano factis, quòd is, prout perhibet Clemens Alexandrinus, zelotypiæ ægritudine laborans, & reprehensus ab apostolis, produxisset uxorem forma excellentem in medium, reliquissetq; illam habendam, qui eam concupiscereт: & inde ortum, ut isti arbitrarentur fas esse, communes habere uxores, cùm re uera Nicolaus nihil simile unquam cogitasset, uir pius & bonus, qui apostolorum dictis audiens ideo uxorem in medium duxisse uidetur, ut per id argueret ueneream uoluptatem magis cõtemnendam, quàm expetendam esse, id quod sentit Eusebius, qui dicit Nicolaianos ut impudentes, non aliunde nisi à suis libidinibus sœdum uitæ institutum accepisse. Iisdẽ quoque temporibus Corinthus aliquid etiam sceleris ausus, circuncisionem seruandam, & homines mille annos post resurrectionem, in uoluptate carnis futuros prædicabat. Hunc Eusebius ait, Ephesum esse aliquando profectum, & fortè in balneas introisse, ac eodem temporis puncto apostolum Ioannem eò sese lauandi gratia contulisse, & cùm audiuisset Corinthum intus esse, discessisse continuò dictitantem, Fugiamus hinc, ne balneæ ipsæ corruant, in quibus Corinthus lauatur ueritatis inimicus: manifesto argumento hæreticos ut humanæ uitæ exitiales esse uitandos, sicuti Apostolus etiam iubet. Erupit uel id temporis Hebionis hæresis, Christum asserentis ante matrem non fuisse, quam Ioannes ut infringeret, postremus omnium ad euangelicam historiam aggressus dicitur, qui asserturus diuinam Christi naturam, est altisonum illud exorsus, In principio erat uerbum. Per idem quoq; temporis aliquot alij extitere uiri docti, qui de re Christiana non tam subtilius quàm malitiosius exquirentes, facilè in errorem de-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ducti sunt, & in primis Basilides Cerdo, qui asserebat duo fuisse principia cõtraria: & eius discipulus Marcion Stoicus, qui negabat Christi patrem fuisse Deum. Valentinianus Platonicus philosophus, is aiebat Christum nihil accepisse ex uirginis corpore, quòd per illud tanquam per fistulam purus transisset. Montanus, qui se paracletum uocitabat. Appelles, is tradebat Christum per phantasias Deum uisum esse hominibus. Sabellius, qui unam duntaxat patris & filij & spiritus sancti personam esse dicebat. & Paulus Samosatenus, is duas in Christo naturas negans, affirmabat illum à matre tantum originem duxisse, ac eam post Christum natum, é Ioseph uiro suo alios genuisse filios. Atq; hæc hæresium origo. Qui nẽpe furor diu bacchatus, tot & magnos quidẽ uiros in diram subinde rabiem egit, ut eiusmodi impietatis ueneno infecti, alij alias introduxerint sectas, totq; eas referserint erroribus, ut penè plus in illis ex mentibus hominum eximendis sit ad extremum laboratum, quàm principio fuerit in iaciendo religionis fundamento insudatum. Ab eiuscemodi singularibus priuatorum hominum opinionibus, quas hæreses dicimus, itum est ad publica dißidia, quæ graia uoce schismata nuncupantur. Hæ duæ germanæ pestes, duæ diræ contagiones, ita ab initio concordiam sacerdotum disiunxerunt, ut deinde ambitione crescente, diu conflictatum sit. Eius dißidij primus omnium autor fuisse traditur Nouatus Romanus presbyter: is enim episcopatus adipiscendi auidus, nihil pensi habebat, quo modo optati compos fieret, qui aliud corde dißimulans, aliud ore simulans, dolosis uersutisq; consilijs nõnullos optimos sacerdotes seductos sibi copulauit, quorum suffragijs iuuaretur. Verùm illi, ut apud Cyprianum & Eusebium est, ubi cognouerant hominis ambitionem, se ab

eo

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

eo seiunxerunt: at quos sui similes sibi sociauit, facilè in fide retinuit. Eo itaque annitente, Nouatianus homo gloriæ auidus, pōtifex factus, omnes sui dogmatis sectatores, mundos appellauit. Negabāt ij apostatas, etiam si pœnituisset, esse recipiendos, uelut parum liquido documento demonstrasset Christus, à pœnitentia nulli negandam esse ueniā, qui Petrum, à quo ter fuerat abnegatus, in integrum restituit. Sed Cornelius pontifex habita in urbe Roma antistitum synodo, Nouatianum hæreticum pronuntiauit, dānauitq; unà cum Nouato, ac reliquis eiusdem sectæ socijs. Ita Nouatus circiter annum salutis CCLV. primi schismatis autor fuit, Cypriano uel testificante, qui ad Cornelium ad hunc modum scribit: Nouatus rerum nouarum semper cupidus, auaritiæ inexplebilis, rapacitate furibundus, arrogantia & stupore superbi tumoris inflatus, semper istic episcopis malè cognitus, curiosus semper, ut perdat: ad hoc adulatur, ut fallat: nunquam fidelis, ut diligat: fax & ignis, ad conflanda seditionis incendia: turbo & tempestas, ad fidei faciendam naufragia: tranquillitatis aduersarius, pacis inimicus. Idem est Nouatus, qui apud nos primùm discordiæ & schismatis incendium seminauit, &c. Octogesimonono dein pòst anno, est alterum schisma ortum, quod sacerdotalem ordinem maximè afflixit. Arrius enim presbyter Alexandrinus, principe Constantino magno, sectæ fuit autor, quæ ab æterna Dei patris substantia, quam uocant, filium conabatur separare: cuius sententia etsi in concilio Niceno est explosa, attamen durauit perdiu postea contagio: nam latius opinione omnium hominum, malum hoc disseminatum est, manauit enim per bonam orbis partem, & non obscurè serpens multas prouincias occupauit. Tertium deinde secutum est schisma, cùm

Dam

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Damasus factus est pontifex: nõ enim suffragijs tantùm est certatum, sed ui quoque & armis. Et hæc fœda pontificum contentio in hodiernum usque diem hoc latius proserpsit, quò honorũ ambitio in dies magis magisq; sacerdotes inuaserat. Quartum postremò uidit religionis diſsidium nostra ætas, nouitate rerum nimis solicita, cùm Leo X. Romanus pontifex illo ipso anno, qui fuit humanæ salutis MCCCCCXVII. haberet etiam in Germania procuratores indulgentiarum, quas uocant, & illi suæ quoque utilitatis studio prædicarent eas indulgentias non solùm ualere ad salutem uiuorum, uerumetiam ad subleuãdas mortuorum animas, quæ in purgatorio, quod dicitur, essent. Tũ Vuittembergæ in oppido Saxoniæ celebri, præstò fuit quidam Martinus cognomento Lutherus, Augustinianus monachus, homo in theologia apud suam gentem primarius, qui illud improbarit. Procuratores ea re ualde commoti, primo quoque tempore Romam ad magistratus deferunt nomen Lutheri: is continuò ut deorum contẽptor accusatur, citatur, causa agitur, sed quia ad diem dictam non adfuit Romæ præsens, ut responderet, paulò pòst declaratur hæreticus. Verùm quoniam eiusmodi indulgentiarum quæstus iam in odia hominũ cum procuratoribus incurrerant, permulti magni uiri, & in his Fridericus Saxoniæ dux præstò fuit, qui Lutherum consilio, autoritate, armis denique tegeret, ne ulla eum uis attingere ualeret. Lutherus igitur tali præsidio munitus, paucis pòst mensibus non dubitauit ire Augustam, quò Thomas Caietanus Cardinalis sancti Sixti, monachus Dominicanus, eius turbæ reprimẽdæ gratia à Leone legatus fuerat. Ibi cum Thoma acriter conflictatur, de indulgentijs, de pontificis Rom. potestate disputat: sed ueritus ne Cardinalis ad extremum rem omnẽ

mag

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

magis imperio quàm disceptatione definiret, idq; sibi timens, domum redijt, ac tum fauentibus amicis, maiora ausus, de omnibus denique religionis mysterijs scribere, suaq; scripta foras dare cœpit. Ita licentia parta loquendi, secta breui tempore mirabiliter coaluit, quæ euangelica dicta est, eò, quòd haud ullam asseueret recipiendam esse legem, quæ ad animarum salutem pertineat, nisi quam Christus aut apostoli dedissent: primumq; eo anno MDXIX. *suum uestigium in terris posuit, mansurum, ut uidetur, quoad Christus ipse populum suum, culpa rectorum ita in duas sectas seiunctum, rursus coiuerit, à quo istuc optimus quisque maximè petere precariq; debet, ut ne maior indidem fiat religionis labes. Pœnam autem quæ hæresum autores sequeretur, primùm Apostolus cõstituit, ad Titum ita scribens: Sectarum autorem hominem post unam & alteram admonitionem fuge, sciens quòd euersus sit, qui eiusmodi est, & peccet per se damnatus. Deinde Chrysost. homilia 47. in cap. 13. Matth. ubi de zizanijs fit sermo, alteram ponit, cùm inquit: Non prohibet dominus conciliabula hæreticorum dissipare, ora obstruere, libertatem loquendi concidere, uerùm interficere ac trucidare. Dein anno salutis humanæ* CCCXXIIII. *Nicena synodus, teste Platina, in Sylueſtri Rom. pont. uita, aliam pœnam Arrio dixit, qui cum sua cohorte, in exilium ire coactus est. Posthac circiter annum salutis* CCCLXXXVIII. *Theodosius & Valentinianus Imperatores multandos decreuerunt hæreticos damnis, ignominijs, uerberibus, exilijs et morte, quemadmodum extat in Codice iuris ciuilis, cap. Arriani. ubi lege sanctum est, ut istuc maleficum hominum genus ultimo afficeretur supplicio. Hoc edictum Hostiensis in sua summa super titulis decretalium explicans ait: Et licet in hæ-*

resi

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

resi lex imponat pœnam ultimi supplicij, quod ultimum supplicium alia lex, ff. de pœnis, interpretatur mortem: de consuetudine tamen tales cremantur. Idem Abbas *post* Hostiensem, *super illud cap. ad abolendam. extra de hæretic. sentit scribens: Sed ius ciuile punit hæreticum capitali pœna, seu pena mortis, ut l. Arriani. C. de hæret. coniuncta l. ultimum supplicium. ff. de pœnis. & hanc pœnam esse debitam interpretatur consuetudo. Conuenit ergo in hoc, lex canonica, ciuilis & consuetudinaria, ut communiter puniatur pœna ignis. Postremò anno salutis circiter* MCLXXX. Federicus *primus* Rom. Imperator *legem de comburendis hæreticis tulit, uelut in quadam eius constitutione patet, cuius initium est,* Vt commißi. *Ex quo factum est, ut per idem tempus* Lucius *tertius* Rom. *pontifex statuerit hæreticum hominem sacris initiatum primo desecrandum, mox uerò tradendum locorũ magistratibus, quò igni necaretur, uti eodem cap. ad abolendam. extat. Atque hoc equidem ex* Mosis *institutis acceptum satis liquet, qui primus omnium doctores impios & pestiferæ doctrinæ magistros, morte mactandos constituerat, cùm ita de ca re in* Deut. *cap.* 13. *sanxisset: Si surrexerit in medio tui prophetes, & dixerit tibi,* Eamus, *& sequamur deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis: non audies uerba prophetæ illius, quia tentat uos dominus* Deus *uester, ut palàm fiat, utrum diligatis eum, an non. Propheta autem ille interficietur, quia locutus est, ut uos auerteret à domino* Deo *uestro. Et addit: Si tibi idem uoluerit persuadere frater tuus, aut filius tuus, uel filia, siue uxor, aut amicus, non acquiescas ei, nec audias, sed statim interficies: sit primum manus tua super eum, & pòst omnis populus mittat manum, & sic lapidibus obrutus necabitur. Si audieris in una*

urbium

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

urbium tuarum dicentes aliquos, Egreßi *sunt filij* Belial *de medio tui, & auerterunt habitatores urbis tuæ, quære diligenter, & rei ueritate perspecta, si inueneris certum esse, quod dicitur, statim percuties habitatores urbis illius in ore gladij, & delebis eam. Quicquid etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cũ ipsa ciuitate succendes. Hinc igitur hæreticos morte afficiendi, ac postremò uiuos cremandi ritum manasse certò propemodum scire licet. Atqui eò redeat, unde aberrauit, iam oratio. Iis autem sanandis animorum morbis, nullum efficacius inuentum est remedium, quàm sæpius habere concilia, in quibus singulorum patefacta sacerdotum uita, antistites ut peritißimi medici maturè possent mederi ex aduersa ualetudine laborantibus. Hinc igitur ad illud tam salutare medicamentum explicandum, iam stylus se commodum transferat.*

Quo primum tempore pontificum concilia publicè haberi cœperint, atque quorum conuentuum decreta à patribus recepta sint. CAP. V.

VEtus *fuit mos, tam apud* Hebræos, *quàm apud alias gentes, habere concilia, & in ijs deliberare de rebus agendis: sic constat* Mosen *&* Iosue, *teste* Iosepho, *sæpe facto populi conuentu, consueuisse agere: sic* Aegyptios *ac* Persas, *ut autor est* Herodot. *itidem fecitasse: sic apostolos in unum cõuenisse locum, cùm* Mathiam *in numerum undecim coaptarunt, cùm septem diaconos elegerunt, cùm autoritate* Petri *&* Iacobi *decretum est, ne gentes onerarentur lege* Mosaica, *sed tantum abstinerent se esca suffocati animantis, item sanguinis & carnium simulacris immolatarum, ac ne stuprum facerent. Nam tum ipsorum tam apostolorum quàm presbyterorũ synodus coacta est, teste*

Luca

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Luca in actis, cap. 15. ita scribẽte: Surrexerunt autem quidam de factione Pharisæorum, qui crediderant, dicentes, quòd oporteret circuncidere eos, ac præcipere, ut seruarent legem Mosis, conueneruntq; apostoli ac presbyteri, ut dispicerent de hoc negotio. Hinc nata esse uidetur consuetudo habendi concilij. Cornelius, quod satis liquet, primus omnium in urbe Roma, LX. episcoporum, totidem presbyterorum ac complurium diaconorum cõuentum fecit, in quo, uti suprà prodidimus, Nouatiana est hæresis damnata. Meminit & Cyprianus, per idem tempus episcoporum conuentum Carthagine esse actum. Legimus præterea apud Eusebium, patres bis, hoc est, semel Dionysio, deinde Felice sedente, conuenisse Antiochiam contra Paulum Samosatenum eius ciuitatis episcopum, atq; illum demum damnasse. Is enim Paulus uir intolerabili superbia, simulatq; est episcopatum adeptus, cœpit interuiam præ insolentia literas relegere, & dictare, multis constipato agmine præcedentibus, ac subsequentibus: unde propter hominis arrogantiam, pleriq; christianam religionem detestabantur. Ab hoc Paulo, opinor nostros pontifices pomparum ordinem, quem nunc ducunt, accepisse. Paulus demum, qui duas in Christo naturas negabat, sed tantum hominem affirmabat, idq; ab apostolis olim traditum falso dictitabat, in eo concilio criminis conuictus damnatur. Sed tunc cùm principes Romani, quorum imperio regebatur orbis, passim in christianum nomen sæuirent, illa non tam publica quàm priuata concilia fuisse, credere par est: at ubi Constantinus religionem nostram ita uolente Deo, est complexus, tum denique nostris de christianæ rei summa agitare publicè licuit. Ex quo Nicenus frequens conuentus Constantino imperante habitus, & primus & celeberri

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

berrimus omnium meritò cẽsetur, uelut certum religionis firmamentum. Pari quoq; habentur honore & quinq; alij in terra Græcia facti, quorum quatuor dogmata, teste Gratiano distin. 15. uelut quatuor euangelia recepta sunt. Primus itaque conuentus ad Niceam Bithyniæ urbem opera Constantini est actus, ubi CCCXVIII. interfuere episcopi, in quo Arrius, cuius paulò antè meminimus, damnatur hæreseos. Fuit hic annus salutis CCCXXIIII. Quo quidem tempore Sylueſter primus, apostolicam tenebat sedẽ. Constantinopolitanus alter ab eo quẽ primum dicunt, Damaso pontifice. In hoc res acta est cõtra Macedonium & Eudoxum, negantes deum esse spiritum sanctum. Tertius Ephesinus, Cœlestino primo Romanam sedem tenente, in quo Nestorius Constantinopolitanus episcopus damnatus, qui Mariam Deiparam, hominis, non Dei matrem fuisse aiebat, quiq; aliam personam carnis dicere, aliam diuinitatis. Chalcedonius quartus, Leone primo pontifice. Eutychianus error est in eo discussus. Fuit Eutyches Constantinopolitanus abbas, qui asserabat Christum post humanam assumptionem non duabus naturis constitisse, sed sola diuina fuisse contentũ. Hæc sunt quatuor illa sacrosancta concilia, unde religio auctior augustiorq; facta est, quæ diuus Gregorius admittenda censuit, ita memorans: Sicut sancti euangelij quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere & uenerari me fateor, hæc tota mente complector, integerrima approbatione custodio, quia in ijs, uelut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura consurgit, & cuiuslibet uitæ communis atque actionis norma consistit. Quintus cõuentus est Byzantij iussu Vigilij pontificis habitus, quo Theodorus oppugnatur. Aiebat impius Theodorus, diuam uirginem solùm hominem peperisse, non Deum &

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

hominem: estq; in ea synodo decretum, ut Christi mater Θεοτόκος, id est, deipara diceretur. Hanc quoq; teste Gratiano, diuus Greg. pari ueneratione recepit. Sextum Constantinus IIII. Imperator Agathonis iussu, conuentum ducentorum episcoporum & eo amplius, Byzantij quoq; faciendum curauit, quo Macarius Antiochenus damnatur. Et hunc Hadrianus primus cum omnibus canonibus suis, ut 16. distinct. patet, ultro recepit. De hac sexta synodo Bedas itidem abundè scribit in eo libello, quē de temporibus scriptum reliquit. Præterea alia alibi deinde concilia habita sunt, quæ in canonicis decretis à Gratiano diligenter ponuntur. Item ut nullum conuentum indici, nullumq; à quibusuis actum haberi ratum liceret sine Romani pontificis autoritate, Marcellus primus omniū sanxit, deinde Iulius, & Damasus, & Gregor. illud idem statuere. Verùm ut decretum illud frugiferum quondam religioni fuit, quando eo demum modo hæretici ubiq; extirpati, eorumq; conuenticula simul infracta sunt, ita deinceps nihil attulit commodi, cùm per id iam penè desitum sit à concilijs habendis, in quibus cuncta ex æquo tractarentur, Pontifice Romano eiusmodi negotium non magnopere curante. Quapropter cùm iam diu compertum foret, illud solum christianæ reipubli. quocunq; tempore obfuisse, Martinus quintus statim pontifex creatus in Constantiano conuentu, in quo pestilentißimum trium pseudopontificum schisma est sedatum, sicut apud Platinam scriptum leges, decreuit ut x. saltem quoq; anno Rom. pontifex, & omnes christiani principes in unum locum coirent, de summa rei consulturi: quod hactenus minimè est seruatum, quamobrem religio in dies singulos maius proculdubio damnum facit. Eò quoq; spectat Niceni conuentus decretū, quo cautum est, ut episcopi quot
©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quotannis prouinciales synodos bis celebrarent, ad suos, quatenus opus esset, aliorumq; mores corrigendos.

Qui ex alienis & externis primi nostros Christianos insectati fuerint, & ibidem qui martyrii primùm palmam tulerint.

CAP. VI.

PLato *in sua republica ueritatem in primis cultam uoluit, quòd ea dijs & hominibus dux sit omnium bonorum, cuius qui felix futurus sit, statim ab initio participem esse decet. Veritatis docendæ causa* Christus *in mundum uenit, dicēs:* Ego *ad hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Omnis qui est ex ueritate, audit uocem meam. Conflauit sibi inuidiam ob hāc rem Seruator apud Iudæos, ita ut ab eis immerito suo sit neci deditus. Sic ueritas apud mortales ueritatis inimicos, sibi malo, ac suis cultoribus pariter bono non fuit: nam prima à Iudæis orta est, ut attestatur Euseb. in christianos persecutio. Cùm enim Apostoli præceptoris uestigia secuti, nuntiarent uerbum ueritatis, & Petrus ante alios coargueret Iudæos iniquitatis, quòd Christū tradidissent morti, hortaretur q; ad pœnitendum, eò furoris inuecti sunt, ut Stephanum diaconum occiderint. Is enim eo ferè biennio, quo passus fuerat* CHRISTVS, *cum ijs de re diuina in certamen descendit, qui uarijs nominibus dicti sunt,* Alexandrini, Cyrenaici, Cilices, Asiani. *Ibi cùm plures & docti, ut ipsi uideri uolebant, uni non resisterent, sed cœlesti sapientia qua superne erat instructus iuuenis, obruerentur, cum fremitu & indignatione circunstabant Stephanum, uix q; manus præ nimia ira abstinebant. Interim uerò testatus ille se cœlestem gloriam intueri, maius adhuc in se odium concitauit: eam enim uocem ut impiam litigatores abhorrentes, facto in illum impetu, urbe eijciunt,*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

eiectum lapidibus obruunt. Sic primus omnium Stephanus christianæ religionis publicus assertor, mortem occubuit. Tum, sicut Lucas ait, erupit persecutio magna aduersus Christianos qui erant Hierosolymis, & omnes dispersi uel potius disseminati sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter apostolos, ut afflictionis occasio, quemadmodum diuus ait Hieronymus fieret euangelij seminarium, quandò illi id passim prædicabant. Cùm uerò primùm Christianum nomen inter gentes audiri cœpit, tum ut dijs inuisum infensius illis odio fuit, utpote quod iamiam præsagiebant reliquas esse religiones soluturum, quod impensè auertere conati sunt semper uanorum deorum cultores: nam Athenienses, teste Valerio, Diagoram philosophum ex urbe sua pepulerunt, eò quòd, ut etiam Cicero de natura deorum tradit, deos negasset, & omnem deorum opem, quò sic animos hominum à religionis cultu auocaret. Iidem Socratem damnarunt, quia nouam religionem introducere uisus est, qui per Aristophanem poëtam comicum in comœdia quam Nebulas inscripsit, falso culpatus est, quòd fabulas coleret, & de Atheniensium religionibus detraheret, ac pubem seduceret. Item, ne plura commemorando unius rei exempla, longius à proposito trahamur, Romani cùm duas reperissent in agro Lucij Petilij scribæ seu Terentij, ut Varroni placet, arcas lapideas, quarum in altera corpus Numæ regis, in altera libri reconditi erant, Latini septem de iure pontificum, totidemq; Græci de disciplina sapientiæ, Latinos, autore Valerio, magna diligentia seruãdos curarunt: Græcos, quia ex aliqua parte ad soluendam religionem pertinere existimabant, cremarunt. Ita in ipso introitu nouæ alicuius religionis obsistere studebant. Vnde Nero princeps maiorum suorum curam sacrorum æmulatus,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

latus, cùm audiuisset Petrum & Paulum in urbe nouum euangelij dogma prædicare, nouam religionem introducere, indignatus haud multò pòst, utrunq; morte affecit, indixit persecutionem, quæ secunda fuit in Christianos: siquidem primam, ut suprà ex Eusebij testimonio ostendimus, insectationem inchoarunt Iudæi. Sunt tamen qui hanc Neronianam primo ponãt loco, ut primam Imperatorum iussu motam. Et ut Romanum populum homo sceleratissimus concitatiorem in nostros redderet, tale facinus comminiscitur. Cùm per cuncta iam crudelia facinora, uelut humani generis pestis esset debacchatus, ne patriæ etiã parceret, seu deformitate ueterum ædificiorum offensus, siue, uti quidam ferunt, cupidus Troiæ ardentis simulitudinem cernendi, maiorem urbis partem incendit. Sex continuos dies ac totidem noctes illud incendium per urbis ædificia sacra & prophana peruasit, ac multas ciuium fortunas absumpsit. Ad leuãdam igitur sceleris atrocitatem, omnem cladis illius inuidiam in ueræ pietatis cultores uiros innocentissimos reiecit, subornatis qui christianos eius incendij autores fàlsò criminarẽtur. Quapropter plurimi illius ordinis arrepti, sunt supplicio affecti. Cæterùm quàm procul ab omni maleficio nostri christiani essent, Taciti Cornelij declarant uerba, qui christiano fuit nomini ualde inimicus: is, Non perinde, inquit, tam crimine incendij, quàm odio humani generis conuicti sunt. Et deinde pergit: Addita pereuntibus ludibria, ut ferarum tergoribus contecti, canum laniatu interirent: aut crucibus affixi, ubi dies defecisset, in usum nocturni luminis urerentur. Tranquillus itẽ delyrus pietatis hostis, ait: Afflicti supplicijs christiani, genus hominum superstitionis nouæ & maleficæ. Ita principes Romani ab initio, sicut diuus Cyprianus uerissimè ait,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

in odium nostri nominis coniurarunt, ut nos odisse inciperent homines antequam nosse, ne cognitos aut imitari possent, aut damnare non possent. Nec ita multò pòst Domitianus tertiã in christianos molitur persecutionẽ, Traianus quartam, Marcus Antoninus & Lucius Aurelius Commodus quintam, Seuerus Pertinax sextam, septimam deinde mouet Maximinus, octauam Decius, nonã Valerianus, Aurelianus decimam, Diocletianus undecimam, ab illa prima Iudaica, à Neroniana uerò decimum tenet locum, quẽ ordinem scriptores nonnulli seruant. Porrò hæc omnibus omnino diuturnior immaniorq; est habita: nam, ut Eusebius tradit, & libri sacri exusti sunt, & si quæ essent sacræ ædes dirutæ: præterea si quis christianus in magistratu fuisset, eo sublato, remanebat infamis, serui christiani libertatem consequi non poterant: milites item christiani cogebantur aut idolis immolare, aut militiam cum uita pariter deponere, edicto principis in foro posito. Postremò Maxentius, Licinius, & Maximianus, tres uno tempore cum Constantino principes, christianis maximè infesti fuere, quibus merito affectis supplicio, Constantinus solus rerum potitur, qui certam & stabilem dedit nostris pacem. Inter has autem sæuissimorum principum cruẽtissimas insectationes, non defuere unquam, qui contemnentes iussa atque minas illorum, tradiderint corpora sua propter religionem seruandam, ad supplicia, quò mererentur habere coronas perpetuas: nam, ut apostolus ait, non coronatur, nisi qui legitimè certauerit. Hoc consilium ex Christo Seruatore est, dicente: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Idem præmium sequentibus se proponit, cùm inquit: Qui perdiderit animam suam propter me, inueniet eam. Huius spei

plen

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

plenus, ac ut plusquam propheta futurorum nequaquam nescius Ioannes Baptista, primus ueritatis causa, hoc est, quòd incestas Herodiadis, uti Lucas tradit, execraretur nuptias, uel quia, sicut Iosepho placet, ex concursu, qui magnus ad eum fiebat, orta esset noui motus suspicio, morte ab Herode affectus est, qui iure primitiæ martyrum dici potest. Veruntamen cùm omnia nostræ religionis mysteria à passione Christi, ut tum consummata cœpissent, teste Hierony. aduersus Iouinianum, qui ait: Neque enim euangelium ante crucem Christi est, ideo Stephanus leuita, qui, ut suprà diximus, ab ipso statim nascentis euangelij principio, primus omnium christianum nomen publicè professus martyrium tulit, est protomartyr habitus. Cyprianus uerò rem altius repetens, id Abel iusto tribuit, dicens: Imitemur fratres charissimi Abel iustum, qui initiauit martyrium, dum propter iustitiam, primus occiditur. Sed de initio martyrij Christianorum hic agitur. At Stephani fortia facta innumerabiles deinde immortales insigniter æmulati, ubique gentium adeò breui tempore, ac tale christianæ rei fundamentum iecerunt, ut liquidò liqueat, ex odio aduersariorum, plus honoris & dignitatis nostræ religioni accessisse, quàm ex illorum patrocinio, si fauissent, proficisci potuisse: hoc etenim ueluti citò omnino casurum hominum fauor peperisset, illud ut perpetuò duraturum solum Deum per eos, quos ex mortalibus, propter animorum uirtutes, immortalitate donauit, præstitisse constat. Ita denique insectationes reipublicæ nostræ bono fuere, quando christianum nomen quantò magis ab ipsis inimicis depressum, tanto magis illud nobis illustre celebreq; redditum est.

De christianæ reipublicæ præstantia. CAP. VII.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

IAm suprà prodidimus, quæ nostræ spiritualis reipublicæ, hoc est, nostræ religionis prima fuerint instituta, quæ usqueadeo ad bene beateq; uiuendum conducunt, ut nemo non illa ipsa iure poßit ac debeat probare, uel Aristippus ipse, qui animam cum corpore interire dicebat, aut Epicurus, etsi negabat Deum curare mortalia: beneficio enim christianæ pietatis cuncti nascimur liberi, quo profectò secundum uitam ipsam, nihil cuiquã mortali aut optabilibus, aut felicius contingere potest, utpote quod omnes ethnici desiderarunt semper, hodieq; permulti desiderãt populi. Vnde uerißimile ille ait,

Non bene pro toto libertas uenditur auro.

At statim nati ex præcepto Seruatoris docemur, ut omnia quæcunq; uolumus ut faciant nobis homines, sic & nos faciamus illis, atque diligamus alios sicuti nosipsos. Per hæc mutuæ charitatis officia, sunt nobis interdicta homicidia, furta, periuria, mẽdacia, adulteria, stupra, ac omnia deniq; mala, quæ ab homine in hominem proficisci possunt. Item ne nos uoluptatibus intemperanter immergamus, sunt diuina præcepta, quæ nostris abunde moderentur animis. Verùm quoniam nihil non parum gratè sine cõparatione laudatur, consilium est aliarum quoq; gentium mores & instituta summatim memorare, quò præ illis, nostra sancta esse ostẽdamus, ac quid ethnico christianus semper præstiterit, planius faciamus. Apud Scythas, qui cum Aegyptijs de generis uetustate diu certarunt, probro dabatur hominem non occidisse: quare usque à pueris humana cæde gaudentes, captiuos immolabant, sanguinemq; eius potabant, quẽ primum cepissent, uescebantur carnibus demortuorum parentum. Sarmaticis uirginibus non prius nubere mos fuit, quàm hostem peremissent. Nomades mactare seniores parentes,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

rentes, eorumq; carnes crudas comesse solebāt. Aegyptiorum fœminæ olim uirilia munera obibant, contrà uiri muliebria, inuicem genitalia membra honorantes, quòd per ea instrumenta genus conseruaretur humanum. In Africa quoq; & alij aliter, pecudum ferarumq; ritu, populi uitam degebant, qui plurimum serpentum carnibus uictitantes, bonarum omnium artium expertes erant. Punicæ fœminæ quæstum uulgato corpore faciebant, dotis cōparandæ causa. Asia quam dicunt minorem, unicum semper fuit seminarium uitiorum, repertis cuiusuis generis ad corrumpendam uitam mortalium illecebris deliciarum. Quapropter Lacedæmonij luxuriæ contemptores & laboris patiētes, diu suorum ciuium oculos, uti Max. Valerius ait, à contēplanda Asia retraxerunt, ne inuitamento eius capti, ad delicatius uitæ genus prolaberentur. In Græcia consuetudo fuit, ut ijs quibus satietate uitæ honesta peteretur mors, potio uenenata ad hoc publicè asseruata daretur. Quod sanè longè importunissimum post homines natos institutum, inde in Galliam translatum Massilienses aliquandiu seruarunt. Iidem Galli consueuere pecunias mutuas dare, quæ redderentur dantibus apud inferos, persuasum habentes animos omnino immortales talia commercia inibi habituros, quò illis pecunia opus foret. Scotos Britannicam gentem diuus Hieronym. aduersus Iouinianum, ait se uidisse in Gallia humanis uesci carnibus, & cùm per syluas, porcorum greges et armentorum pecudumq; reperirent, pastorum nates & fœminarum papillas solere abscindere, & eas solas ciborum delicias arbitrari. Hispani olim permissa re domestica fœminis, rapinis inseruire, & armis, fas habebant. Germanis idem fuit studium: materia enim munificētiæ erat, per bella & raptus, non arare terram, nec expe-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ctare annum, sed prouocare hostes potius, & uulnera mereri: pigrum nempe & iners uidebatur, sudore acquirere, quod possent sanguine parare. Sed & Romani, quãquam continentiæ amantissimi, nonnulla habuere instituta minus laudabilia: non enim publicè solùm, uerumetiam priuatim nihil agebant, nisi auspicio prius sumpto. Item assiduis spectaculorum illecebris iuuentutem maximè corrumpebant: nam cùm iugiter agerent fabulas, quarum argumenta maiore ex parte, stuprorum continebant actus, iuuenes talia spectando, imitandi licẽtiam sumebant. Quæ præterea inde per incautum serperent contagia uulgus, audi diuum Cyprianum ad Donatum ita scribentem: Adulterium discitur, dum uidetur: & lenocinante ad uitia publicæ autoritatis malo, quæ pudica fortasse ad spectaculum matrona processerat, de spectaculo reuertitur impudica. Adhuc deinde morum quanta labes, quæ probrorum fomẽta, quæ alimenta uitiorũ ex histrionicis gestibus? Ac id genus permultæ gentes instituta turpia feraq; seruabant, quibus longè ab humanitate, mansuetudine, honestate trahebantur, quæ pluribus persequi, ut notiora, alienum institutis meis, esse duxi. Nihil est item quod de singularum theologia repetamus, cùm id in initio operis affatim proditum sit, ne rursum turpem impietatem potius quàm theologiam doceamus, cùm alij elementa, alij solem & lunam, alij animalia, alij denique ipsos mortales homines pro dijs & haberent & colerent. Sed Romanorum in primis uana erat religio, qui deos alios ad benefaciẽdum, ut Iouem, Iunonem, Pacem, Concordiam: alios ad minus nocendum, ad Veiouem, Febrem, Robiginem, Malefortunam, colebant: eademq; ratione suis Imperatoribus, quamuis multò sceleratissimis, aras sacrabant. Et ijs cuncti mortales obnoluti teneb-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tenebris, tam turpiter delyrabant. At ubi mundo lux uera, hoc est, Christus Seruator noster affulsit, quæ illuminauit omnem hominem uenientem, ut perhibet Ioannes, in hunc mundum, & in omnem simul terram Apostolorum ipsum Euangelicum dogma prædicantium exiuit sonus, ac in fines orbis terrarum uerba illorum; tunc uniuersi iamiam resipiscentes ueram religionem ultrò complecti cœpere, qui uelut nouæ plantæ in lætissimum solum translatæ, sensim sylueſtrem exuerunt animum, seq; in florem suauitatis cœlestis induêre. Per hunc denique modum cessauit illa ueterum morũ feritas, omnis prorsum uitæ turpitudo, omnis falsæ disciplinæ informatio procul acta, in quorum locum Euangelica uita publicè recepta, sancti & pudici mores passim admissi, laudata uirginitas, coniugalis pudicitia, frugalitas, sobrietas, iustitia, mansuetudo, pietas. Tot pariter bona religio Christiana apportauit, ita ut nemo mortaliũ omniũ iure queat inficiari, quin eius instituta optima sint, atque ad bene casteq; uiuẽdum efficacissima: nam hæc non armis, sed salutari cœlestiq; doctrina, integerrimæq; uitæ exemplis, sola potuit gentium omnium quamuis barbararum feritatẽ duritiamq; mollire. Sensit hoc in ipso primordio Tiberius Cæsar, dicente Tertulliano in Apologet. Tiberius, cuius tempore nomen Christianum in seculum introiuit, annuntiatam sibi ex Syria Palæstinaq; ueritatem illius diuinitatis detulit ad senatũ, cum prærogatiua suffragij sui: senatus quia non ipse probauerat, respuit: Cæsar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Traianus quoq; itidem sensit, qui certior factus à Plinio Secundo Bithyniam id temporis obtinẽte, nihil mali in Christianis quotidie ad suppliciũ tractis reperiri, iussit ut non inquirerentur, uerùm oblati punirentur.

Insu

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Insuper Hadrianus de Christo colendo, inter deosq; referendo cogitauit. Alexander cum in suo larario (ita sacrarium domesticum uocant) depictum habuit, ut ait Lampridius. Meminit eiusdem Tacitus in uita Neronis, & Ioseph. lib. Antiquitat. 18. quorum testimonia facilè declarant, iam tum Christum fuisse creditum Deum. Ex quo postea cunctæ ferè nationes etiam barbaræ, quæ olim incultis moribus prauisq; institutis nutritæ, ac cacodæmonũ præstigijs obcæcatæ, belluino propè ritu degebant, beneficio Christianæ pietatis per baptisma in unum paulatim coiuere, in unamq; Dei ciuitatem legibus sanctis diuinoq; cultu præcellentem sese ad ultimum receperunt, iustitiam cæterasq; uirtutes certatim colentes. Sed agè, iam dicamus & triumphos, quos nostri ex ipsis gentibus reportarunt. Apostoli rempublicam Christianam cõdituri, qui cunctis æquè mortalibus sibi consulendum putabant, ut sunt diuino spiritu supernè accepto communiti, uarijsq; linguis simul imbuti, prouincias inter se partiuntur, uti alibi à nobis est perappositè declaratum, non utique armis oppugnaturi quẽquam, sed summa innocentia, multa pietate, summa charitate. Itaque alij aliô terrarum profecti, Thomas Parthos, Matthæus Aethiopes, Bartholomæus Indos citeriores, Andræas Scythas, Ioannes Asiam, Petrus Pontum, Galatiam, Bithyniam & Cappadociam, in suam fidem redigunt, docentq; cui regi uiuo ac immortali perpetuò pareant. Adsciscitur in hanc militiam haud multò pòst Paulus uir Iudæus, cognomento Tarsensis, quòd capta à Romanis patria, cum parentibus Tarsum, quæ Ciliciæ est, migrasset. Is tam consilio bonus, quàm Mosaicæ legis peritus, & exhoste factus religionis amicus, eaq; sola armatus, se Damasco mouet, CHRISTI nomen longè lateq; prædicatione

prop

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

propagans, in Cyprum proficiscitur, ubi post certamen, quod Paphi cum Bariesu mago habuit, Sergium Paulum insulæ proconsulem ad ueri Dei cultum duxit. Ex Cypro digressus, Antiochiæ primò, mox Iconij multos mortales concionando ad Christianam adiunxit rempublicam. Lystræ inde in Lycaonia, cùm claudum ab infantia sanasset, Lystrẽses illi & Barnabæ eius socio, qui & discipulus domini erat, rem diuinam tanquam duobus dijs facere uoluerunt: at Paulus dux uerbi id fieri inhibuit, dicens se mortales esse, non deos, negansq; diuinos honores hominum cuiquam conuenire. Secundũ hæc, Pisidia & Pamphylia peragrata, Hierosolyma uenit, Petri salutandi causa: nec diu inde Hierosolymis fuit, sed cum Sila, quem sibi comitem adsciuerat, per Syriam & Ciliciam, Derben uenit, & Phrygia, Galatia, ac Misia peragratis, Troadem iter intendit, & Troade inde in Macedoniam, & demũ postquam multa omnibus terris circũquaq; mirificè egisset, Hierosolyma redijt, ubi Iudæorum iniquitate in uincula coniectus Romam mittitur, quò Petrus iam diu antea uenerat, qui euangelium prædicans, primordia nouæ cœpit fundare religionis. Quod opus ita inchoatum Paulus nauiter iuuit. Sic hi duo inclyti duces in urbe terrarum regina, Christianæ rei pub. fundamentum iecerunt, sedemq; locarunt. Et Apostoli Domini cum reliquis discipulis, tales ab initio retulere triumphos, triumphos inquam longè illis insigniores, quos olim Roma suis decernebat ducibus: isti enim hominum cæde, illi salute acquisiti. Secuta est inde huiusce gloriæ ingens mortalium cupida multitudo, quæ periculorum omnium, ac mortis contemptrix, nullam unquam urbem, nullam gentem est aggressa, quam benefactis suis non expugnarit. Porrò hæc erant arma: Induebat pro se quisq; lo-

ricam

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ricam iustitiæ, portabat scutum fidei, caput obtegebatur galea spirituali, muniebantur aures constantia, ne audirēt edicta ferralia, erigebantur in cœlum oculi, ne conspicerent detestanda simulacra, renitebat frons signo crucis aduersus malos dæmones, pallebant ora ieiunijs cōtra carnis petulantiam, lingua Euangelicæ doctrinæ mellita dulcedine illita, CHRISTVM intrepidè ubique canebat. Signa militaria erant, obuia omnibus humanitas, mansuetudo, patientia, laborumq; tolerantia. Bellum uerò non pro principatu adipiscendo, sed pro religione tuenda, pro rectè uiuendi ratione ineunda, uniuersis indicebatur uitijs: et præ militia hac, cuncta alia omnes iuxtà spernenda ducebant. Eorum autem militū princeps extitit Stephanus ille protomartyr, cum quibusuis priscorum belli ducibus comparandus, qui quod præmiū meruerat, suis patefaciens, Ecce, inquit, uideo cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei, quò cuncti certa spe pleni non refugerent pro nomine IESV contumeliam ac mortem pati: quod & certatim fecere: statim enim præter apostolos, alij alibi duces ea induêre arma, reipublicæ Christianæ fines propagandi studio. In Asia Polycarpus Smyrneus antistes, & Ioannis Zebedæi discipulus, unà cum duodecim alijs clarissimis uiris, martyrio coronatur. Ignatius Antiochenus episcopus ad bestias inde damnatus, complures q; alij. Romæ interim alij principes ob patriam cœlestem sunt uulnera passi, Nereus & Archileus fratres homines Romani, Processus et Martianus milites, quos in carcere Petrus baptizarat, Nazarius, Torquatus, & Marcellus, et Apuleius, qui Simonis fuerant Magi assectatores: item Linus, Cletus, Clemens, Alexander, Sixtus, Calistus, Vrbanus, Fabianus, Cornelius, Sixtus II. Pont. Roma. & cum ijs Laurentius

Leui

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

Leuita, ac innumerabilis credentium multitudo. Quo ferè tempore in Africa, Cyprianus Carthaginensis episcopus, Imperator longè inuictissimus, cum ingenti militũ CHRISTI numero, martyrio coronatur. Et alter militiæ dux Dionysius Alexandrinus antistes pari successu fortiter pugnauit. Ac ab initio post domini discipulos, tales Christiana respublica sortita est belli duces, longè mehercle excellentiores quàm illi quondam fuerint, Curiones, Fabij, Scipiones, Camilli, Alexandri, atque Annibales, quòd hi uidelicet uinci poterant, illi non poterant, ut uirtus ad præmium cœleste semper prompta. Quid, quòd nec minus ad mortem animi fœminis nostris fuit? quarum principes fuere à principio, Flauia, Domicilla, Euphrosyna, Theodora, Sabina, Cæcilia, Romanæ puellæ. Item alibi per id tempus, Apollonia uirgo Alexandrina, cùm ad rogum iam succensum, in quo cremanda erat, ducta esset, repentè è manibus impiorum prosiliens in flammam sese ultrò coniecit, ita ut perterrerentur ipsi quoq; crudelitatis autores, quòd promptior esset ad mortem fœmina, quàm persecutor ad pœnam. Hinc iam desinamus mirari Mutij Scæuolæ dexteram, quam ad ignem torruit, quòd non interemisset Porsenam, cùm Apollonia totum igni dedisset corpus, ut suo incendio hostes etiam ad cognitionẽ ueræ pietatis trahendo, perpetuis liberaret flammis. Non tacebimus & Sophroniæ nobile letum: ista enim Romana matrona à Maxentio per uim oblato stupro, cùm suũ corpus ab ea labe aliter tueri nõ posset, sibi manũ intulit, Lucretiæ animi robur æmulata. Sed magis piè Dorothea uirgo egit, quæ in idẽ discrimẽ adducta, maluit suũ corpus alieno, quàm suo cadere ferro, ne tyranni stuprum pateretur. Et sexcẽtæ præterea fuere fœminæ ad huiusmodi decora studio religionis excitatæ,

quæ

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quæ tales in hostes Christianæ reipub. gessere animos, non certè quò illos offenderent, sed ut suo periculo à miserabili interitu uindicantes, ab impietate ad pietatem reuocarent. Fuere itidem uiri undecunq; consummatißimi, qui partim benignitate temporum in quæ inciderant, partim tyrannorum sese remittente in nostros furore, non sensere martyrium, qui propterea quòd in confeßione ueræ religionis perstitißent, confessores sunt dicti, & ij summis uirtutibus clari, eam cum primis illustrarunt. Atque ita senatus populusq; Christianus ex quatuor ab initio constitit hominum ordinibus, ex apostolico, martyrum, confessorum, & uirgineo, in quibus summa summarum gloria fuit, ut per pia atque inclyta facta, tam uiui, quàm mortui meruerint clarere miraculis. Ex quo nullum est cuiusuis & uirtutis sectandæ & uitij detestandi fugiẽdi ue exemplum, quin illud ipsum à nostris quisq; queat mutuari amplißimum, quandò ab apostolis & martyribus iuxtà discimus fidem, iustitiam, sapientiam, fortitudinem, patientiam, constantiam, seueritatem, abstinentiam, frugalitatem, paupertatem, ac diuitiarum uoluptatumq; omnium contemptum: à confessoribus, humanitatem, clementiam, amorem coniugalem, fidem seruandam, amicitiam, liberalitatem, pietatem communiter aduersus omnes, item studium, industriam, eloquentiam, cunctasq; æquè bonas artes: à uirginibus uerò pudicitiam, modestiam, castitatem, uerecundiam. Imò cùm unus istis ferè omnibus ornatus fuerit dotibus, à singulis omnia edocemur, uelut ab uniuersis generatim commonefimus degere omnem ætatem à crudelitate, ira, odio, auaritia, superbia, inuidentia, perfidia, temeritate, impudentia, luxuria, & libidine uacuam. Palàm igitur est, solam Christianam rempublicam ad extremum perfectũ uiuendi modum introdux

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

introduxisse. Videant proinde qui ex officio debent cùm factis, tum dictis, Christianum populum intra hosce uitæ uiuendæ fines continere, quantum peccati, quantum criminis sit illum agere deuium pessimis morum exemplis, unde laxatis rerum habenis, omnia simul uitia in ciuitatem Dei erumpant, quibus cum perpetuum sit domi bellum, quò modis omnibus distineamur, mulierumq; ritu altercantes, sinamus religionis hostes multos passim populos reipublicæ adimere nostræ, ac in suam redigere ditionem, ditionem certè illorum mox animas miserabiliter perdituram. Non est tamen de ditione dimicandum. Sanè Christianus senatus ex doctrina Domini, qui, regnum meum, inquit, non est ex hoc mundo, nõ quærit terrenum, at cœleste imperium, non hominum opes, sed salutem, in suamq; potestatem cunctos uenire mortales non cogit, uerùm allicit. Nihil igitur mirum, si interdum aduersus Turcas & Saracenos, duos hoc tempore pietatis Christianæ truculentos hostes, minus ualemus armis, utpote humanis, cùm spiritualibus sit nitendum: quippe si illi odorarentur, nos secundum Euangelicum dogma uiuere, aliquid'ue ueræ pietatis scintillæ in multis illorum relucere, qui innocentia, iustitia, mansuetudine muniti, deberent ante omnes summo amplificandæ tuendæq; religionis desiderio ardere: item si sæpius sacris concionibus peterentur, essentq; qui eos hortarentur, haud dubiè iam mitiores effecti, à nomine Christiano non usque adeò abhorrerent, cùm homines sint, &, quamuis propositi tenaciores, queant bonis monitis adduci, ut ad ueritatem respiciant: nam ea est integritatis uis, ut facilè quemuis moueat. Quid enim unquam natura creauit, ne altius repetamus, crudelius Athila Hunnorum rege, qui tamen Leonis primi pontificis Romani sanctitate uictus, Roma-

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nis pacem reddidit, & ex atrocissimo hoste, humanicq; cruoris appetentissimo, unius hominis precibus est mitissimus factus? Nec minus ualuit nomen probitatis Benedicti abbatis apud Totilam Gothorũ regem præferocem. Is enim capta urbe Roma, in Cassinati se illi obtulit, ignoto uestitu, ut eius sanctitatem experiretur, à quo nihilo secius cognitus, quamuis alter in comitatu esset regificè indutus, admonitusq; est, ne uictoria crudeliter uteretur, ita ut fecit: nam dicto obtẽperans, ab omni deinceps iniuria consultò abstinuisse dicitur. Diuus item Gregorius potuit Gothos ipsos iam Arrianos factos bonis monitis ab errore reuocare: potuit et Anglos sic mollire, ut deinde sint sua spõte religionem cõplexi: adeò cũcta probitati parẽt. Ac ad hunc modũ nostra spiritualis respubl. hoc est, Christiana religio, ut præstantior, reliquas omnes uelut humanas dissoluit, dissoluetq; perpetuò, si qui eam docent, cũ primis ritè seruarint.

LIBRI OCTAVI FINIS.

POLYDORVS VERGILIVS VRBINAS IOANNI ROFFENSI EPISCOPO S. D.

Dominicam precem quoties, optime Episcope, recito, recito autem sæpissimè, nõ possum non alios ignauiæ, alios temeritatis condemnare, quòd eam uelut ieiunam, & uulgò communem facilè prætermittant, uel forma olim à patribus data minus contenti, uarios in singulos dies precandi modos multò post hominum memoriam uerbosiores introducant, ut sacerdotes præsertim infinitum psalmorum numerum, ac bene multorum diuorum uitas, tametsi parum interdum ad

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ad fidem scriptas, recitando, ne ocientur, perinde quasi ita negociantes multum proficiant, qui sæpenumero fessi magis recitandi finem cupere, quam quòd legunt, attendere coguntur: quos si tale munus secundum Christi præscriptum, breuiloquentes faceret, plus omnino ocij haberent, quod sacris literis darent, quas in primis populum docere debent. Et illud quidem facere, quēadmodum diuus Cyprianus affirmat, non ignorantiæ solùm est, sed etiam culpæ, dicente ipso seruatore: Reijcitis mandatum Dei, ut traditionem uestrā statuatis? At & Tertullianus hunc orandi modum legitimum appellat, quem Christus omnibus iuxtà dedit, quo pro se quisq; posceret à Deo, quod ad humanæ pariter atque diuinæ uitæ rationem pertineret, quem profectò nemo homo satis unquam planū facere poterit, ut mysterijs quæ in eo insunt cognitis, non sint, qui secus quàm Christus docuerit, orandum iudicēt. Igitur cùm nuper animi gratia, ruri essem, uenit mihi in mētem eam dominicam precem interpretari: quod quanquam iam inde fermè ab initio orti Euangelij, diuus Cyprianus, deinde Augustinus ac plerique alij fecere, tamen cùm aliena facilius quàm nostra obliuiscamur, ex usu meo id futurum duxi, ut cùm ita orarem, mysteria longè equidē sanctissima quæ in ea prece insunt, sua quasi sponte in meum simul influerent animum. Et quia secundum te optime Roffensis episcope, non est quisquam omniū, cuius integritatem, grauitatem, probitatem magis mirer, obseruem, colam, quàm mei Roffensis, uiri cùm omnium bonarum artium studijs eruditissimi, tum hominis cūctis cæteris rebus multò ornatissimi, statui hunc nostri rusticani ocij fructum, si quis sit, saltem bonis adolescentibus, ut ne mihi cum opiniosissimis sophistis res ulla in hac parte esset, tuo nomine impertiri. Quod æqui bonique

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

facias, iterum atq; iterum oro, cùm alia nulla ratione possim officium erga te meũ præstare. Si igitur hoc quicquid est commentarioli, postquam gustaueris, tibi stomachũ non mouerit, iam tutò foras dem, licebit. Vale. Londini, Nonis Nouembris, M. D. XXIIII.

POLYDORI VERGILII VRBINATIS IN DOMINICAM PRECEM COMMENTARIOLVM.

HRISTVS Seruator noster apud Matthæum, cap. 6. ait: Tu uerò cùm oras, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora patrem tuum. Hoc ille proponit, quò constet Deum ubiq; locorum esse, ut quis fide munitus in arcano oret, & id uacuo animo faciat, quòd alibi per hominum strepitum, mentem, qua omnis nostra actio regitur, colligere minus queat. Hinc cognoscere licet, oportere nos ex animo precari, & precando non habere extrinsecus uiuẽdi rationem, quemadmodum faciunt aliqui, qui ut templum ingressi sunt, singulis diuorum imaginibus ad pedes iacent, laborant, sudant, ut quò magis ab integritate alieni sunt, hoc propiores religioni uideantur. In occulto proinde orandum est, hoc est, in id negocij de animi sententia incumbendum, ubi Deus nobiscũ est, teste Ioanne, qui epistola sua inquit: Quisquis confessus fuerit, quòd Iesus est filius Dei, Deus in eo manet, et ipse in Deo. Non est ergo, quòd aliquò terrarũ pergamus, Dei quærendi causa, qui ubiq; nobiscum est: quod nonnulli minus sentiunt, quos uoluptatis, non item pietatis gratia, adeò delectat

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

ctat peregrinatio, ut alij aliò percurrant, quò alicuius diui imaginem uisant, nihil interim mentem ad Deum erigentes, contra colendi formam olim à patribus datam, quæ eiusmodi est:

Nam Deus est, quod imago docet, sed non Deus ipsa.
Hanc uideas, sed mente colas, quod cernis in ipsa.

Et ibidem donaria mirantur, mausolea, hoc est, pretiosa sepulchra suspiciunt, in quos rectè equidem illud Persianum torqueri posset:

O curuæ in terris animæ, & cœlestium inanes,
Quid iuuat hoc templis nostros immittere mores?

Atq; demum toto itinere, se lautè, nitidè, ampliter pascũt, ac ne in tristitia sint, sannionẽ aliquem uel scurram, ut ne dicam amicas uel amatores, in comitatu habent, qui risum moueat, qui acutè & facetè dicta dicat, qui fessos animos recreet. O laborem inanem: debemus enim ea potissimum de causa peregrinari, ut uacui à domesticis curis, per quas interdũ non licet de altera uita cogitationes suscipere, corpus labore domemus, atq; rationi seruire cogamus, & dona dare, quæ secundum Christi præceptum, inopibus usui esse possint. Ad propositũ reuertor. Deinde subijcit: Orantes autem nolite multum loqui. Idem apud Ioannem, modum precandi docet, cùm inquit: Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, spiritu ac ueritate oportet adorare. Si igitur spiritu colendus est Deus, non utiq; multis cum eodem uerbis agendum, nec, ut inquit Cyprianus, clamoribus admonendus, quia non uocis, sed cordis auditor est. Quamobrem fertur Athanasius episcopus Alexandrinus, olim instituisse apud suos Alexãdrinos, ut sacerdotes sacros hymnos in templis recitantes potius more legentium quàm canentium, id officij præstarent: cuius forma chori bene cum

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

præcepto Christi consentit, quæ utinam etiam nunc duraret, ut ne in templis per symphoniacos cantores staret, cur minus uerba sacra exaudirentur, aut ne uideremur in re hac ueteres atq; adeò imitari, quando apud Romanos, teste Liuio ab urbe condita, mos fuit, ut uel tibicines sacrificijs præcinerent. Postremò sic, ait, orate:

PAter noster.) *Appellant patrẽ Deum filij. Ij sunt filij, qui baptizati sunt, qui credunt Christum esse filium Dei, secundum illud: Quotquot autẽ receperunt eum, dedit eis potestatem, ut filij Dei fierent, qui credunt uenturum tandem aliquando tempus, cùm aut benefactorũ præmio, aut malefactorum pœna afficiẽtur. Et proinde decet, ut nos humanarum rerum obliti, ad mandata patris exequenda incumbamus, ut ne uideamur contrà atque est in Euangelio, in terris quærere patrem.*

Qui es in cœlis.) *In cœlo eum esse dicimus, quem rebus omnibus longè beatißimum putamus: ita Deo principalem sedem eo loci damus, quòd ab eo salutem expectamus, qui sumus in terra, quæ scelerũ omnium area existit, ubi cuncta calamitatis & miseriæ plena sunt. Quare Christus uolens nos cõditionis nostræ à primo monitos, docuit, ut orando eò animum intenderemus, unde summum manaret bonum. Modus item loquendi non sine mysterio est: nam cùm non liceat cuiquam dicere, Pater mi, sed noster, & humilis æquè ut potens Deum uocet patrem, iam nos per id fatentes unum habere patrem, cogimur perinde ac fratres inter nos amare, uicißimq; iuuare, atque contemptui habere neminem, qui Christo credat, quò sic intelligamus nobis æquabiliter pro omnibus orandum. Pudeat eum igitur, qui alteri nocet, qui alienum & peregrinum odio persequitur, qui quòd diues, quòd nobilis sit, inopem*

fratr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

fratrem ac minus clarum despicit, contemnit, conspuit, quòd contra suum ueniat testimonium, fratribus maleficium inferendo, ac inter eos concordiam disiungendo. Vocamus insuper Deum patrem, ut secundum illud primum diuinæ legis præceptum, Vnum cole Deum: & quartum, Venerare parentes, ei omni tempore honorem habeamus, sicut filij debent obseruare parẽtes. O improbos bene multos, qui immemores officij, tantum abest ut Deum ueneren tur, ut etiam parum ira commoti, in eum maledicta impudenter nefarieq; conferant.

Sanctificetur nomen tuum.) *Longè equidem sanctissimum est nomen Dei, ac ob id nihil est, quòd optemus per nos sanctum fieri: sed cùm Dei nomine, baptismatis aqua à principio purgati simus, & inde duce natura, quæ infirma est, facilè delictis turpemur, sancta purgatione quotidie indigemus, ac idcirco ut puri continenter efficiamur, necesse habemus & inuocare, & colere Dei nomen, ut sanctum fiat in nobis, ut ne illud contrà, quàm est secundum præceptum, Per Dei nomen haud frustra deierato, uituperemus, ad fraudes'ue dolos'ue malitiosè adducamus, quod impij, quod scelesti, quod nefarij homines faciunt. Quid, quòd ita usu ueniat, ut ne olitor quidem heluellas, id est, herbas minutas, quæ in usu cibario sunt, prius soleat uendere, quàm semel atque iterum Deum, eius'ue diuos testatus fuerit? Sanctum fit itaque nomen Dei apud nos, cùm illud à peccato uacui (quia non est speciosa laus in ore peccatoris) celebramus, obseruamus, in honore habemus: plus nempe non est, quod Deo præstare possimus, uel ille à nobis exigat. Translatio à filijs ducta, quibus cùm secundum parentes nihil gratius, nihil iucundius, nihil amabilius sit, quàm quòd illis honoris accessio fiat,*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quò eorum nomen perpetuetur, sitq; familiæ in æternum ornamento: ita nos qui Christi Seruatoris beneficio, meremur Deum nominare patrem, ut erga eum amorem habere testemur, cupimus eius nomen celebrari, & regnum quamprimum uenire, ac malorum dæmonum potestatem, apud mortales olim permagnam similiter atque perniciosam, sicut nos libro de rerum inuentoribus v.cap.8.demõstrauimus, infringi, tolli, deleri. Vnde illud:

Adueniat regnum tuum.) Duplex est regnum, alterum mundi, cuius principes sunt mali dæmones: testis est Christus, apud Ioannem: Nunc princeps huius mundi eijcietur foras, in quo nos uersamur: alterũ Dei. Idem Seruator: Quærite primùm regnum Dei. Vsque eò igitur in regno mundi uersamur, dum nobis regnum Dei ueniat: uenit autẽ seu uenire incipit, cùm in nobis uiuit, & regnat Deus, quod fit, cùm puri & sancti in spe summi boni fruẽdi acquiescimus. Vnde apostolus ad Galatas: Viuo tamen, non iam ego, sed uiuit in me Christus. Ad isthuc nos regnum castè, piè, sanctè uiuendo nitimur: sic officij memores reddimur, ut nobis optimũ finem optemus: sic longum tempus cùm nõ erimus, nos mouet, ut iamiam uelimus dissolui, & esse cum Christo, sicut Apostolus ad Philippenses scribit. Nimirum non iniuria poscimus à Deo salutem, ad quam incumbimus, iter nostrum in cœlum conferẽtes: nam tum nobis regnum Dei uenit, cùm rectè uiuimus, cùm postremò perpetuam salutem consequimur, secundum illud diuinum oraculum: Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum uobis ab origine mundi. Quod illi minus faciunt, qui gaudent in regno mundi, loco tametsi scopuloso & difficili, diu esse, utpote qui in rebus tantum humanis ad uoluntatem fluẽtibus acquiescunt, obliti futurum

modis

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

modis omnibus tempus, cùm aliò è uita migrabunt. Sed dices, Haud se aliò migraturos rentur, ac idcirco non est regnum aliud, ad quod sibi aspirãdum putent. Certè uereor, ut ita sit: si enim aliter sentirent, tempus aliquando esse ducerent, se de illa perpetua, non de hac exigua uita cogitare. Et in hac erroris naui in primis uersantur, qui nullum temporis punctum à peccato uacuum præterire patiũtur, qui utinam ad extremum resipiscãt, ut uerè cum alijs precari queant, regnum Dei uenire.

Fiat uolũtas tua sicut in cœlo & in terra.) *Voluntas Dei eiusmodi est, ut nos eius mandata curemus, exequamur, conficiamus: & id rogamus, quò nobis qui in regno mundi sumus, & regnum Dei quærimus, perinde facere liceat, ut in cœlo fit, ubi uoluntate Dei nihil nõ rectè geritur. Et quanuis ita uerba ponantur, ut uideamur cupere sic futurũ esse, ut in manu Dei sit facere quod ei lubet, perinde quasi sit alter quispiam qui ei imperet, tamen contrà est: nam cùm sit ille opifex rerum & mundi melioris origo, petimus, ut nostra uoluntas cum eius uoluntate coniuncta sit. Hic posset quis non extra iocum argumentari de libera hominis uoluntate, quam arbitrium dicunt, cùm petitur, ut regamur nutu Dei, & eius ope protegamur. Verùm istuc minimè hoc agitur loco, & ideo rursus reuertor eòdem. Magna in nos accusatio, qui cùm petimus, ut nobis liceat omnia ex uoluntate Dei facere, tacitè fatemur cõtra eam uenire: aliter enim frustra rogamus, Fiat uolũtas tua. Atq; id præsidium petimus, quia naturalibus affectionibus ducti uelimus nolimus, otium magis quàm laborem, satietatem quàm esuriem, uoluptates quàm curas cupimus, amamus, amplectimur. Vnde usu uenit, ut nihil apud nos sit factu propè difficilius, quàm ut quis sua se uolũtate abdicet:*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

quod fit, cùm præcepta Dei obseruandi causa, nos refrenamus libidines, spernimus uoluptates, auaritiam coërcemus, iracũdiam temperamus, cæteras q; animi labes repellimus, sobriè, castè, continẽter uiuendo. Atqui unus aliquis dicet, Quotusquisq; inuenietur tanta uirtute uir præditus, qui ista paruo negotio præstare potuerit? Proinde nos nostræ infirmitatis conscij, quorum uoluntates ut uehementes, sic crebrò uariæ, inconstantes, aduersariæ sunt, rogamus Deũ ut in hac uita, quæ sicut Iob uerißimè ait, militia est, hoc est, plena solicitudinis, ne nostris affectionibus acti erremus, peccemus, delinquamus, sed nostri actus propè tales sint in terra, quales sunt illorum, quos beatos uocamus, quos in cœlo esse credimus. Atque ita per hoc monemur in omnibus rebus agendis, implorare diuinum numen, quo munitis nobis, partim per malos dæmones, qui semper præstò sunt, ut noceant, partim per impotentiam carnis, quæ, teste apostolo ad Galatas, cum spiritu semper conflictat, liceat rectè sapere, uitamq; spiritualem degere, perinde quasi iam in cœlo essemus. Est itẽ usus, ut dicamus, Fiat uoluntas tua, cùm negotium aliquod, quod gerimus, Deo commendamus.

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.) *Nunc de alimento corporis agitur, quod ex anima & carne constat: cuius cibi genus triplex est, ac unumquodq; à Deo petendum. Cibus animæ est uerbum Dei, de quo Christus apud Ioannem ait: Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi. Si quis ederit ex hoc pane, uiuet in æternum. Edimus autem panem Christi, cùm credimus eum esse filium Dei. Vnde illud: Qui credit in me, habet uitam æternam. Et hunc panem sacerdotes aßiduè concionãdo, nobis suppeditare debent. At dices: Heus tu, quomodo sacerdotes*

tot

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

tot pascere possunt, cùm ipsorum longè maxima pars sit literarum minus sciens, & populi numerus infinitus? Ad ista nos quoq; commueamus: sed qui tam inertes deligunt ministros, uiderint, cùm maximè omnium aduigilare deberent, ut ne religionis causæ omni tempore indormire dicerentur. Alter cibus, id est, panis noster quotidianus, est eucharistia, quam nostri iam inde ab initio, teste Cypriano, quotidie sumere consueuerant: & eum petimus cibum salutarem, quia cùm per illũ cum Christo coniungamur, qui ait: Qui edit meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo: ut ne intercedẽte aliquo delicto, cœlesti pane subitò priuati, ab eodem, nostro merito, separemur: id quod accidit illis, quibus sacrificijs interdicitur, hoc est, qui excõmunicantur, ut uulgò dicitur. Mos itidem apud nostros à principio fuit, ut mane & ieiuni panem istum supersubstantialem essent, ut Hieronymus in Matthæum legit, licet Seruator uesperi consecrauerit, ac discipulis iam cœnatis dederit, quòd Christus mane passus, mane resurrexerit, autores Cyprianus, & Tert. lib. ad uxorem 2. nam inde, teste diuo Hieron. aduersus Iouinianum, omnium nostræ religionis mysteriorum initium manauit. At demum eiusmodi ambrosia, id est, cibo diuino quem uocant, apostolus admonet, ut quisq; postquam se rectè probarit, inueneritq; purum ac sanctum, feliciter uescatur. Proinde qui cogunt sacerdotes quotidie id facere, hinc intelligere possunt, se contra apostoli consilium, seruitutem illis imponere. Sanè haud scio, quî fieri possit, ut sacerdos homo, non Deus, & ut propheta ait, mendax, queat omnibus horis purus esse, quemadmodum esse debet qui diuinam rem facit: cæterùm faciunt quotidie permulti purè, piè, sanctè, at non nemo non item, qui fortasse malum malo addit,

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

addit, ut sanctior habeatur, ut apud omnes in cœlum feratur rumore uulgi, qui id longè certissimum esse innocētiæ indiciū existimat. Tertius uerò cibus carnis est, de quo intelligit apostolus ad Timoth. scribens: Habentes alimenta, *& quibus tegamur, his contenti simus.* Et *hunc panem uocamus, quia omnis uictus in pane consistere ex eo cēsetur, quòd sine eo, nullas ferè alias sumamus escas.* O *miseram uitæ humanæ conditionem, quæ adeò nobis breuis incertaq; est, ut non liceat cuiquā eam sibi diutius momento horæ duraturā pro certo habere: quare cibum hodiernum tantum petimus. Sed cùm quotidie, imò semper, ut Lucas euangelista ait, oporteat nos orare, per hoc in omnes uitæ annos alimentum rogamus.* Rogamus *autem, ut hoc beneficium* Deo *acceptum referamus: nam quanuis multo nostro labore utrunq; panem nobis comparare nitamur, secundum illud* Geneseos, In *sudore uultus tui, uescēris pane tuo: tamē alterum, id est, spiritualem gustare, hoc est,* Dei *intelligentiam habere nequimus, nisi ab ipso imbuamur: quod testatur apostolus ad* Corinth. *scribens:* O *culus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparauit* Deus *diligentibus se.* Nobis *autem &c.* Cæterùm *panis mentio à* Christo *facta, uidetur esse parabola, qua ille more suo usus sit ad sensum enucleatè explicandum, qui eiusmodi est:* Pater *rogamus te, qui cœlestis es, ut perinde nobis des panem, id est, animi cibum, ut paterfamiliâs prouidet alimentum corporis suis filijs: quò sic Christus in hac sanctissima prece non uideatur esse locutus de pane frumētaceo, id quod pluribus uiris doctis summè probatur. Ac ita quotidie precari nos oportet, cùm quotidie necesse habeamus unum & alterū cibum capessere, & id in primis diebus festis, qui ea de causa constituti sunt, sicut in nost*

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

in nostro de rerum inuẽtoribus opere planè demonstraui, quò eos precibus ac diuinarum literarum studijs daremus, secũdum illud tertium præceptum, Sabbata obseruato. Verùm quota hominum pars dies festos rectè agit, cùm non aliud fermè tempus hodie magis detur omnis generis ludis, choreis, amoribus, cõpotationibus, aleis, pactionibus, atq; nundinis? Propterea haud dubiè expediret, ut ita tandem prouideretur, quò illi aut castius agitarentur, aut saltẽ minuerentur, ut ne lasciuæ iuuentuti tantum amplius otij esset, sese contra præceptum domini damnosis artibus exercendi, corrũpendi'ue, si malum aliter sanari minus posset.

Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.) *Ecce lex illa naturæ omnium regina, quæ iubet, ut ne id alteri facias, quod tibi fieri non uis: quæ cõplectitur reliqua illa quinq; præcepta, Hominem ne occidas, Adulterium non cõmittas, Furtum non feceris, Nil alienum concupiueris, Ne falsum dixeris testimonium. Bone Deus, quale de nobis iudicium facere quotidie cogimur? Quot mortales ingentes in singulas horas darent pœnas, si quod petunt, maturè consequerentur? Non, inquam, maturè consequuntur, quia apud Deum semper est pœnitenti ueniæ locus, sed suo tempore, & tamen cùm plectuntur, uelut cæci non uident, non animaduertuut, non considerant recentem pœnam esse ueterum scelerum: de quibus iampridẽ confessi fuissent, cùm sæpissime dixerint, Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris. Hinc igitur monemur primùm metiri à nobis ueterum iniuriarum memoriam, antequam ita precemur: deinde in posterum tempus abstinere manus ab alterius iniuria, ac ab omnibus malis, quæ ab homine in hominẽ proficisci possint. O legem æquam, quæ*

nos

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

nos mutua coniugat charitate, quæ ut sol in mundo, sic in uita mortaliũ cuncta nutrit, auget, fouet bona. Appellamus autem hic debita, commissa nostra in Deum, sumpta metaphora à creditoribus, qui soleant debitas pecunias illis remittere, qui soluendo non sunt, rogamusq; ipsum Deum patrem familiâs, ut ea nobis sic ignoscat, quemadmodum nos eius familiæ filij, alij alijs iniurias condonamus. Proinde Seruator subijcit: Si remiseritis hominibus peccata sua, remittet & uobis Pater uester cœlestis. Si autem non remiseritis, nec Pater uester remittet. Ista equidem uera est satisfactio, quæ ex cordis adyto proficiscitur, ueraq; delictorum remissio.

Et ne nos inducas in tentationem.) *Oramus præterea, ut Deus ne patiatur nos sic tentari, quò superemur: nam sexcenti nos circunsident hostes continenter insidias facientes, quorum principes sunt sensus, qui secũdum illud Geneseos, Sensus hominis proni ad malũ, nos assiduè solicitant: per oculos enim ad superbiam, ad auaritiam, ad libidinem rapimur, cùm uidemus alios præ nobis honoribus, alios opibus multò beatissimos esse, formosis ue puellis oculos adijcimus, per auditionẽ ad iram prouocamur, cùm publico hominum sermone uapulamus, per gustatũ, ebrietati indulgemus, per tactum, per odoratum, molles ac dissoluti efficimur. Affectus item nos diuexant, perturbant, discruciant. Malus quoq; dæmon præstò ubiq; est, ut nos ad facinora trahat. Proinde ut ne in hæc mala incidamus, diuina ope nobis opus est: nã uolente Deo tentemur necesse est, quò sic de nobis periculum fiat, dicente Christo apud Ioannem: Nullam haberes in me potestatem, nisi data tibi esset desuper. Sanè idcirco tẽtamur, ut si boni inueniamur, præmium, sin mali, pœnam meritam habeamus. Sed omnis*

huius

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

huius clausulæ uis eò pertinet, ut nostræ imbecillitatis semper memores simus, quò si quid bene agamus, illud ipsum Deo acceptum referamus: si quid male, nobis aßignemus, qui ratione nobis diuinitus data abutamur.

Sed libera nos à malo.) *Cõclusio totius nostri negotij apud Deum est, ut nobis incolumitatẽ præstet, quò in ius tutela acquiescere poßimus, ac ita à uitæ animq; periculis, quæ continenter malorum dæmonum operatione impendent, ope diuina liberati, tandem salui simus: nam articulus hoc loco positus ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, personam diaboli significare uidetur, cuius proprium est tentare.*

Amen.) *Hebraica uox est amen, & hoc loco significat fideliter, siue uerè. et sensus est: Vt ista omnia nos fidei pleni tuo iussu pater orauimus, sic tua freti bonitate certum habemus nostri optati fore cõpotes. Iam satis constat hunc esse modum longé post homines natos perfectißimum precandi, quicquid nobis bono, ac deprecandi quicquid malo futurum est. Plus utique quàm ista à Deo petere ac precari nequimus.*

COMMENTARIOLI IN DOMINICAM ORATIONEM FINIS.

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr

©2006 pixelion All rights reserved www.pixelion.fr